

**Collectaneum
Rerum gestarum et Eventuum
Cartusiæ Bruxellensis
cum alijs externis tum patriæ tum Ordinis.**

Ms. 7043 de la Bibliothèque royale a Bruxelles.

Introduction

Le travail qui vous est présenté ci-après est une retranscription fidèle du manuscrit original qui se trouve a la Bibilothèque royale a Bruxelles. L'écriture du manuscrit est très claire et ne présente pas, a de rartes exception près, de difficultés majeure quant a la lisibilité. La où un doute subsiste cette partie du mot illisbble celle-ci est mentionnée a l'intérieur de [].

KBR, ms. 7043

**Collectaneum
Rerum gestarum et Eventuum
Cartusiae Bruxellensis
cum alijs externis tum patriae tum Ordinis.**

Volumen primum

Anno Domini 1625

Iste dicitur novus homo interior et caelestis, habens et ipse proportionem non annis sed profectibus distinctas quasdam Spirituales aetates suas, primam in uberibus utilis historiae, quae nutrit exemplis &c
S. Augustinus cap. 26 tom. 10.

Episcopus, id quod vel ab initio nascentis Ecclesiae institutum fuit, ut rerum episcopali ~~instudio~~ studio, curaque gestarum, monumenta existerent, conquiri diligentissime singulorum episcoporum, qui praecesserunt, Nomina, Genus, et Pastorales eorundem/[eorundem](#) actiones et ea omnia literis consignari, ordineque conscripta in librum certum referri curet, ut eorum memoria conservetur, quae ab iisdem vel acta, ^xvel instituta sunt, ad aliquam disciplinae normam/[normam](#) perpetuo usui esse possint, atque adiumento in illa Ecclesia bene gerenda. (Concilium 3 Medaetanense S. Carolo Borromaeo praesule celebratum anno 1573).

⇐ de brevitate vitae L./C. 14 et 15

Historia ad omnium saeculorum admiranda nos spectatores/[spectatores](#) admittit, pulchre ac subtiliter (ut omnia solet) hoc observavit Seneca. Ad res pulcherrimas, inquit ex tenebris ad lucem a[...]tas alieno labore deducimur : nullo nobis saeculo interdictum est : in omnia admittimur.

Ex epistola d[omni] Gerardi Eligij, vicarij tunc temporis domus Sanctæ Sophiæ ad fr[atrum] Petrum de Walcartusiæ Bruxellensis alumnum conprofessum suum.

Laudo studium vestrum, quod in evoluendis/**evovendis** annalibus ut antiquitatibus ordinis tam diligentem operam ponatis. Incredibilæ ~~enim~~ est enim quantum momentum habeat res ista, præsertim quando non frigide fit ad acuendam virtutem. Nescio an unquam ex ullo exercitio maiorem hauserim fervorem (absit verbo superbia) quam ex fratrum nostrorum præcedentium memoria, quorum nomina non tam colo quam merita quorum (ut hoc cum Bernardo loquar) orationibus adhuc vivo **Revera** (⇐ Hoc forte dicit quia ea tempestate in pleno conventum/**conventu** non residebat) loquor quod sensi non quod iam sentio, sensus enim iste iam longe est a me. Sed quod sensi, nihil præsentius quam Societas et participatio fratrum habitantium in unum, sive eorum qui adhuc in terris, sive qui iam in cœlis sunt. In ipsis (non in sinu meo) sicut dicebat ille, sed in ipsis reposita est spes mea, et spero firmiter quod si unquam evadam infernum meritis et precibus ordinis quam citissime evadam et evolabo ex purgatorio, reposita est hæc ~~spes~~ spes mea in charissimis meis.

Et nunc scio vere et certus sum, nec nullatenus dubito quod Deus sit super terram, imo in ordine nostro; nunquam in æternum de hac re (propitius sit mihi Deus) nunquam dubitem. (⇐ Nota humilitatem) O infirmum ego et vile et inutile membrum et reiectaneum et putridum! quoties computrinissem/**computruissem** ut iumentum in stercore meo nisi obstricante manu sua meus ordo eduxisset me de lacu miseræ tortuosum hominem, confractum corde, pusillanimen, vermem et non hominem, scio quid dicam. Quod autem hæc de me profero et quod senisse me dico aliquando confirmatio est illius quod facitis: et reciproce id quod facitis confirmatio est sensus et cogitatus mei. Alterius sic altera poscit opem vox et coniurat/**coniuret** amice/**amicos** inquit Horatius. Itaque quod facitis facite et commendate posteris ac futuris ætatibus studium vestrum. Ipsi te laudabunt fratres tui, Juda Catule Leonis qui dormientes in sepulchris, et quorum nullus memor/**memor nullus** est amplius grata memoria recolis et revocas ab umbris, et eruis ex chartis. Ad prædam (fili sanctorum) ascendisti et lætaris quidem tu super nomina eorum, sicut qui invenit spolia multa.

Compileris prologus
ad Posteritatem.

Fr[ater] Petrus de Wal cartusianorum Bruxellensium minimus charæ posteritati de bono
in melius proficere usque dum videatur Deus Deorum in Sion.

⇒ Consolatur me dictum Plinij ad Capitonem: Orationi, inquit et carmini est parva gratia, nisi eloquentia sit summa: historia quoque modo scripta delectat, sunt enim homines natura curiosi et quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur.

Ecce, chari posteri, imperitiæ nostræ testem producimus opus præsens, ne quæ gesta sunt nostris temporibus silentio sepulta manerent; magnum probrum ignaviæ et pigritiæ merito sustineremus, si nihil aut parum deducere possemus ad notitiam posteritatis, eorum quæ contigerunt et acta sunt in restauratione huius cartusiæ intra muros urbis Bruxellensis translata. Quandoquidem maiores nostri qui initia monasterij in Schuet literis mandarunt exemplo nos præiverint, et accusamus eos qui inchoatum ab ipsis chronicon continuare non curaverunt. Sunt in hac domo religiosi docti et pij, qui hæc cum laude exequi possent, sed quia in officijs vel alijs in/in alijs rebus magis/majis seriis occupantur necdum eis vacat aut lubet huic studio intendere. Sunt etiam qui contemnant et dicant sufficere quod Deus norit nostram conversationem, similes illis de quibus scribit reverendus abbas Trithemius, qui quamvis sub reformationis Bursfeldinæ titulo viverent dicere non pudebat: Quid nobis scire conducere potest foundationis monasteriorum nostrorum antiquitas? Quid Abbatum vel successiones vel gesta reducere ad memoriam confert, qui in pulvere mortis dormiunt, nec ullis laudibus demulcentur? O iam sepulti, ignavi homines vivi, inquit Trithemius, quorum peribit memoria cum sonitu, quam sitis asiniri ac rudis ingenij palam ostenditis qui bonum contemnitis historiarum, quod adsequi non potestis. Historia vivis tam præsentibus quam futuris conscribitur non mortuis: Vos ergo si viveritis intellectu historias utique amaretis.

⇒ Verissimum est enim quod apud Tacitum ait Tiberius contemptu famæ contemni virtutes.

Neque enim si tollatur historia Evangelij Sacrosancti memoria, neque martyria et passiones sanctorum ad nostram notitiam devenissent. Valeant ergo vivi homines ignorantia sepulti, et sibi vivant soli ignavia sua contenti, nulli utiles nullique in bonis actionibus vel studijs imitabiles. Hæc ad longum ex prædicto auctore describere placuit, ut nostris etiam omnem excusationem, vel ansam calumniandi præriperem, qui nihil magis ex instituto suo facere se putant quam studia literarum contemnere, et præcipue historiam, et iam non modo ignavi homines sed docti et eruditi, certe antiqui patres nostri ordinis institutores nunquam studia prohibuerunt. Verum e contrario docuerunt solitudine posse maxime adiuvari, et quot libros conscriberemus tot divini verbi precones nobis faceremus.

Sed inquit, seculum hoc nostrum est quoad Catholicos doctissimum, et quoad hæreticos nasutissimum et ~~limatissimum~~ (ut ita dicam). Itaque nihil prælo comittendum nisi solidissimum et liniatissimum. Et enim nunc pueri nasum Rinocerontis habent. Sed nunquid, qui hæc præstare nequeunt a scientia (quæ emollit/**mollit** mores nec sinit esse feros) repellendi sunt? Vir doctrina ac sanctitate præstans Dionysius Rickelius cum tam multa quanta ipsius in operibus videmus legeret, scriberet parum Cartusiano dignam operam sumere suorum nonnullis videbatur, quibus tamen ille **tractatulo** unico respondet multa in literarum bonarum studio et cultu **commoda** inesse hoc tamen unum maximum quod a carnis voluptatibus animum egregie abstrahant iuxta illud dictum D. Hieronymi: Ama scientiam scriptururum/**scriptururun** et carnis vitia non amabis. Sed quid **de** Historia Cretici nostri dicunt? Laus, inquit propria fœtet, non laudet te os tuum sed alienum; ita quidem sed iuxta exemplum et præceptum ecclesiastici laudemus viros gloriosos et parentes nostros/**nostræ** in generatione sua. Præstat hoc inter cæteros fructus, quos affert eximios Historia, siquidem immortalitatem hominibus inter mortales confert ^x (↔^x Quæ, malum, ratio est haberem Imperatorem, qui famam curare non noverit, qui quid/**quidquid** sit respublica nesciat, faciat eos consules duces Iudices, quorum vitas, merita, ætates familias, facta, gesta non novit. Vospisius) rempublicam (domum dixerem) exornat conservatque et a multis periculis prudentia veterum custodit immunem, fidem instruit, erigit spem præmio æternitatis proposito, robur legibus addit, nec aliter superiores ordinis nostri censisse putandi sunt quando in capitulo generali anni 1615 talem promulgarunt ordinationem, quæ sic incipit: quoniam ad totius ecclesiæ et ordinis bonum utile fore ~~indicamus~~ si chronologica rerum cartusianarum historia in lucem edatur. Ideo capitulum generale mandat omnibus prioribus et superioribus domorum, ut foundationes, privilegia et miracula et id genus insigniora, et relatu digna mittant ad reverendum patrem per exempla fideliter recognita, idque intra annum; quare autem dicta historia necdum in lucem prodierit non plane compertum habeo, nec plane despero quin aliqua magis selecta, et authentica simul ex ea aliquando visuri. Siquidem instituti nostri acurata cognitio non tantum ex frequenti statutorum et ordinationum (quas quidem hic frequenter inservi), sed etiam ex historiæ ordinis lectione petenda est ^x (↔^x vide concilium Mediolanense citatum in facie huius voluminis). In ea namque sæpius vita illorum nobis imitanda proponitur, qui in omni virtutum genere institutique ac primævi Spiritus amore omni ætate floruerunt, quamvis enim magna fit in omnem partem ad bene beateque vivendum vis exemplorum, maiorem tamen fructum domestica exempla adferunt. Quapropter ea omnia (quæ apud Dorlandum, vel Sutorem aut alios aucthores qui ex professo res nostras tractant impressa minime existunt) partim colligendo et ab interitu vindicando, partim res gestas et eventus huius nostræ domus describendo operam ponere mihi semper **dulce** fuit. Nam si ad rerum dignitatem nostra non accedit oratio non nihil est tamen quod egimus. Nam et in picturis vides, ut ad artis arcana

⇒ Historia est imago veritatis. Est autem imago ea absolutissima quæ rem neque maiorem, neque minorem reddit: non ut **umbræ** in ortu et occasu solis longissimæ/**longissima**; in meridie/**mediæ** prope nullæ/**nulla**. **Io** Ludovicus vives lib. de causis corrupt artium.

nondum admissi luteos primum solent colores substernere, et prima lineamenta designare, quibus manus prudentior fucis melioribus decorem consuevit addere consummatum, prima summo labore iecimus fundamenta, quibus sapientior architectus observata veritatis regula (quam in nullo scienter deservimus) poterit superædificare, et reijcere multa superflua et supervacanea quæ hic forte existunt, optassem maiora me potuisse scribere, tamen quæcumque Deus dignatus/**dignatur** est operari in nobis et nos cum eō ipso ea silere non decuit, etenim, ait Raphael archangelus, sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est. Et psalmista : Scribantur hæc, inquit in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum de universis beneficijs suis. Meminerit etiam benevolus lector me localem et privatam historiam scribere (si tamen hæc scripta historiæ nomine digna sint). Ad externa nihilominus **me sæpius** extendo propter maiorem domesticarum rerum declarationem et uberiorem tractationem ac lectoris oblectationem, denique alia monumenta ordinis, quæ passim alibi inveni, his inserui ne pereant. Reperies/**reperier** etiam hic nomina officialium et confratrum nostrorum, nec non benefactorum, quorum eleemosynas et gratias in parvo calendario adnotare consuetum fuit, et iam quadammodo in dissuetudinem venit. Has si hic legeris ad ferventius orandum Deum pro eis excitaberis qui tanta nobis beneficia præstiterunt. Nonnulla alia præterea invenies quæ, ut spero, conducent ad torporem excutiendum et pellendam animi tristitiam ac perturbationem, quæ sæpe ex rerum et personarum mutationibus accidit. Et si forte aliquid sit quod te merito offendet hoc audacter expunge, reliqua, rogo te, intacta relinque, nam fortassis, Deo donante, alijs prodesse poterunt. Denique ^x scio et protestor me hæc omnia sincero amore et affectu erga domum et ordinem et ipsos et/**ipsosmet** charos posteros scripsisse. Quibus Deus benedicat, cui est laus et gloria in sæcula sæculorum. Amen

Qui legeris ista, me mortuo, dic precor mente fideli:

Miserere/**misere** Deus animæ fratris Petri qui ista compilavit.

^x Historia facit, ut præteritis non minus videamur **interfuisse**, quam præsentibus illisque operinde/**perinde** uti possimus ac nostris. Merito sacerdos Ægÿptius Græcos qui recordationem priscae memoriæ non tenerent, pueros appellavit: Historia enim si adsit, ex pueris facit senes; sin absit, ex senibus pueros. Jo Ludovicus vives de tractatu discip.

Series visitatorum provinciæ Teuthoniæ ab anno 1411, quo per capitulum generale a Picardia Propinquiori divisa fuit, et per annos 63 appellata Picardia Remotior, videlicet usque ad annum 1474, quo deinceps priorum instantia provinciæ Teuthoniæ nomen obtinuit atque retinuit.

Advertat prudens lector me in hac serie visitatorum non ponere nisi extremos annos, hoc est primum et ultimum cuiuslibet visitatoris nisi quando convisitator mutatur, pro quo idem observandum erit atque intermedios annos subintelligendos esse. Sciat etiam benignus lector quod **Domnum** Theodoricum Terlinc præcesserit in officio visitatoris domnus Henricus de Cosveldia, prior domus S. Mariæ prope Montem Sancti Gertrudis, vir, ut ait Trithemius, in scripturis Sanctis studiosus et eruditus, vita et conversatione devotus et magnæ opinionis, moritur in domo Vallis Gratia prope Brugas visitationis actu salubriter intentus septimo idus julij, anno Domini 1410.

	Anni officii	Visitatores	Anni Domini	Convisitatores	Anni officii	
1	29 annis	Domnus Theodoricus Terlinc, alias Harlem, prior Antverpiæ.	1411	Prior Sylvæ S. Martini domnus Everardus ab Huysius	tribus annis	1
			1414	Domnus Joannes de Attrebato, prior domus Capellæ	4 annis	2
			1418	Domnus Goswinus de Becka, prior domus Gandensis	1 anno	3
			1419	Iterum domnus Joannes de Attrebato, prior domus Capellæ	11 annis simul 15	4
2	Vix duobus mensibus	Domnus Joannes de Attrebato, prior domus Capellæ, qui obiit eodem anno penultima julij	1430	Domnus Theodoricus Terlinc, prior domus Antverpiensis	Statim denuo, cura/nostra provincia illi relicta fuit	5
3	18 annis simul 37 aut 38	Iterum domnus Theodoricus Terlinc, prior Antverpiæ. Obijt anno 1449, 11 januarij	1431	Domnus Jacobs Rubs, prior domus Gandensis	18 annis	6
4	11 annis	Domnus Jacobus Rubs, professus et prior Gandensis, qui obiit anno 1460, nonis martij.	1449	Domnus Henricus Loen, professus et prior Capellæ, qui anno 1457 institutus fuit rector novæ plantationis domus Bruxellensis et anno sequenti prior.	10 annis	7
			1459	Domnus Joannes Versaren, professus Gandensis et prior Amsterdami	1 anno	8

Anni officij	Visitatores	Anni Domini	Convitatores	Anni officij	
11 annis et aliquot mensibus	Domnus Joannes Versaren, alias Ysaeren, professus et prior Gandavi, qui obiit anno 1471 in festo Sancti Michaelis	1460	Domnus Arnoldus Kaerman, professus et prior Capellæ.	12 annis	9
9 annis	Domnus Arnoldus Kaerman professus et prior Capellæ, obiit 12 februarij anno 1481	1472	Domnus Nicolaus Harlem, prior Antverpiæ, obiit 7 martij, anno 1473	1 anno	10
		1473	Domnus Gerardus Spronck, alias Herlam professus et prior Monachorum	8 annis	11
3 annis	Domnus Gerardus Spronck, prior domus Monachorum, obiit 1 ^a aprilis anno 1484; sepultus in domo Ultraiectensi	1481	Domnus Simon de Horreo, professus et prior Gandensis	3 annis	12
8 annis	Domnus Simon de Horreo, professus et prior Gandensis	1484	Domnus Henricus Duvelandia, prior domus Antverpiensis.	2 annis	13
		1486	Domnus Gaspar Vander Stock, Lovaniensis, professus et prior Capellæ	6 annis	14
			Iterum domnus Simon de Horreo, prior Gandavi	1 anno simul 4 annis	15
1 anno	Domnus Arnoldus Hukelen, prior domus Monachorum	1492	Domnus Arnoldus Hukelen, prior domus Monachorum, obiit anno 1494, 24 januarij.	1 anno	16
4 annis simul 12 annis	Iterum domnus Simon de Horreo, professus et prior Gandavi, qui obiit anno 1497, 21 martij	1493	Domnus Theodoricus Persin, prior Delphensis	1 anno	17
		1494	Domnus Martinus Adornes, prior domus Brugensis	2 annis	18
		1495	Domnus Petrus Blanchaert, prior domus Sylvæ Sancti Martini.	1 anno	19
		1497	Domnus Arnoldus Helmont, prior Antverpiæ, qui obiit anno 1504 prima junij	7 annis	20
10 annis	Domnus Martinus Adornes, prior domus Brugensis, qui obiit anno 1507	1498	Domnus Ludovicus Overline, prior Sylvæ Sancti Martini, qui obiit eodem anno vel sequenti.	1 anno	21
		1504			
		1505	Domnus Petrus Vassorius, prior domus Gandensis.	2 annis	22

		1506	Domnus Gerardus Apers, prior domus Delphensis	3 annis	23
		1508	Domnus Guilielmus Bibautius, professus domus Gandensis et prior domus Hollandiæ	2 annis	24
5 annis	Domnus Petrus Vassorius, prior domus Gandensis.	1511			

Anni officij	Visitatores	Anni Domini	Convitatores	Anni officij	
13 9 annis	Domnus Guilielmus Bibautus, professus domus Gandensis et prior Hollandiæ, qui anno 1521 electus est in reverendum patrem.	1513	Domnus Hermannus Friso, alias Subeck, prior Antverpiæ, obiit circa annum 1523 1532	4 annis	25
		1517	Domnus Michael Dierycx, de Gandavo, prior domus Sylvæ Sancti Martini	1 anno	26
		1518	Domnus Hermannus Heymacker, prior domus Diestensis	4 annis	27
14 5 annis	Domnus Michael Dierycx, prior Sylvæ Sancti Martini	1522	Domnus Antonius de Gravia, prior domus Monachorum qui defunctus officio convistoris, obiit circa annum 1533	2 annis	28
		1524	Domnus Cornelius Clercq, prior domus Brugensis	4 annis	29
15 5 annis simul 10 annis	Domnus Petrus Vassorius, prior domus Gandavi	1527	Qui supra	3 annis	30
		1528	Domnus Joannes Mesdagh, prior Brugensis		
		1531	Domnus Petrus Zas, prior Traiecti		
16 7 annis	Domnus Petrus Zas, prior Traiecti, obiit anno 1540, 6 octobris cum præcedenti anno ad instant 1539 cessisset officio visitoris	1532	Domnus Joannes Meerhoudt, prior domus Bruxellensis	7 annis	32
17 11 annis	Domnus Joannes Meerhoudt, prior domus Bruxellæ, qui obiit anno 1550, 10 octobris	1539	Domnus Joannes Zulie vel Zuylié, prior Diestensis	5 annis	33
		1544	Prior Delphensis, qui verisimiliter fuit domnus Petrus Scherpenisse, professus domus Sophiæ	7 annis	34
18 4 annis	Domnus Petrus Scherpenisse, tunc prior Lirensis ni fallor	1551	Domnus Theodoricus de Meuwen, prior Sylvæ-ducis et ibidem professus	4 annis	35
19 22 annis	Domnus Theodoricus de Meuwen, prior Sanctæ Sophiæ Sylvæ-ducis, prior domus Ultraiectensis, institutus est anno 1564 visitator perseverans, obiit ibidem 9 augusti, anno 1574	1555	Domnus Theodoricus Moynoen, prior domus Hollandiæ erat obiit 9 januarij anno 1564		36
		1564	Domnus Henricus Mierlo, professus ds Sanctæ Sophiæ, prior domus Monachorum, qui eodem anno 1564 a suis electus est in priorem domus Sanctæ Sophiæ		37
		1566	Domnus Ludovicus a Leodio, prior Diestensis		38
		1573	Domnus Christianus Noutz, prior domus Bruxellæ		39

Anni officij		Visitatores	Anni Domini	Convitatores	Anni officij		
20	19	Domnus Christianus Noots, prior domus Bruxellensis, hic fuit 1 ^{us} professus domus Lirensis: deinde 2 ^{do} professione est Bruxellæ, ibidem 1565 institutus est prior, et perseveravit in utroque officio usque ad annum 1596.	1575	Domnus Joannes Barba, professus et prior domus Gandavi	1	40	
			1589	Convisitator assumendus committitur ad arbitrium visitoris			
			1590	Domnus Adrianus Dorpius, prior domus Capellæ			41
			1591	Domnus Arnoldus Haventius, professus domus Lovanij, prior domus S ^æ Sophiæ et a ^o 1595 prior Leodij			42
21	5 annis	Domnus Arnoldus Haventius, prior Leodie, professus domus Lovanij, et ibidem prior postea anno 1597, deinde 1598 rursus prior Leodij, et 1599 prior Bruxellæ.	1596	Domnus Petrus Leon, prior Bruxellæ	1 anno	43	
			1597	Domnus Hercules Winckelius, professus et prior domus Bruxellensis, et postea anno 1599 prior Lovanij.	4	44	
			1602	Convisitator permittitur assumendus visitoris arbitrio			
22	9 annis	Domnus Hercules Winckelius, prior domus Lovanij, et postea anno 1608 prior Bruxellæ. Utrouque officio defunctus est anno 1610	1602	Iterum domnus Adrianus Dorpius, prior domus Capellæ	8	45	
23	tribus circiter mensibus	Domnus Joannes ab Emmehoven, professus domus Lovanij, per commissarios a Reverendo patre missos et prior Lovaniensi institutus fuit prior Bruxellæ et visitor provinciæ, sed in proximo sequenti capitulo abdicavit se officio visitoris, mandus tamen convisitor	1610				
24	2-circiter mensibus, Simul 5 annis et aliquot mensibus	Iterum domnus Arnoldus Haventius, qui eodem anno 1610 obiit 14 august.	Eodem anno 1610	Domnus Joannes ab Emmehoven, prior Bruxellæ	10	46	
			1612	Domnus Gisbertus Bauhusius professus Lovanij, prior domus Brugensis, laboribus et morbis exhaustus morti cessit vicarius Lovanij 22 7bris 1635.	2	49	
25	3 annis rexit provinciam	Iterum domnus Joannes ab Emmehoven, prior Bruxellæ	1613	Iterum Joannes ab Emmehoven, prior Bruxellæ, ac postea 1614 prior Sophiæ Sylvæ Ducis, obiit in senectate bona 4. 7bris 1635	10 simul 11	48	
			1623	Domnus Bruno d'Outelair, professus domus Gosnaji, prior domus Bruxellæ, et alias prior domus Gosnay.	2	49	

	Anni officij	Visitatores	Anno Domini	Convisitatores	Anno officij	
27	11	Domnus Bruno d'Outelair prior domus Bruxellæ, et professus et alias prior domus Gosnair, obiit obtenta prius requie ab officio suo per capitulum, 29 10bris 1639	1626 1627	cum socio assumendus Domnus Livinus de Jaghere, professus et prior domus Gandavi, et alias prior domo Sylvæ Sancti Martini, obiit 9 martij 1635 Vacavit officium convisitatoris duobus Annis	7	50
28	12	Domnus Agathangelus Le Clercq, prior domus Gandavi, professus domus Cartusæ, et alias prior Tornaci, obiit 1650	1637 1640	Domnus Laurentius Sergeants, professus Lovanij, prior domus Capellæ, et ante prior in Zelem et Gandavi Domnus Christophorus van Heetvelde, professus et prior domus Lovanij	3 11	51 52
29	18	Domnus Christophorus van Heetvelde, professus et prior domus Lovanij, obiit ibidem, 21 junij 1675, plenus annis et meritis	1651 1668	Domnus Ægidius de Liverlooz, professus et prior domus Leodij, obiit 21 9bris 1667 Domnus Petrus Anthonius Peckius, professus domus Capellæ, prior domus Lijræ	17 4	53 56
30	8	Domnus Petrus Anthonius Peckius, professus domus Capellæ, prior domus Lijræ, et alias domorum Diesthemij, Capellæ, et Antverpiæ; et prior Valencenarum, et convisitator Picardiæ, obiit 19 10bris 1679	1672 1679	Domnus Hugo de Molynghen, professus domus Leodij, prior domus Gandavi, et alias Sylvæ Sancti Martini, Lovanij, et Leodij, in qua obiit. Domnus Hugo Gaethovius, professus et prior domus Bruxellæ.	7 1	55 56
31		Domnus Hugo Gaethovius, professus et prior domus Bruxellæ, et alias domorum Sylvæ Sancti Martini, Lijræ, Antverpiæ, et Diesthemij	1680	Domnus Melchior Pletinex professus et prior domus Capellæ Domnus Constantinus Magnus, professus et prior domus Gandavi		57 58
32		Domnus Constantinus Magnus				
33		Domnus Joseph Engelgrave, professus domus Bruxellæ, prior domorum Capellæ et Silvæ Sancti Martini, ante coadiutor in domo Bruxellæ, obiit 23 martij 1744	1702	Domnus Franciscus Bodaert, professus et prior domus Liræ Domnus Hieronijemi vanden Kerckhove, professus et prior domus Gandavi Domnus Hugo vander Biesen, professus et prior domus Antverpiæ et Bruxellæ Domnus Petrus Loncin professus et prior domus Leodij Domnus Josephus van Craenenbroeck, professus et prior domus Capellæ		59 60 61 62 63

34	Domnus Joseph van Craenbroek, prof. et prior ds Capellæ, obiit	1744	Domnus Hilarion de Capella, professus domus Villæ Novæ et prior domus Leodij. A° 1754. Per capituli generale factus est coadjutor domus Villæ Novæ, professionis suæ.	64
35	Domnus Antonius de Backer, professus domus Bruxellæ, prior domorum Sylvæ Sancti Martini et Bruxellæ 1750. Obijt 2 ^{da} 8bris 1762			
36	Domnus Martinus Melaerts, Antverpiensis, prior domorum Sijlvæ Lovanii			

Anni officij

Visitatores

Anni
Dni

Convistatores

Anni officij

Domnus Martinus Melaerts,
Antverpiensis, professor
domus Lijræ, prior domorum
Sijlvæ Sancti Martini, et
Lovanii.

Priores Cartusiae Bruxellensis

Series priorum nostrae cartusiae Bruxellensis ab eiusdem origine

1.	Domnus Henricus Loen, professus domus Capellae	1456	Priores in Scheut
2.	Domnus Marcellus Voet, professus tribus huius domus	1475	fuere septem.
3.	Domnus Matthias Tsergoosens, alias Middelborch, professus domus	1487	
4.	Domnus Joannes Meerhould, professus huius domus	1517	
5.	Domnus Petrus Martini, profesus huius domus	1550	
6.	Domnus Franciscus de Cavenere, professus huius domus	1560	
7.	Domnus Christianus Nouts, professus primus domus Liranæ pretuit 31 annis	1565	
8.	Domnus Petrus de Leon, professus domus de Miraflores Hispanus	1596	Sub domnus
9.	Domnus Hercules Winckelius, professus huius domus	1597	Christiano
10.	Domnus Arnoldus Havensius, professus domus Lovaniensis	1599	destructa fuit
11.	Domnus Petrus de Leon, iterum	1601	domus in Scheut,
12.	Domnus Gisbertus Bauhusius, professus domus Lovaniensis	1605	atque sub eodem
13.	Domnus Hercules Winckelius, iterum	1608	restaurari cæpta
14.	Domnus. Joannes d'Emmehoven, professus domus Lovaniensis	1610	intra opidum
15.	Domnus Gisbertus Bauhusius, iterum	1614	Bruxellense.
16.	Domnus Bruno d'Outelair, professus domus Vallis S. Spiritus prope Gosnaium, usque ad annum 1640 præfuit huic domui et obiit prior	1621	
17.	Domnus Agathangelus Le Clercq, professus maioris Cartusiae	1640	
18.	Domnus Vincentius Knibbe, professus domus Bruxellensis	1651	
19.	Domnus Joannes Pipenpoij, professus huius domus	1653	
20.	Domnus. Hugo Gaethovius, professus huius domus	1679	
21.	Domnus Dyonisius van Huemel, professus huius domus	1695	
22.	Domnus Ieronijmus van Nijverselen, professus huius domus	1700	
23.	Domnus Theodorus/ Theodericus Mallants, professus huius domus	1700	
24.	Domnus Henricus Rajmaeckers, professus huius domus	1703	
25.	Domnus Willebrordus Bukenbergh, professus domus Celemensis	1711	
26.	Domnus Hugo vanden Biesen, professus domus Antverpiæ convisitator	1711	
27.	Domnus Joseph Engelgraven, Antverpiæ, professus huius domus visitator provinciae institutus in festo Sancti Ignatij, 31 augusti 1714, optime meritis	1714	
28.	Domnus Antonius de Backer, professus hujus domus institutus 11 ^a aprilis	<u>1744</u>	
29.	Domnus Bruno Hofmans, Bruxellensis, professus hujus domus institutus 1 ^{ma} 9bris 1762, obiit 1768		

Sequuntur VicarijAnni omni.
non ubique
adeo certi

1	Domnus Arnoldus Kaerman, professus Capellæ, post paucos menses prior eiusdem	1456
2	Domnus Joannes Baelen, professus Capellæ	1456
3	Domnus Jacobus Rusche, professus domus Hollandiæ	1459
4	Domnus Gaspar Van Stocken, professus domus Capellæ	1462
5	Domnus Joannes de Bruijne primus professus huius domus	1466
6	Domnus Marcellus Voet	1470
7	Domnus Joannes Biest	1475
8	Domnus N.	1504
9	Domnus Judocus Fabri	1512
10	Domnus Joannes de Groote	1516
11	Domnus Ægidius Cuesel	1520
12	Domnus Henricus Ory	1525
13	Domnus Simon Vilaijn	1531
14	Domnus Joannes van Zeunen	
15	Domnus Petrus Weyten	1536
16	Domnus Everardus Velthoven	1549
17	Domnus Gaspar van Winghe	1550
18	Domnus Joannes Roelandi	1557
19	Domnus Gaspar van Winghe iterum	1558
20	Domnus Joannes Tourneur	1559
21	Domnus Hubertus Cnolboul	1560
22	Domnus Dionijsius Lefebuer	1562
23	Domnus Joannes Leydensis	
24	Domnus Franciscus de Cavenere	1569
25	Domnus Guillielmus a Casero	1575

Vacat ab anno 1578 usque ad annum 1586

Series Priorum Cartusiae nostrae Bruxellensis ab ejusdem origine

30	Domnus Joannes Baptista Luyckx, Turnholtanus professus hujus domus, institutus prima anni 1769 visitator provinciae	1769
----	--	------

~~40~~ Domnus Alexander de Travers, professus hujus domus, institutus per capituli generale
~~41~~ Domnus Bruno Martin, professus hujus domus. Institutus

Sequuntur Vicarij

Anni omnium
non ubique
adeo certi
1456

1	Domnus Arnoldus Kaerman, professus domus Capellæ, post paucos menses prior eiusdem	1456 1459
2	Domnus Joannes Baelen, professus Capellæ	1462
3	Domnus Jacobus Rusche, professus domus Hollandiæ	1466
4	Domnus Gaspar Van Stocken, professus domus Capellæ	1470
5	Domnus Joannes de Bruijne, primus professus huius domus	1475
6	Domnus Marcellus Voet	1504
7	Domnus Joannes Biest	1512
8	Domnus N.	1516
9	Domnus Judocus Fabri	1520
10	Domnus Joannes de Groote	1525
11	Domnus Ægidius Cuesel	1531
12	Domnus Henricus Ory	
13	Domnus Simon Vilaijn	1536
14	Domnus Joannes van Zeunen	1549
15	Domnus Petrus Weytens	1550
16	Domnus Everardus Velthoven	1557
17	Domnus Gaspar van Winghe	1558
18	Domnus Joannes Roelandi	1559
19	Domnus Gaspar van Winghe, iterum	1560
20	Domnus Joannes Tourneur	1562
21	Domnus Hubertus Cnolboul	
22	Domnus Dionijsius Le febuer	1569
23	Domnus Joannes Leydensis	1575
24	Domnus Franciscus de Cavenere	
25	Domnus Guillielmus a Casero	

Vacat ab anno 1578 usque ad annum 1586

Vicarij in novo domo.

Anni Domini

1	26	Domnus Franciscus de Cavenere	1586
2	27	Domnus Joannes Broeyerius	1601
3	28	Domnus Godefridus Haelmaele, professus domus Lovaniensis	1601
4	29	Domnus Joannes L' Apostole, primus professus novæ domus	1606
5	30	Domnus Joannes Broeyerius, iterum	1611
6	31	Domnus Joannes Richardus	1621
7	32	Domnus Gerardus Eligij	1630
8	33	Domnus Petrus Antonius Pecquius, professus domus Capellæ	1642
9	34	Domnus Joannes Richardus, iterum	1645
10	35	Domnus Hugo Gathovius, professus huius domus	1656
11	36	Domnus Bruno Oudenhagen, professus huius domus	1659
12	37	Domnus Jacobus vanden Berghe, professus huius domus	1660
13	38	Domnus Georgius Melliaen, professus huius domus	1663
14	39	Domnus Petrus Cortel, professus domus Lijræ	1667
15	40	Domnus Hilarion Strojbandt, professus huius domus	1669
16	41	Domnus Augustinus Huijsmans, Campiniensis, professus huius domus 22 martij, post sepulturam domnus Hilarionis, in colloquio fuit institutus vicarius, in cæna V. Domini, mane/Marie post missam de Requiem et officium per V.P. Lonchin, cantatam sepulturem per P. priorem factum . Obijt 13 septembris et sepultus fuit 14 septembris, hora 12, immediate post missam, etc	1674
17	42	Domnus Lucas Pauli institutus est vicarius in colloquio 14 septembris post alterius sepultus fuit absolutus ad suam instantiam et in eius locum successit	1676
18	43	Gregorius Geijs, 1677, qui obiit 18 februarii 1679, hora 2 ^a et lectis vesperis de Domina ad ecclesiam delato tempore cantatis vesperis Agenda et cantata fuit, et sequenti die, quæ erat dominica 1 ^a quadragesimæ, ad medium 8 ^{væ} persolutis missus privatis, cantata fuit missa pro eo, et ad medium none missa processione; pulsatum fuit ad 3 ^{am} et aqua benedicta, missaque cantata, Hora 2 ^a pulsatum fuit ad vesp. quibus persolutis immediate corporeque in sacello Sanctissimæ Trinitatis sepulta/sepulto, et post brevem exhortationem in colloquio habito	1677
19	44	et domnus Theodoro Mallants, vicario instituto ad refectorium processimus, et post horam 4. omnibus absolutis ad cellas ivimus	1679
20	45	Domnus Dionysius van Heumel, 14 maij institutus coadiutor Monialium Brugis, 1680, in aprilis cui successit	
21	46	Domnus Joannes vander Hammeije, professus domus Sylvæ S ^{ti} Martini	
22	47	Domnus Augustinus Wijngaerde, professus domus Gandensis	1681
23	48	Domnus Henricus Ræijmaeckers, professus huius domus	1683
24	49	P ^r Franciscus Tau	
25	50	Domnus Judocus van Nieuwenhoven	
26	51	Joseph van Thinen, professus huius domus	28.8bris1703
27	52	Domnus Gregorius de Doncker, professus huius domus, institus est in capitul.	1712 1 ^a aug
28	53	Domnus Guielmus Jacobsen Gandavensis et prof. eiusd: in mense 10bris	1716
29	54	Joseph van Thienen, iterum per capitulo	1719
30	55	Domnus Carolus de Doncker, institutus in capitulo 15 9bris	1720
31		Domnus Henricus Geelen, professus Ruræmundæ a R. Patre per obedientiam missus ad domum Bruxellensem, ibique in vicarium institutus V. P. Josephio Engelgraven 30 martij <u>1721</u>	
32		Domnus Henricus van der Spinnen, professus domus Liræ, institutus 27 9bris	1724
33		Domnus Jacobus Peters, professus domus Liræ, per obedientiam missus a domo Leodio venit 2 ^a aprilis <u>1728</u>	
34		Domnus Ægidius Timmermans, professus domus Capellæ, institutus	
35		Domnus Dominicus vander Elst, professus hujus domus, institutus	
36		Domnus Laurentius Goubau, professus hujus domus	
37		Domnus Carolus Reijdams, professus huius domus	
38		Domnus Bruno Hofmans, professus huius domus	
39		Domnus Joannes van Bever, professus huius domus	

Procuratores

Anni Domini

1	Domnus Nicolaus Vitz, alias Herlaem, professus Antverpiæ	1456
2	Domnus Gaspar Van Stocken, professus Capellæ	1458
3	Domnus Joannes de Bruyne, primus professus huius domus	1460
4	Domnus Gaspar Van Stocken, iterum	1466
5	Domnus Joannes de Bruyne, iterum	1470
6	Domnus Joannes de Groote	1497
7	Domnus Joannes Meerhould	1516
8	Domnus Judocus Fabri	1517
9	Domnus Henricus Ory	1522
10	Domnus Ægidius de Ceusel	1525
11	Domnus Anthonius Van Vlesenbeke	1535
12	Domnus Everardus Van Velthoven	1541
13	Petrus Martini	1543
14	Domnus Everardus Van Velthoven, iterum	1550
15	Domnus Joannes Tourneur	1553
16	Domnus Franciscus de Cavenere	1559
17	Domnus Joannes Tourneur, iterum	1560
18	N. Domnus Joannes Zichenis, professus domus S. Sophiæ hic omissus est quem reperio in hac domo procuratorem egisse, ac obiisse anno 1572, die 14 quare potest fieri ut hunc locum postulat/ postulet , prout etiam postea reperi Zichem nomen est patriæ cognomen familiæ tSionghen	1562
19	Domnus Franciscus de Cavenere, iterum	1565
20	Domnus Henricus Middelborch paucis mensis	1568
21	Domnus Joannes Leydensis, anno 1569 prima septembris institutus rector Sylvæ	1569 vel præcedenti
22	Domnus Hercules Winckelius	1569
23	Domnus Philibertus Cooman	1575

Vicarij in Nova Domo

- 40 Domnus Alexander de Travers, professus huius domus
- 41 Domnus Bruno Martin, profesus hujus domus
- 42 Domnus Anthelmus Schuermans, professus hujus domus

	Procuratores	Anni
1	Domnus Nicolaus Vitz, alias Herlaem, professus Antverpiæ	1456
2	Domnus Gaspar van Stocken, professus Capellæ	1458
3	Domnus Joannes de Bruyne, primus professus huius domus	1460
4	Domnus Gaspar Stocken, iterum	1466
5	Domnus Joannes de Bruyn, iterum	1470
6	Domnus Joannes de Groote	1497
7	Domnus Joannes Meerhould	1516
8	Domnus Judocus Fabri	1517
9	Domnus Henricus Orij	1522
10	Domnus Ægidius de Ceusel	1525
11	Domnus Anthonius Van Vlesembeke	1535
12	Domnus Everardus Van Velthoven	1541
13	Petrus Martini	
14	Domnus Everardus Van Velthoven, iterum	1550
15	Domnus Joannes Tourneur	1553
16	Domnus Franciscus de Cavenere	1559
17	Domnus Joannes Tourneur, iterum	1560
18	Domnus N. Zichems Joannes Zichems, professus domus S ^{tae} Sophiae, hic omissus est, quem reperio in hac domo procuratorem egisse, ac obiisse anno 1572, die 14. quare potest fieri, ut hunc locum postulet: prout etiam postea reperi, Zichem nomen est patria, cognomen familiae <u>t'Sionghen</u>	
19	Domnus Franciscus de Cavenere, iterum	1562
20	Domnus Henricus Middelborch — paucis mensis	1565
21	Domnus Joannes Leijdensis anno 1569 prima septembris, institutus est rector Sijlvæ: vel præcedenti	1568
22	Domnus Hercules Winckelius	1569
23	Domnus Philibertus Cooman	1575

Procuratores in nova domo

1	24	Domnus Joannes Broeyerius	1585
2	25	Domnus Joannes Steelant, professus domus Lovaniensis	1601
3	26	Domnus Joannes Broeyerius, iterum	1602
4	27	Domnus Ægidius Van Blitterswyck	1611
5	28	Domnus Arnoldus de Keghel, professus domus Leodiensis	1621
6	29	Domnus Joannes Pipenpoy	1627
7	30	Domnus Anthelmus Vanden Zande	1635
8	31	Domnus Nicolaus Vander Hulst, professus huius domus· per Capitulum institutus, obiit 1677	1663
9	32	Dionijsius Van Heumel, institutus in colloquio	1677
10	33	Domnus Bruno Servrancx 14 maij	1679
11	34	Domnus Guillielmus t'Sas. 2 ^a julij	1684. ap
12	35	Domnus Dionijsius Van Heumel, iterum 22 julij	1685
13	36	Domnus Fredericus Fredericx	
14	37	Domnus Ananias Van Soltem, professus domus Valencenarum	
15	38	Domnus Bruno Tservrancx, Bruxellensis, iterum 20 aug.	1694
16	39	Domnus Joannes Baptista Schoonendoenck — 7bris	1711
17	40	Domnus Andreas Van Langenhoven	1714
18	41	Domnus Gregorius de Doncker, 12 10bris 1716 in capitulo	
19	42	Domnus Dominicus vander Helst ,17 Januarii 1720	
20	43	Domnus Bruno Pede, professus domus hujus, 11 augusti 1724	
21	44	Domnus Antonius de Backer, professus hujus domus, per capituli generale a° <u>1731</u>	
22	45	Domnus Petrus De Cuijper, professus hujus domus 3 Junij 1738	
23	46	Domnus Dominicus van der Elst, iterum, 7 januarij 1742	
	47	Domnus Carolus Reydam, profssus hujus domus, 26 aprilis 1750, per capituli generale	
	48	Domnus Alexander de Travers, professus hujus domus· per capitulum generale a° <u>1760</u>	
	49	Domnus Joannes van Bever, professus hujus domus· per capituli generale anni 1764	
	50	D: Bruno Martin, professus hujus domus· in Capitulo 5. 8 ^{bro} 1770	
	51	D: Benedictus de Biefve, professus hujus domus, per capituli generale 1773	
	52	D: Alphonsus Garitte, professus hujus domus, in capitulo. 1781	

Sacristæ

Anni Domini

1	Domnus Gaspar Van Stocken	1456
2	Domnus Cornelius Block	1458
3	Domnus Hermanus Coolsmet alias Lochem	1459
4	Domnus Judocus Schapher, alias Cuper, professus Montis Dei	1460
5	Domnus Joannes Roberti a Merchtene	1468
6	Domnus Joannes a Colonia	1470
7	Domnus Arnoldus Calck	1470
8	Domnus Matthias Tsergoosens	1483
9	Domnus Henricus de Roeye	1487
10	Domnus Joannes de Bruijne	1497
11	Domnus Petrus Sicheran	1499
12	Domnus Joannes Meerhould	1509
13	Domnus Philippus Van Noot	1516
14	Domnus Antonius Van Vlesenbecke	1516
15	Domnus Philippus Vilain	1535
16	Domnus Everardus Vilthoven	1543
17	Domnus Petrus Weytens	1549
18	Domnus Jacobus Dordraco	1549
19	Domnus Joannes Tourneur	1550
20	Domnus Joannes Roelandi	1553
21	Domnus Hubertus a Francia Burgundus	1557
22	Domnus Petrus Beets	1559
23	Domnus Judocus Abs	1559
24	Domnus Petrus Beets, iterum	1560
25	Domnus Theodorus Hollandus	1561
26	Domnus Jacobus Coggen, professus domus Brugensis	1561
27	Domnus Joannes Vander Grecht	1564
28	Domnus Joannes Leydensis	
29	Domnus Hercules Winckelius	1567
30	Domnus Philibertus Cooman	1569
31	Domnus Martinus Moor	1574
32	Domnus Guilielmus a Castro	1575
33	Domnus Nicolaus Coen, ultimus sacrista in Scheut	1575

Sacristæ in nova domo

Anni Domini

1	34	Domnus Petrus Beets, tertio	1590
2	35	Domnus Judocus Abs, iterum	1596
3	36	Domnus Joannes a Novavilla, professus domus Leodiensis	1600
4	37	Domnus Joannes L' Apostole	1601
5	38	Domnus Christophorus Focant	1606
6	39	Domnus Ægidius van Blitterswyck	1607
7	40	Domnus Joannes a Blitterswyck	1610
8	41	Domnus Nicolaus Dierhout	1634
9	42	Domnus Bruno Van Oudenhagen	1638
10	43	Domnus Hilarion Stroobant, Bruxellensis	1642
11	44	Domnus Gregorius Geijs, Lovaniensis	1665
12	45	Domnus Theodorus Mallants, Campiniensis	1672
13	46	Domnus Bruno tServrancx, 7 septembris, Bruxellensis	1676
14	47	Domnus Lucas Pauli, 14 majj, Campiniensis	1679
15	48	Dnus Henricus Raeijmaeckers, Campiniensis	1680
16	49	D: Guillelmus T Sas, Bruxellensis	1682
17	50	D: Judocus Van Nieuwenhoven, 2 julij, Bruxellensis	1684
18	51	D: Jacobus Noodens, Campiniensis	1692
19	52	D: Abraham Snijers, Campiniensis	2 febr: 1694
20	53	Domnus Carolus de Doncker Brux, plurimum profuit ecclesie in ornamentis ampliandis, etc., 20 8bris 1704	
21	54	Domnus Bernardus van Boterdael, 15 9bris 1720	
22	55	Domnus Petrus de Cuyper, institutus 12 ^a junij <u>1726</u>	
23	56	Domnus Carolus Rijdams, institutus 3 junij <u>1738</u>	
24	57	Domnus Bruno Hofmans, institutus 4 julii 1749	
	58	Domnus Antonius Hijzenbaert, institutus 10. majj <u>1750</u>	
	59	D: Joannes Baptista Morreau, institutus 7 ^{bre} 1772	

Nomina professorum cartusiæ Bruxellensis

Ne mireris lector me nomina defunctorum fratrum collegisse, Deo enim omnia vivunt et quidquid revertitur ad omnium in familiæ numero computatur. Hier. in vita Sanctæ Paulæ

Anni
Domini

**Religiosorum
Cartusiæ Dominæ Nostræ de Gratia in Scheut
prope Bruxellas**

**Sub
priori
domno
Henric
o Loen**

Nomina, cognomina, patria; dies annus professionis, quæ officia obierint, et item dies exitus ex hac vita.

- | | | |
|---|---------------|---|
| 1 | 14... | Domnus Hermanus Lochem a quibusdam ponitur primus professus huius domus, in qua secundam duntaxat professionem emisit, primam et validam in Silva Sancti Martini, in hoc tamen catalogo numeratur, quia devote et laboriose plurimos annos in hac domo vixit, et tandem piam ac prodigijs coelitus decoratam mortem oppetijt in festo S. Thomæ Aquinatis, anno 1503. Habuit anniversarium perpetuum in domibus provinciæ Teuthoniæ. |
| 2 | 1459 | Domnus Joannes de Bruyne, Herselius in Flandria, sacerdos secularis primus a seculi vanitate conversus professionem emisit in hac domo 12 februarij anno 1459, postea fuit 4 annis vicarius bis procurator simul annis 36, postremo sacrista, obiit 8 maij, anno 1499, qui tam pie ac sobrie conversatus est tantos labores pro domo subiit, ut dignum se primo loco reddiderit atque ex merito etiam sibi iure vindicet. |
| 3 | 1460 | Domnus Thomas Meeck, Bruxellensis, professus 1 aprilis anno 1460, fuit ante ingressum ordinis Capellanus Sanctæ Gudulæ, obiit 25 junij, anno 1492. |
| 1 | conv.
1460 | Frater Henricus Heetvelde, Bruxellensis, primus conversus, professus 6 junij, anno 1460. Obijt autem non sine opinione Sanctitatis 12 novembris 1472. |
| 4 | 1461 | Domnus Joannes Biest, sacerdos secularis Gerardi-Montensis, professus 19 januarij, anno 1461. Postea fuit vicarius 29 annis, et multa pro domo scripsit. Obijt post multas lucratas/ lucratar patientiæ coronas 17 septembris anno 1507. |
| 2 | conv.
1461 | Frater Joannes Coese, missus ex primis laicis donatus domus Diestensis, postea factus est hic conversus, professus 25 januarij anno 1461, obiit vero 10 septembris, anno 1507. |
| 5 | 1461 | Domnus Joannes Roberti de Merchtene, Bruxellensis, sacerdos secularis, professus 21 decembris, anno 1461. Postea sacrista, et secundo/ secunde professus domus Hollandiæ. Obijt 33 junij (<i>sic</i>) |
| 6 | 1462 | Domnus Joannes Hac, Gandensis, promotus in artibus Parisijs, professus 20 augusti, anno 1462, verum obiit simplex et innocens 8 decembris, anno 1497. Hic postquam fuisset insutus ingemuit et extendit totum corpus ad dimidium pedem. |

Nomina professorum cartusiæ Bruxellensis.

7	Domnus Marcellus Voet de Steenbergis, in finibus Brabantiae, circa Bergas super Zonam promotus in artibus Lovanij, professus 30 septembris, anno 1463, postea obiit prior 29 julij, anno 1487. Scripsit seu verius dicam compilavit librum foundationis usque ad obitum suum, ut colligere quis potest ex folio 52 quando agit de morte Domni Henrici Loen et Domni Arnoldi, prioris Capellæ, et alia ut reos.	1463
8	Domnus Joannes a Colonia, sacerdos et frater in domo Nazareth, professus 22 augustij, anno 1467; postea fuit sacrista. Obijt 12 decembris, anno 1504.	1467
9	Domnus Arnoldus Calck, de ducatu Clivensi, ante ingressum ordinis frater in Nazareth, sed nondum promotus, professus est 1 maij anno 1468, postea sacrista huius domus et vicarius Lovanij. Vixit LX annos in ordine, anno 1514 ad suam instantiam remissus est Bruxellas. Obijt ultima julij anno 1526.	1468
10	Domnus Joannes de Groote, Bruxellensis, professus 8 aprilis anno 1469, qui fuit procurator et vicarius. Obijt jubilarius in ordine 11 octobris anno 1533.	1469
3 conv.	Frater Joannes Moens, Lovaniensis, conversus, professus 1 augustij anno 1469. Obijt 24 martij anno 1483.	1469
11	Domnus Henricus Roye, Bruxellensis, professus 17 novembris anno 1470, qui fuit sacrista et 56 annis laudabiliter vixit in ordine, obiit 18 augusti anno 1524.	1470
12	Domnus Matthias Tsergoosens, alias Middelborch, Bruxellensis, professus 15 augusti anno 1471, qui fuit ex sacrista creatus prior tertius huius domus annis 30. Obijt 9 aprilis anno 1517.	1471
4 conv.	Frater Hermannus Humbroch alias Viche, conversus, professus 20 martij anno 1474.	1474
sub priore Domnus Marcelio		
13	Domnus Petrus de Casleto, in Flandria, professus 30 junij anno 1475, fuit magister in artibus.	1475
14	Domnus Joannes Florentis, professus prima augustij anno 1476, obiit primus in hac domo anno 1489 1 septembris.	1476
5 con.	Frater Amandus Amelen, natus Terbs, conversus, professus 10 octobris anno 1477, obiit 14 may circa annum 1495.	1477
15	Domnus Petrus de Thimo, Bruxellensis, decanus Anderlectensis, professus 15 aprilis, anno 1478, obiit 14 octobris.	1478
16	Domnus Andreas de Tornaco, professus fuit domus Capellæ 1470, nisi fuerit illi alius cognominis, et secundam hic emisit professionem ut reor, idque 23 aprilis anno 1479, obiit 15 calendas martij anno 1507.	1479
17	Domnus Henricus Ory, 5 februarij anno 1489, postea vicarius et procurator, obiit 10 februarij anno 1531.	1489
18	Domnus Adolphus Cautreau (de Cotereau), Bruxellensis, professus 5 februarii anno 1492, obiit ultima may anno 1527.	1492
19	Domnus Petrus Eekaert, Bruxellessis, professus 7 februarii anno 1492, obiit pie 20 novembris anno 1507.	1492

Nomina professorum cartusiæ Bruxellensis

20	Domnus Henricus Hinkaert, Bruxellensis, professus 7 junij anno 1492. Obijt 25 junij anno 1529.	1492
21	Domnus Judocus Fabri, professus 10 novembris anno 1498, qui successive fuit sacrista, vicarius et procurator in hac domo, postea etiam prior domus S. Jacobi in insula de Capro nec non et Padulæ in provincia Lombardiæ Remotioris, in qua defunctus est, scilicet in domo de Trisulto 9 septembris anno 1532.	1498
6 conv.	Frater Laurentius der Kinderen, conversus, professus 29 octobris anno 1498, obijt 26 augusti anno 1536	1498
7 conv.	Frater Levinus Cooman, conversus, professus eodem die et anno, obijt 27 octobris anno 1517.	1498
8 conv.	Frater Lucas Waerenberch, conversus, professus die et anno quo supra, obijt 22 julij anno 1507.	1498
22	Domnus Hubertus de Loen, Buscoducensis, professus 14 februarij anno 1499, postea prior Sanctæ Sophiæ prope dictam urbem annis 27 cum dimidio, obijt 13 decembris anno 1530.	1499
23	Domnus Jacobus Hugonis, professus 8 januarij, sed quo anno fateor me ignorare, ideo ad calcem huius seculi eum reieci. In carta anni 1555 habetur domnus H. Jacobus, professus domus Bruxellæ, prior domus Herbipolis et puto eundem esse cum superiore suite altram/ altamen pag.	
24	Domnus Judocus Scamferlere, professus huius domus et secundo Montis Dei. obijt Anniversarium ipsius 3 maij sed puto contrarium eum Montis Dei primo fuisse professum, et esse eum qui fuit quartus sacrista ut cognominatur aliquando etiam Scapher et Cuper. Domnus Franciscus de Bruxella, professus domus, de quo altum ubique silentium nisi in charta anni 1555.	
9 conv.	Frater Christophorus, Gandensis, conversus primo domus Bruxellæ, <u>secundo</u> domus Monachorum, habetur in charta anni 1569.	
25	Domnus Simon Vilain, Bruxellensis, professus 6 januarij anno 1500, postea functus est officio vicarij, obijt 5 augusti anno 1539.	1500
26	Domnus Petrus Siceram, Bruxellensis, professus 11 martij anno 1500, qui fuit sacrista, obijt 12 martij anno 1509.	1500
27	Domnus Gabriel Ofhuijs, professus 26 julij anno 16 <u>1502</u> , secundo domus Lovanij in qua obijt 21 junij anno 1535 vel sequenti.	1501
28	Domnus Jacobus Cooman, Gandensis, professus 29 aprilis anno 1504, obijt 10 martij anno 1525.	1504
29	Domnus Hubertus de Lacu, professus 4 decembris anno 1504, qui fuit vicarius domus Argentinæ, et ibidem obijt 25 augustij anno 1537.	1504

Nomina professorum Cartusiæ Bruxellensis

- 30 Domnus Joannes Meerhault, professus 14 februarij anno 1508, fuit sacrista, procurator et 34 annis fere prior huius domus, et convisitator et visitator provinciæ, plurimum profuit domui in redditibus ampliandis et ædificijs erigendis. Obijt 10 octobris anno 1550, fuit vir exemplaris, zelosus, maturus, probus laudabilis vitæ, boni nominis et famæ. 1506
- 31 Domnus Ægidius Coesel, professus 14 februarij anno 1508, postea fuit vicarius et procurator, cuius anniversarium 16 februarij. 1508
- 32 Domnus Antonius de Vlesenbeeke, professus 21 may anno 1509, Bruxellensis, fuit sacrista et postea procurator, in quo officio obijt 29 junij anno 1541. 1509
- 33 Domnus Firminus Torment, Mechliniensis, professus 6 augustij anno 1510, extitit benefactor domus. Obijt 16 decembris anno 1557. 1510
- 34 Domnus Philippus Vander Noot, Bruxellensis, professus 12 novembris anno 1510. Anniversarium ipsius 11 novembris. 1510
- 35 Domnus Petrus Weytens, Alostensis, professus 17 junij Anno 1511 1511
- ? Domnus Petrus Comperis de Casseleto, professus anno 1511 an sit/[fit](#) idem cum priore dubium est obijt hic 18 octobris, [anno 1514](#).
- 36 Domnus Philippus Vilain Bruxellensis professus 10 Julij Anno 1514 postea fuit Sacrista obijt 1 septembris anno 1546. 1514

sub priore domnus Joannes Meerhault

- 37 Domnus Joannes Zeunen, professus 24 junij anno 1522, aliquas contulit domui sed postea retro respexit. 1522
- 38 Domnus Adrianus Vander Hoeven, Lovaniensis, professus 6 octobris anno 1526, obijt 20 februarij 1539. 1526
- 39 Domnus Everardus Velthoven, professus 10 septembris anno 1527, qui postea extitit sacrista, procurator et vicarius huius domus, et tandem prior domus Lovaniensis, obijt in hac domo senior anno 1563. 1527
- 40 Domnus Gaspar de Wighen, professus 14 septembris anno 1528, qui fuit vicarius 28 circiter annis, valde obsequiosus et paratus omnibus vir magnæ patientiæ et pacis, non curiosus neque vindicativus amator simplicitatis et rusticitatis zelosus, obijt 25 augustij anno 1559. 1528
- 41 Domnus Jacobus de Dordraco, professus 15 januarij anno 1530, obijt senior huius domus 8 septembris anno 1569, dicatur in calendario domus Capellæ prior domus Herbipolis. 1530
- 42 Domnus Joannes Bruneau a Duaco, professus anno 1533. Antiquior huius domus, obijt in domo Sancti Audomari anno 1583, habetur in calendario domus Capellæ 17 septembris. 1533
- 43 Domnus Petrus Martini, professus 18 octobris anno 1534, postea procurator et quintus prior/?? huius domus, qui valde fuit diligens in officio, et multas reparationes fecit in ecclesia et capitulo, obijt 16 decembris anno 1559. 1534
- 44 Domnus Joannes de Mirica, alias Vanderhyen, professus 2 junij anno 1539, obijt vicarius domus Rutilæ anno 1582. Scripsit aliquos libros. Vide bibliothecam cartusianam. 8 octobris in calendario domus Capellæ et anno 1578. 1539

Nomina professorum cartusiæ Bruxellensis

45	Domnus Joannes Vander Grecht, latine a Fovea, ex Minorita, professus cartusianus 24 martij anno 1540, obiit in domo Vesaliæ 24 martij anno 1573.	1540
46	Domnus Cornelius Vierendel, alias Vitredoel, professus 19 junij anno 1540, obiit 16 octobris anno 1543.	1540
47	Domnus Joannes Brugmam, eodem die et anno professus quo præcedens.	1540
48	Domnus Joannes Roelants, Alostanus, professus 29 octobris anno illo fertili 1540, postea diversarum domorum prior in Germania, scilicet Erfordiæ, Buxiæ et in Itembach, obiit circa annum 1586, fuit etiam sacrista et vicarius huius domus.	1540
49	Domnus Ægidius a Bruxella, professus 18 julij anno 1545. Interfectus est Traiecti ad Mosam ab Hispanis quos offenderat sua nimia loquela in carcere, gravavit hanc domum multis scandalis, Deus reputet ei hanc mortem in satisfactionem peccatorum suorum. Sepulturæ mandatus fuit per domnum Franciscum Cavenere, professum huius domus qui capta civitate per ducem Parmensem illuc accesserat.	1545
50	Domnus Joannes Tournour, professus 8 novembris anno 1546, qui fuit sacrista, procurator et vicarius huius domus, admodum strenuus et diligens præsertim in describendis libris. Scripsit enim librum foundationis et alios libros de redditibus domus etiam librum de ornamentis est utensilibus ecclesiæ, Dorlandum et alias. Obijt hospes in domo Capellæ 6 augusti.	1546
51	Domnus Joannes a Merchtene, professus 15 decembris anno 1546, an forte idem sit cum illo qui professus fuit 21 decembris anno 1461 et error sit in anno.	1546
52	Domnus Hubertus a Francia Burgundus, professus 17 maij anno 1548.	1548
5	Frater Joannes a Doloribus, Bruxellensis, clericus redditus, professus 29 junij anno 1548, qui iuxta etimologiam cognominis sui matri suæ huic inquam domui multos dolores adtulit, et tandem Leodij in Xenodochio/ Xenodochiis obiit et agnovit ordinem suum ab eos/ ejusque pariter agnitis/ agnitus et chartæ capituli inscriptus anno 1582.	1548
53	Domnus Petrus Bets, a Lovanio, professus 19 maij anno 1550. Vir simplex et rectus, pius admodum, et devotus sanctorum cultor, mitis sine felle, obiit in nova domo senior non sine opinione Sanctitatis 8 augusti anno 1605.	1550

Sub priore domno Petro Martini

54	Domnus Henricus Kermpt, professus 19 maij anno 1552.	1552
	Domnus Ægidius a Prato, professus 3 Augusti anno 1552.	
55	Domnus Franciscus de Cavenere, a Neygen, professus 17 julij anno 1553, qui fuit procurator Capellæ, item successive procurator, vicarius et prior huius domus. Obijt autem senior in nova domo 28 maij anno 1611.	1553

Nomina professorum cartusiæ Bruxellensis

- 56 Domnus Judocus Abs, professus 3 may anno 1559, qui fuit sacrista, obiit 31 octobris anno 1603 Anno 1559
- 57 Domnus Joannes Leydensis, professus 9 aprilis anno 1560, fuit sacrista et vicarius huius domus, obiit prior Sijlvæ Sancti Martini 9 aprilis anno 1572. Anno 1560

Sub domnus Francisco

- 58 Domnus Guilielmus a Castro, professus sub domno Francisco de Cavenere, priore/priori. Quo autem anno et die ignoramus supervixit nostro tempore alicubi in Germania, sed de eius obitu nihil adhuc intelleximus.

Sub domnus Christiano, priore

- 59 Domnus Georgius Cooman, Mechliniensis, professus 12 aprilis anno 1564 vel sequenti, obiit 15 augusti anno 1572 1564
- 60 Domnus Henricus Middelbourck, Bruxellensis, professus 1 julij anno 1565, qui fuit procurator huius domus, obiit 6 octobris anno 1577 1565
- 61 Domnus Martinus Moor, Flander, professus primo domus Sijlvæ Sancti Martini, secundo Bruxellæ 16 januarij anno 1566, diem suum obiit Erfordiæ circa annum 1597, ibique fuit vicarius, ultra 40 annos laudabiliter vixit in ordine. Notatur eius obitus 25 7bris in calendario Capellæ. 1566
- 62 Domnus Hercules Winckelius, Bruxellensis, professus 8 aprilis 1567, qui fuit procurator, et bis prior novæ domus, item prior Sylvæ Sancti Martini, Brugensis et Lovaniensis, nec non visitator provinciæ, vir gravis et probus sufficienti doctrina ornatus. Obijt pie in Domino, omnibus ecclesiasticis sacramentis munitus 16 junij potius 5 julij anno 1611. 1567
- 63 Domnus Philibertus Cooman, Mechliniensis, professus 8 septembris anno 1569, qui fuit ultimus procurator in Scheut, et postea prior Leodij et Brugis, in qua domo obiit 9 junij anno 1602. 1569
- 64 Domnus Nicolaus Coen, Bruxellensis, professus 22 martij anno 1572, qui fuit postremus sacrista in antiqua domo, obiit 11/21/22 novembris anno 1580, in domo Gosnay. 1572
- 65 Domnus Petrus Leuwensis, ex Haga-Comitis in Hollandia, professus 26 decembris anno 1574, dormitionem accepit in patria sua dum hæ Belgicæ provinciæ mutarent et quo tuto se nostri reciperent sæpe ignorarent. Ultimus professus in Scheut, 1576 : 1574
- 66 Domnus Joannes Broeyers, Bruxellensis, qui ultimus fecit professionem in antiqua domo 9 maij anno 1576, fuit sacrista Valencenis septem annis, et longo tempore procurator novæ domus itemque primus, et decem annis vicarius, nunc senior pacificus et pius, interiit ex apoplexia 29 octobris anno 1627, cuius anima in Sancta pace quiescat cum omnibus fidelibus. Amen 1576

Nomina donatorum cartusiæ Bruxellensis

Donatos quos invenire potui alphabetico ordine recensebo quoniam tempus admissionis ad ordinem vel exitus ex hac vita plurimum ignoro.

Dies obitus

1	Simon Huwetten, primus donatus et portarius huius domus, missus ad domo Sylvæ Sancti Martini, obiit anno 1467/1464 9 januarij.	9 januarii
2	Adrianus Van Laren (Lare), de Antverpia, quia etiam tria vota fecit in statu donati, servivit fideliter in officio braxatoris et pistoris, obiit 16 februarij anno 1533.	16 februarii
3	Adrianus Gaudeaboys, donatus et coquinarius, obiit 1 martij anno 1590. Sepultus in Jericho.	1 martij
4	Ægidius Wynghe, custos vivariorum oriundus ex pago Tildonc prope Lovanium, in carta anni 1542 habetur unus Ægidius Thielt.	ultima septembris
5	Cornelius Ziezeringen.	24 februarii
6	Gisbertus a Praet, postquam fuisset 30 annos præbendarius, receptus fuit pro donato 22 novembris anno 1520.	7 may
7	Guilielmus de Beckere, qui Zuenene dictus est Bruxellensis, sartor, receptus anno 1526, in festo Decollationis Sancti Joannis Baptistæ, obiit 17 juniij anno 1556.	17 juniij
8	Gerardus de Ymsel, auriga, obiit 3 Septembris anno 1525.	3 septemb.
9	Henricus Smesman, oriundus ex Gandavo, sartor, obiit 13 januarij anno 1530.	13 januarii
9	Henricus Hemeloys, olim coquus, obiit 1 novembris anno 1610, primus sepultus in magno cæmeterio novæ domus, multis secularibus præsentibus.	1 novembris
10/11	Jacobus Cambier, quondam balius Gerardimontis, sexagenarius venit ad ordinem anno 1472 - fuit portarius.	6 januarii nota
	Joannes de Bloyere, receptus anno 1509 12 novembris, obiit 12 juniij anno 1519.	12 juniij
12	Joannes de Bree, alias Vaes, forte Raes 1516 vivebat.	23 julij
13	Joannes Pepercoren, receptus ad tria vota anno 1470	1 novemb
14/15	Joannes Holus, obiit 11 januarij anno 1529	11 januarii
	Joannes Evrardi, alias Elzelaer, qui fecit tria vota in statu donati, et dedit domui omnia bona sua hæreditaria, pro quibus reddat illis dominus vitam æternam, obiit pientissime ac patientissimæ obiit ex parvulis pustulis 29 aprilis anno 1519	29 aprilis nota bene
16	Joannes a Gandavo, alias Vanden Driesche, hortulanus diligens, utilis domui, tam die quam in nocte frequentans ecclesiam, obiit 8 septembris anno 1559	8 Septembris
17	Joannes Hoeven, coquus, obiit 12 maij anno 1572	12 maij
18	Joannes Dessel, qui fuit valde simplex et devotus	22 januarii
19		
20		
21		

		Dies obitus
22	Joannes Huweken, de prope Lovanium, receptus anno 1474.	
23	Joannes Lamberti, olim portarius et piscator, obiit 10 may anno 1597. Sepultus in nova Ecclesia.	10 may
24	Joannes Marien, donatus et custos sacelli Beatæ Mariæ, qui ultra 50 annos laudabiliter vixit in domo, obiit 17 junij anno 1592.	17 junij
25	Joannes Van Hultrem, cuius anniversarium 2 septembris.	2 septembris
26	Joannes Pluviers, de Lovanio, coquus, receptus anno 1490, obiit 22 may anno 1503. Joannes Van Waver, portarius. In carta anni 1540 habetur Joannes Aquatin.	22 Maij
27	Joannes Smesman de Gandavo.	martij
28	Joannes Vercleeren, ex Geldria, receptus anno 1490.	20 novembris
29	Judocus Richaert, obiit 6 septembris anno 1572.	6 septembris
30	Judocus de Sane, Alostensis. Obijt 6 decembris anno 1562.	6 decembris
31	Ludolphus Coesmet.	29 decembris
32	Lucas Everberge, credo eundem qui et Varenberch scribitur obiit anno 1534.	29 novembris
33	Matthias Velthoven, donatus, obiit anno 1579.	
34	Petrus Caelwyc, coquus, obiit 10 aprilis anno 1527.	10 aprilis
35	Petrus Beer, obiit Leodij circa annum 1581.	
36	Petrus Cuesel, de Ninivis, receptus anno 1520, obiit 22 novembris anno 1537	22 novembris
37	Petrus Donc, obiit 9 septembris anno 1528	
38	Reynerus Broomans, Bruxellensis, superest familiae honestorum civium eiusdem cognominis, obiit circa annum 1572	
39	Reynerus Bossuyt, coquinarius et sartor, obiit 15 januarij anno 1542	
40	Simon qui supra in primo loco.	

Nomina professorum Cartusiæ Bruxellensis

**Religiosorum
Cartusiæ Dominæ Nostræ de Gratia ab initio.
ipsius restorationis in oppido Bruxellensi.**

Nomina, cognomina patriæ; dies, mensis, annus sub quo priore quisque professus fuerit, item dies exitus ex hac vita, quem Deus nobis felicem tribuat, atque superstites notare non negligant.

- | | | |
|---|---|------|
| X | <u>Domnus Petrus de Leon</u> professus domus de Miraflores secundam hic professionem fecit, atque novæ domus præcipuus promotor fuit, quippe qui eleemosynis a suæ gentis hominibus Hispanis impetratis eam a fundamentis incæpit, et eo usque produxit, ut haberet ad sacellum ad portam, ecclesiam et circum eam parvum ambitum, duas cellas cum parte maioris ambitus, refectarium, et domum aliam quam inhabitant facile quatuor religiosi habentes singuli bina cubicula, et a frontispicio templi turrim unam, pro quibus laboribus Deus det illi requiem æternam obiit 3 augusti anno 1605. | |
| X | <u>Domnus Joannes L'Apostole</u> , Mechliniensis, ante ingressum ordinis carmelitam sed necdum sacerdos, receptus in cartusia Lovaniensi, sed primus in hac nova domo ordinem cartusiensem, professus est 10 novembris anno 1599. Fuit sacrista et vicarius, obiit senior domus 5 februarii anno 1633.
Sub priore domnus Arnolfo Havensio | 1599 |
| X | <u>Domnus Ægidius Blitterswyck</u> , Bruxellensis, professus 8 februarii anno 1604, sub domnus Petro de Leon. Fuit sacrista et procurator solers et strenuus <u>10 annis</u> , et quondam ibidem vicarius, obiit procurator domus Sylvæ Sancti Martini 29 aprilis 1638, | 1604 |
| X | Sub domnus Gisberto, rectore præsentis visitatore domnus Hercule Winckelio | |
| X | <u>Domnus Joannes de Blitterswyck</u> , Bruxellensis, professus 22 januarii anno 1606, qui obiit jubilarius 28 julij post prandium hora 2 anno 1661. | 1606 |
| | <u>Domnus Christophorus Focant</u> , Bruxellensis, receptus (sicut et præcedens) ad ordinem a domno Petro de Leon, priore, fecit professionem 16 aprilis anno 1606, præsentis domnus Hercule, priore domus Lovaniensis et visitatore, sub domno Gisberto, rectore. | 1606 |
| | <u>Domnus Petrus de Wal</u> , Gandensis, sed ex parentibus ducatus Luxemburgensis, professus 2 octobris anno 1607. Sub domnus/ <u>domno</u> Gisberto Bauhusio, priore. Obiit anno 1648 31 ^a maij.
Sub domnus Joannes Emmechovio. | 1607 |
| X | <u>Domnus Joannes Richardus</u> , Dampvillerensis in ducatu Luxemburgensi, magister artium, sacellanus Divæ Gudulæ, professus 6 martij anno 1612. | 1612 |
| X | <u>Domnus Gerardus Eligij/Eligius Raddelet</u> , Durbutensis in prædicto ducatu, sed in diœcesi Leodiensi, professus 3 martij anno 1613, obiit vicarius 30 decembri 30 <u>Januarij</u> 1641. | 1613 |
| | <u>Domnus Nicolaus Smisman</u> , Bruxellensis, professus 11 augusti anno 1613, obiit 20 augusti anno 1624. | 1613 |
| | <u>Domnus Vincentius Knibb</u> , antea vocatus Erasmus, Bruxellensis, professus 22 januarii anno 1614 | 1614 |

Domnus Deodatus Vischer, Emdanus, professor 15 9bris 1615, subdiaconus	1618
Domnus Judocus Gindertalen, Bruxellensis, professor 17 7bris 1617	
Domnus Nicolaus Dierhout, Gorcomuensis, professor 21 8bris 1618, fuit sacrista diligens, sub quo nostra ecclesia mirum in modum prosperavit	1638. 30 7bris
Domnus Petrus Alvarez d'Olmos, Bruxellensis, patre Hispano, professor 1620 3 februarij	1654. 21 7bris
Domnus Joannes Pipenpoij, Bruxellensis, ex Parocia Sancti Joannis Baptistæ in Molenbeck, magister artium, et S ^æ Theologiæ baccalaureus, professor 1623, 23 aprilis, fuit prior Brugis, et Bruxellis. Absolutus præter fecium	1681. 9 ^a maij
Domnus Bruno van Oudenhaghen (antea vocatus Henricus), Bruxellensis, 1623 6 augusti, multos/ multa domui legavit, obiit vicarius	1660. 12 maij
Domnus Cornelius Steijaert, Antverpiensis, magister artium 1627, 20 junij	1655. 23 martij
Domnus Anthelmus Vander Leenen (alias vander Zande), Antverpiensis, antea vocatus Joannes, magister artium, professor 1628, 6 ^a augusti. Obijt prior Gandavi	1668. 14 7bris
Domnus Hilarion Stroobant (ante vocatus Joannes), Bruxellensis, professor 1628 21 8bris.	1674. 21 martij
Domnus Guilielmus d'Outelair, Ode-Rhodijs, Buscoducensis diœcesis, professor 1632 18 8bris. Obijt prior in domo Diestemij.	
Domnus Angelus Schotte (Joannes Evangelista antea vocatus), Bruxellensis, professor 1633, 24 aprilis, qui fuit in sæculo pedestris miliciæ ductor.	
Domnus Josephus d'Outelair (Joannes antea vocatus), professor 1635, 19 martij frater germanus domni Guilielmi supra dicti, in diversis domibus fuit prior.	
Domnus Franciscus Planchon, Tornacensis, professor 1638, 15 augusti.	1685. 10 martij
Domnus Engelbertus de Neve, Bruxellensis, professor 1640, 5 ^a februarii.	
Domnus Hugo Gaethovius, patria Beringanus (antea vocatus Reynerus), professor 1643, 12 aprilis.	1695. 5 januarij
Domnus Jacobus vanden Berghe, Bruxellensis, professor 1647, 28 julij, domui bene providit et aliquando ibidem vicarius.	1679.
Domnus Bernardus Gaillard, Bruxellensis (anté vocatus Jacobus), professor 1647, 21 ^a 9bris, qui obiit in hac domo coadiutor.	1676. 19 7bris
Domnus Landuinus de Rons, Bruxellensis, professor 1648, 21 8bris.	1675. 2 martij
Domnus Macharius Macharis, Bruxellensis, professor 1649, 21 10bris.	
Domnus Philippus De Bavelaer, Dunckerkanus, professor 1650, 7 martij.	1684. 25 martij
Domnus Georgius Millian, Bruxellensis, professor 1650, 8 9bris. obiit in domo Capellæ, vicarius.	1676. 27 augusti
Domnus Nicolaus vander Hulst, Bruxellensis, professor 1657, 13 maij. Obijt procurator.	1677.
Domnus Gregorius Geijs, Mechliniensis, professor 1659. 26 julij, obiit vicarius.	1679. 18 februarij
Domnus Theodorus Mallandts, Gelensis, professor 1663, 1 ^s januarij.	1707. 21 junij
Domnus Bruno Servranx, Bruxellensis, professor 1663, 2a februarij	1711. 23 julij
Domnus Augustinus Huijsmans, Balensis, professor 1664 28 augusti, obiit vicarius	1674. 13 septembris
Domnus Anthelmus Braemt, Gandensis, professor 1665. 11 8bris	1669. 8 10bris
Domnus Dionisius Van Heumel, Mollensis, professor 1666 15 augustus, hic prior existens obiit hic in domo Capellæ	1700. 20 februarij
Domnus Martinus Weijts, ex Oevel, Campiniensis, professor 1667, 11 7bris	1672. 5 8bris
Domnus Christianus Weijts, præfati Martini frater germanus, professor 1671, 18 8bris, obiit procurator apud Monialium Brugis	1674. 15 Junij
Domnus Lucas Pauli ,Gelensis, professor 1671, 18 8bris	1687 7bris
Domnus Henricus Raeijmaecker, ex Westelroo, Campiniensis, professor 1674 19 augusti	1711 2 augusti

X	Domnus Guilielmus t Sas, Bruxellensis, professus 1678. 21 augusti. Domnus Josephus Van Thienen, Bruxellensis, professus 1678 21 augusti.	
X	Domnus Judocus Nieuwenhove, Bruxellensis, professus 1678 21 augusti.	
X	Domnus Hieronimus Van Nijverzeele, Bruxellensis, antea sacerdos sæcularis, professus 1680 15 7bris.	1700 12 junij
X	Domnus Franciscus Tou, Amstellodamensis, antea dictus Theodorus, professus 17 septembris 1680.	1708 20 julij
	Domnus Andreas Van Langhenhove (antea dictus Balduinus), professus 30 ^a 9bris, in festo Sancti Andreae 1680. Bruxellensis.	22 7ber 1729
	Domnus Jacobus Noydens, professus 13 aprilis, Dna in Albis 1681, Campiniensis ex Gierle.	1698 8bris
	Domnus Joannes Moens, professus 22 julij 1682, in festo Beati Mariae Magdalenaë, Campiniensis ex Meerhout.	1694 3 martij
	Domnus Gregorius de Doncker, ante vocatus Joannes Georgius, professus 19 martij 1683, in festo Sancti Josephi, Bruxellensis.	15 ^a januarii 1720
	Domnus Albertus Ten Ham, professus 20 februarij 1684, ex Gemert in de Meijerije	
	Domnus Fredericus Frederix, professus 10 augusti, in festo S: Laurentij 1684, ex Geldria.	1719, 4 9bris
X	Domnus Abrahamus Smeijers, professus 10 februarij, in Dominica septuagesimæ, Campiniensis ex Eijndthoudt. Obijt 1704 in festo Sancti Lucae.	1704 18 8bris
	Domnus Paulus Walraeve, Bruxellensis, quondam capellanus Sancti Gaugerici, professus hujus domus Bruxellæ, 10 januarij 1689.	obiit.1704 23 7bri
	Domnus Carolus de Doncker, Bruxellensis, professus huius domus, 16 januarij 1689, frater germanus prædicti Gregorij de Doncker, obiit 28 maart 1721.	
	Domnus Joseph Engelgrave, Antverpiensis, professus in festo S. J. Baptistæ 1691, ante vocatus Carolus, obiit 23 martij 1744.	
	Domnus Philippus vander Elst, Bruxellensis, professus 1700 17 9bris	
	Domnus Joannes Baptista van Schoonendonck Bruxellensis prof. 1701 18 8bris	
	Domnus Benedictus Wicaer, Bruxellensis, professus 1709 29 junij, ante vocatus Carolus, obiit ... feb 1744.	obiit 15 april 1737
	Domnus Bernardus Boterdael, Bruxellensis, professus 1709 14 8bris, ante vocatus Josephus.	obiit 10 xbris
	Domnus Dominicus vander Elst, Bruxellensis, professus 1712 7 augusti, ante Andreas.	1750
	Domnus Petrus de Cuijper, Bruxellensis, professus 6 9bris 1718	obiit 4 jan. 1742
	Domnus Bruno Pede, Bruxellensis, professus 21 aprilis 1720, ante vocatus Guielmus	obiit 30 7bris 1765
	Domnus Carolus Rijdams, professus 30 septembris 1725, ex hac Parochia.	obiit 2 8bris 1762
	Domnus Antonius de Backer, professus 19 majj 1726, Bruxellensis.	obiit 16 martii 1763
	Domnus Hugo Schoevaerds, Bruxellensis, professus 25 9ber 1727.	obiit 1744
	Domnus Joannes vander Reggen, Bruxellensis, professus 26 8ber 1728.	obiit 2 julij 1751
	Domnus Laurentius Goubau, Bruxellensis, professus 9 ^a 8bris 1735.	obiit 18 majj 1771
	Domnus Joseph Blockmans, ex Campenhout, professus 21 8bris 1743.	
	Domnus Antonius Hijzenbaert, Bruxellensis, professus 3 majj 1744.	obiit 19 X ^{br} 1768
	Domnus Bruno Hoffmans Bruxellensis, professus 21 februarij 1745.	
	Domnus Joannes van Bever, ex Heembecke, professus 23 januarij 1747	
	Domnus Joannes Bap ^{ta} Luijckx, Tournoltanus, professus 10 januarij 1752	obiit 5 aug: 1770
	Domnus Alexander de Travers, Bruxellensis professus 14 februarij 1752	obiit majj 1781
	Domnus Benedictus de Biefve, Bruxellensis, professus 3 februarij 1753	

Domnus Anthelmus Schuremans, Anderlechtensis, professor 23 februarii 1755.

Domnus Bruno Martin, Bruxellensis, professor 6 8bris 1755.

Domnus Bernardus Truijts, Bruxellensis, professor 19^a maij 1757.

Domnus Hugo Verduijn, Tiletanus, professor 18^a 8bris 1757 apostata.

Domnus Joannes Bap^{ta}, antea Gerardus Morreau, ex Walshouthem, professor 3^a junij 1771. Ante ingressum ordinis nostri erat sacerdos sæcularis.

Domnus Petrus van Eijndhoven, Sijlvæducensis, professor 1^{ma} 8bris 1772.

Domnus Alphonsus Garritte, ex Steinkerke, professor 1^{ma} 8bris 1772.

Domnus Josephus, antea Joannes Bap^{ta} Van Gucht, ex Ermbodegem, professor 1^{ma} 8bris 1772.

(f° 21^v a 23^v blanco)

Nomina conversorum cartusiæ BruxellensisObitus

Frater Judocus Mirode, conversus, Alostanus, professus 3 junij 1598, exercuit officium dispensatoris, braxatoris, simul et pistoris. Vir religiosus, ac timoratus, benignus in conversatione, et assiduus in frequentanda ecclesia.	1612. 24 februarij
Frater Henricus de Vasseur, Normandus, conversus, prof ^s 1602/1601, 3 ^a julij, fuit hortulanus.	1638. 8 aprilis
Frater Jacobus Schellekens, Lijrannus, conversus, professus 11 februarij 1602, fuit sartor, et dispensator, obijt portarius.	1626, 1 ^a augusti
Frater Paulus Coppens, Bruxellensis, conversus, professus ^s 1608. 28 8bris, fuit coquus largus, et benignus.	1637, 22 8bris
Frater Andreas Van Meren, Bruxellensis, conversus, professus 21 augusti 1613, qui obijt Brugis sub domno Joannes Pipenpoij ibidem priore.	1653. 12 8bris
Frater Ludovicus de Bossio, Antverpiensis, conversus, professus 29 7bris 1617.	1659. 26 aprilis
Frater Ægidius de Wint, Mildeburgensis, conversus, professus 3 maij 1618, obijt ultimus huius provinciæ jubiliarius conversus.	1669. 9 januarij

Nomina donatorum cartusianæ Bruxellensis

Frater Carolus Peeters, Bruxellensis, donatus, ad donationem receptus in principio mensis julij 1591.	1606 ...
Frater Thomas Gilmans, Barbantus, receptus eodem seu tempore, fuit 30 circiter annis portarius, obijt morbo phtisi	1622. 30 7bris
Frater Jacobus Laurent, ex Brenia, comitis in Hannonia, receptus 3 9bris 1598, coquus industrius, obijt portarius	1640. 19 9bris
Frater Joannes Pater Noster, alias a Rosario, Herenensis prope Angiam, receptus 11 augusti 1613.	
Frater Guillielmus Kersmaecker, Liranus, receptus 12 januarij 1617, sartor, pistor, et portarius, fuit	1631. 28 10bris
Frater Bartholomeus Olaye, Heverensis prope Lovanium, receptus 1630 24 augusti	1630. 19 9bris
Frater Joannes Baptista Claes, Bruxellensis, receptus 5 martij 1633	
Frater Mathias Lambrecht, Bruxellensis, receptus 16 9bris 1635	
Frater Hugo (in baptismo vocatus Honorius) de Graeve, Bruxellensis, receptus 16 april 1643.	
Frater Anthelmus Walraven, Bruxellensis, receptus 1646, 22 7bris.	
Frater Petrus Terwecoren, ex Meijs in comitatu Grimbergano, receptus 22 7bris 1646.	1665. 2 10bris

Obitus

Frater Alexander Coole, receptus anno 1654, 9 augusti, Bruxellensis.	1660. 19 aprilis
Frater Joannes Martins, receptus 2 maij 1662, Bruxellensis.	1662. in maio
Frater Simon Spirinck, receptus 2 maij 1662, Bruxellensis.	1690. 10 9bris
Frater Ægidius Heembeke, receptus 15 maij 1667, Bruxellensis.	1676. 17 10bris
Frater Andreas Geuens, receptus 4 julij 1669, Campiniensis ex Balen.	1723. 20 maij
Frater Anthelmus van Cutssum, receptus 1669, Anderlacensis.	1700. 19 februarij
Frater Hugo vander Linden (ante dictus Joannes), Bruxellensis, receptus 20 augusti 1675.	obiit 9 januarij 1726
Frater Petrus van Laethem ex parochia Sancti Martini de Lennick, receptus 4 ^o novembris 1680; parentes eiusdem dicti Gualterus Van Laethem et Catharina Van Leenheer	obiit 30 Xbris 173..
Frater Daniel Bulthé, receptus 8 januarij 1685, ex Parochia Vendegies circa Valencenas.	obiit 24 ^a maij <u>1726</u>
honestus Juvenis Henricus van Aken, sartor, Liranus, receptus est a conventu 9 10bris 1712, in præbendarium postquam 15 annis servivit domui, confirmatus est a Reverendo patre Antonio Tertogere 21 januarij 1713.	obiit 16 aprilis <u>1748</u>
Frater Joannes Mertens, ex pago Herinensi, receptus ad contractu 8 ^a novembris <u>1725</u> , obiit 3 ^a 9bris 1741.	
Frater Egidius Goossens, ex Londerseel, contraxit 25 januarij 1729.	
Frater Joseph Penninckx, ex pago Herinensi, receptus ad contractum 7 januarij 1730. coquus.	obiit <u>11</u> aprilis <u>1748</u>
Frater Guillelmus Ketelbant, ex parochia Anderlectensi, contraxit.	
Frater Joannes van den Abeelen, contraxit 9 Xbris 1743.	

(folios 25^r a 28^v blancs)

**Collectaneum rerum gestarum et eventuum
maxime in provincia Teuthoniæ et cartusia
Dominæ Nostræ de Gratia Bruxellensi, cum quibusdam
externis. Incipit fere a sæculo 1400**

Exordia huius cartusiæ Dominæ Nostræ de Gratia satis prolixè et doctè scripserunt primo magister Adrianus Dullaert in quodam particulari tractatu qui, adhuc extat nisi in pergamento: dein dominus Marcellus Voet secundus huius domus prior in libro foundationis quem prosecutus est quidam vicarius usque ad annum 1523 vel circiter. Utinam posteri talium virorum vestigijs institissent, neque permisissent res gestas quinquaginta amplius annorum in tenebris oblivionis delitescere. Et quidem dominus Joannes Tourneur scriptor impiger dictum foundationis librum nobis vindicavit a blattis et tineis, quibus obnoxius erat, atque spatio unius mensis ex gravi morbo necdum adhuc confirmata penitus valetudine pulchro caractere descripsit, quia, inquit, affectus prævalebat infirmitati nec patiebar moram donec mentis meæ huiusmodi propositum ad effectum perduxissem. Sed melius adhuc de posteritate meritis fuisset. Si suo Marte aliquid præstitisset, et res sui temporis nobis litteris consignasset. Igitur quidquid, passim in calendarijs et alijs chartis inveni, hic collectim refero, et ut uno modo tota constet narratio summam repetam, quæ in supradicto libro foundationis scripta sunt. Ab ipso ovo, et/ut dicunt, et sæculo 1400 incipiam quem/quod vere fuit aureum cartusianis in hac provincia, ut probem veram esse laudem ipsos antiquam originis suæ dignitatem servare, non deficere. Sed paulatim crescere: nec calamitas sequentis sæculi irritam illam reddidit quoniam communis fuit omnibus, omnes regulares pariter ac seculares involuit, et regnum Dei a multis provincijs ablatum fuit et datum gentibus hactenus fere incognitis, fides migravit ad antipodes quo necdum religio nostra perducta est nec forte unquam pertinet usque sed in alijs provincijs catholicis maxime in Lusitaniæ regno gloriose multiplicata est.

⇒ Sunt verba libri foundationis.

In primis igitur fuit ab antiquis temporibus et est quidam locus dictus *den Hoogecouter*, sic dictus ab altitudine situs, habens ab oriente inclitum oppidum Bruxellense, ab occidente villagium dictum Dielbek, a meridie Anderlacum, ab aquilone Berchem infra libertatem docti oppidi, sed in parochia Anderlectensi.

⇒ Joanna, primogenita ducis Brabantiae Joannis, nupta erat Venceslao duci Lutzemburgensi.

In prædicto loco pristinis temporibus anno scilicet Domini m·ccc·lvi quodam die mercurij xvij augusti, regnante tunc illustrissima domina Joanna, ducissa Brabantiae bellum non modicum magnaue/magnasque strages populorum contigit inter Ludovicum, comitem Flandriæ et nobiles et communitatem ducatus Brabantiae ex parte ducissæ prædictæ, ita ut maxima christiani sanguinis effusione dictus locus scribitur irrigatus fuisse, et ex iniectioe corporum prostratorum in quandam becam adiacentem, ut dicta beca vocata sit *Mortenbeke*. Unde iuxta antiquorum

Anno Domini 1400/14

iurisconsultorum oppidi prædicti interpretationem dictus locus *Hoochcouter* ex sanguine Christianorum ibidem occisorum bene poterit dici factus religiosus.

De hoc bello sic scribit Radulphus de Rivo, decanus Tongrensis, in historia episcoporum Leodiensium. Joannes dux Brabantiae obiit anno 1355, qui locum et gentem suam summa tranquillitate rexit, sepultus in monasterio Villariensi, habitu ordinis cisterciensis. Habuit dux iste tres filias, Margaretam nuptam comiti Flandriae, Mariam nuptam Reynaldo duci Geldriae, et Joannam primogenitam nuptam primo Wilhelmo, comiti Hollandiae, et post eius obitum Wenceslao duci Lutsemburgensi, quod ita curaverat Pater futurum sperans, ut amicitia magnorum principum, quibus sanguine iunctis erat Wenceslaus (↔ erat enim frater Caroli 4 imperatoris) longam suis relinqueret pacem, quod non ita evenit, nam eo defuncto inter Brabantos et Flandrenses gravis exorta est controversia ratione oppidi Mechliniensis Ludovico Niverensi, comite Flandriae suum esse iure emptionis asserente. Wenceslao Brabantiae duce illud sibi ascribente quod a Brabantiae ducatu separari requiret/nequiret. Ut res tota sine armis componi posset in arbitros primum ab utraque parte compromissum fuit, sed compromisso frustra tentato ab arma non procul a Bruxellis anno sequenti ventum est.

↔ Nota : Anno 1356, comes Flandriae Bruxellam cepit 17 augusti et alia multa Brabantiae. Causa belli Mechlinia fuit, quam dux nolebat esse comitis sine superioritate quadam.

Victoria Flandro cessit qua non infeliciter usus comes Bruxellense suburbium flammis donat, urbe ipsa se dedit. Mox eius exemplo Mechlinia, Lovanium et alia minora oppida Imperium eius agnoscit. Solum Buscumducis Wenceslao ponet/paret ad quod ille Joannaque illius uxor refugit.

Verum Bruxellenses Everardo Serclasio, episcopi Cameracensis fratre vehementer illos sollicitante a Ludovico, Flandriae comite deficiunt, Wenceslao Brabantiae duci sese dedunt qui extemplo iustum cogit exercitum dictaque oppida recuperat

↔ pax componitur

Cæsare paci resarciendae intento Wilhelmus Bavarus Hollandiae comes post multos tractatus habitos, eo annuente principes ad has pacis conditiones induxit; ut Wenceslaus toto ducatu Brabantiae quamdiu uxor sua ducis defuncti filia viverat potiretur exceptis Mechlinia quam pater Ludovici emerat ab episcopo Leodiensi et Antverpia, quam ipse comes vi armorum sibi subegerat: post obitum vero uxoris prædicti domini Wenceslai tota Brabantia ad comitem Flandriae et filiam eius Margaretam quam suscitavit ex Magareta altera ducis Joannis ultimo defuncti filia, sine mora reverteretur. Et hæc est Margareta harum provinciarum ex esse hæres quæ in manus venit cum Philippo Audace Burgundiae duce.

Circa principium huius sæculi 1400 maxime floruit in ordine Bonifacius, qui fuit vir utriusque iuris consultus omnium sui temporis eruditissimus qui mortua uxore adhortatus a B. Vicentio Germano suo carthusiensem ordinem elegit eiusque habitum suscepit in quodam monasterio extra urbem Valentiam quod vocatur Porta Cœli, in qua modicum post professionem quam etiam emisit (singulari privilegio) ante annum novitiatus explectum prior extitit et anno 1401 mittitur a rege Aragonum ad regem Galliae et anno 1402, ad Benedictum 13, quo item anno domus prope Lubecum attributa est ordini nostro. Vide chartas nostram de origo cartus.

Vixit circa hæc tempora Laurentius Iustinianus, cartusienis qui composuit insigne quoddam opusculum quod Hortum deliciarum indigitavit. Vide Bibliotheca Cartusiana.

Nicolaus de Albergatis, prior cartusiae Bononiensis, postea episcopus et cardinalis reformationis Frigidionariae (ord. Regularium) fuit coadiutor et benefactor anno 1402.

1400, Robertus de la Val, factus abbas ecclesiae S. Petri (Senonensis O. B.) quam optimo rexit per 14 annos, et cum esset sexagenarius intravit ordinem cartusiensium in domo Luvigniacy (Lugny) 1400, in quo ordine sanctissime vixit. Chronica M. S. dicte abbatiae.

Anno 1400 celebratur secundum antiquam institutionem Ecclesiæ Romanæ in urbe Jubilæum. Eius indulgentiæ capessendæ, et visitationis liminum Apostolicorum causa ad urbem catervatim utriusque homines sexus in maxima multitudine pene per totum illum annum advenerunt; quorum multi erant nobiles et egregiæ personæ: ac larga offertoria ad urbanas ecclesias attulerunt. Bzovius.

Anno hoc Sacro Jubilæi 22 aprilis, obiit peregre in via Romana nobilis Baro, dominus Zwederus de Abcoude, toparcha de Gaesbeck, de Put et Streyn, principalis fundator et dotator cartusiæ Ultraiectinæ, in cuius monumentis licet legere quam mirus fuerit locorum sacrorum cultor et amator, ut quemadmodum ex conspecta Veronica Monstrelli animum resumpserit ædificandi cartusiam.

Robertus de la Val, abbas ecclesiæ S. Petri Senonensis, ordinis S. Benedicti, quam cum optime rexisset per 14 annos sexagenarius intravit ordinem cartusiensem in domo Luvigniæ.

Wenceslao Romanorum rege, ab ea dignitate propter inertiam remoto Rupertus, Baviaræ dux ipsi sufficitur, qui adversus Joannem Galeatium Medialani, ducem a Florentinis in Italiam accitus nulla re præclare gesta in Germaniam redijt gravissimum ibi, unde digressus erat, bellum relinquens. Miræus.

Anno 1401. Rex Aragonum, Petro de Luna, Antipapæ (qui obsessus custodiebatur Avenione) eliberando Nuntios ad Regem Galliarum misit, inter quos Bonifacium Ferrarium Divi Vicentij Dominicanum Germanum Porte-Cœli carthusianorum in regno Valentia cœnobij priorem. Hi nihil aliud impetrarunt, quam ut ad dies mensis aprilis cum designatis a rege viris deliberarent si qua ratione possent Petro conciliare cardinales Clerum, et populum Avinionensem, etc. Bzovius num. XV.

Quoniam ad historiam facit, ponam ad longum bullam de Indulgentia quam habemus ad Te ergo quæsumus de Te Deum laudamus: et etiam ad gratias agamus in præfatione missa.

Ferdinandus miseratione divina basilicæ Duodecim Apostolorum de urbe S. R. E. presbyter cardinalis Tirasonensis Vulgariter nuncupatus: venerabilibus et religiosus viris Maioris Cartusiæ, et ceteris prioribus ac fratribus donatis omnibusque alijs et singulis personis ordinis cartusiensis. Salutem et

sinceram

sinceram in Domino charitatem. Sacræ vestræ religionis, quæ huius mundi tenebras, tanquam lucifer matutinus illuminat, promeretur honestas: ut ea per quæ vestra ad sedem Apostolicam, caput fidelium omnium et magistræ accrescat devotio, et salutis animarum vestrarum proveniat incrementum, vobis liberaliter concedatur. Hinc est S. S^{mum} in Christo Pater et Dominus noster, dominus Benedictus divina providentia Papa tertius decimus, vestris supplicationibus inclinatus: vobis et vestrum cuilibet in obedientia et devotione ipsius domini nostri papæ et successorum suorum Romanorum pontificum canonicè intrantium persistentibus/*persistentibus*, qui in matutinorum officio dum in hymno Te Deum laudamus ille magnæ devotionis versus Te ergo quæsumus famulis tuis subveni quos pretioso sanguine redemisti, cantatur, genibus flexis steterint tres quadragenas. Nec non quotiescunque in præfatione missæ, hæc verba videlicet, Gratias agamus Domino Deo nostro: audientes genu flexerint, et presbyteri sic celebrantes caput reverenter inclinaverint, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs per præsentis autoritate Apostolica misericorditer relaxavit — verum cum propter nonnullas persecutiones satis toti orbi notarias, pro dolor eidem Domino nostro Papæ (⇔ obsidio papæ) illatas, obsidionemque manifestam in qua in Avinione in Palatio Apostolico per biennium et ultra detentus est: ac subtractationem bullæ Papalis sibi factam, litteræ Apostolicæ tam super huiusmodi quam super alijs diveris gratijs, quas personis diversis dictus Dominus noster Papa fecerat, et extunc etiam faceret, nec non iustitiæ et alijs litterijs in cancellaria expediri consuetis, more solito expediri et bullari non possent ne personæ huiusmodi dictarum gratiarum et aliarum litterarum prædictarum frustrarentur effectu. Idem dominus noster papa statuit, et per suam constitutionem ordinavit quod nos Ferdinandus, cardinalis Tirasonensis præfatus supra prædictis omnibus et singulis concessionibus et indultis et alijs gratijs quibuscumque factis et fiendis: nec non et litteris alijs quibuscumque in cancellaria expediri solitis litteras nostras sub nostro sigillo concederemus ~~volens~~ etc. Datum Avinioni sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo primo Indictione nona die vero quinta decima mensis januarij Pontificatus præfati domini nostri domini Benedicti papa anno septimois

Hoc anno 21 aprilis obiit reverendissimus dominus, dominus Gundisalvus de Mena, archiepiscopus Hispalensis, primarius fundator cartusiæ de Covis.

Hoc anno, 11 novembris, fuit consecrata ecclesia cartusiæ Vallæ Christi, (quam serenissimus princeps Martinus dum adhuc Infans esset regni Aragonum fundavit) ministerio reverendissimi domini f. Antonij Athenarum, archiepiscopi ipso rege, præsentis cum proceribus regni et oratoribus regum, vide origines, et Anacephalæosim Reliquiarum plurimarum et pretiosissimarum quas dono dedit prædictus princeps fundator, quæ custodiuntur in arcules argenteis

Cartusianorum exemplo Canonici Regulares in Belgio clausuram suscipiunt et mediocritate sua contenti præ illis se dilatant in initio huius sæculi 1400. Quantaque in æstimatione apud omnes fuerint cartusiani Diestenses.

Reynaldo huius nominis tertio Gelriæ duci cum Eduardo fratre suo gravis controversia erat, quæ dum totius Gelriæ partialitatibus usque ad publicas inimicitias processisset apud Oppidum aperto bello dimicatum est. Cessit victoria Eduardo, et Reynaldus a fratre suo iuniore (ducatum hic ambiebat) Victus et vinctus decennio in custodia conservatur. At domina Maria, conthoralis illius Joannis III, Brabantiae ducis filia tanto infortunio accepto, cessit victori, et ad dotalitium suum in Thurnout regreditur, ibique castrum suæ habitationis a fundamentis construxit. Hanc hæreditatem cum 14 villis adiacentibus, Joannes dux genitor eius in filialem portionem illi adsignaverat. Edouardo duce post bellum, quod cum Wenceslao Brabantiae et Lutzenburgiæ duce habuit defuncto (Historici scribunt eum ab uno aulicorum suorum interfectum) Reynaldus dux e custodia liberatus, sed quarta mense subsequenti moritur anno 1371(⇒Filius fundatoris cartusiae Monichusen). Quo defuncto permansit domina Maria in sua viduitate, et cum sobolem non haberet recreationis gratia crebro Bruxellis apud ducissam Joannam sororem suam commanebat.

Factus est autem huius confessor vir devotus f. Godefridus Wevel, professus Viridis Vallis, fidelis procurator domus suæ pluribus annis, qui ex discipulis V. Joannis Ruysbroeck, novam plantationem in Eemsteyn illuc missus, exercitijs devotionis, ceremonijs religionis, et forma veræ mortificationis (prout a tanto Patre imbuerat) informare et irrigare studuerat.

Hic ergo religiosus pater Dominam Mariam, quia filiali hærede carebat, sæpius admonuit, ut Christum suarum divitiarum faceret hæredem, constructo monasterio virorum, qui pro ipsius et suorum progenitorum animabus perpetuis temporibus Deo dignum, et devotum præstarent obsequium, lento ad factu/**factum** dum domina Maria cum amicis hac de re deliberat, divinitus illi occurrit occasio opportuna, ut fundandi monasterij si sibi adesset animus mancipare eum posset effectui. Fuit illo tempore venerabili/**venerabilis** sacerdos quidam Walterus de Gierlis, artium magister, qui morum honestate, et prudentiæ strenuitate hominibus admodum erat acceptabilis. Hic magisterij gradum assecutus aliquot annis scholas rexit Buscoducenses, ubi et magistri Gerardi Magni, cuius tunc fama celebris erat, notitiam et amicitiam adeptus est, cuius admonitionibus. Scholas reliquit, et cuidam Domnus Arnolde Cleys, devotissimo sacerdoti in Thurnout adhæsit, illiusque salutaria documenta, tanquam semina vitæ in terram bonam et optimam cordis sui recepit, et adeo in eius pectore coaluerunt, ut omnimodis ea quæ mundi sunt, sperneræ, et adprobatam proponeret religionem profiteri. Quod ut efficacius et fructuosius agere posset, oportuna admodum *ei*

ei advenit occasio. Innotuit enim his duobus sacerdotibus, incerta fama dispergente, voluntas domina Mariæ, ducissæ prænominatæ, condendi monasterium. Quare spiritu ferventes et ambo Domino servientes ducissam adeunt, par turturum pro munere offerunt, ad foundationem monastrii se toto corde collaboraturos promittunt. Sed a domina nullum resolutum, sed ambiguum responsum recipiunt. Quare magister Walterus ea spe frustratus ad monasterium Hollandiæ prope S. Gertrudis Montem oculos dirigit, carthusiensem in eo professurus.

Intelligit hoc, referentibus nonnullis, domina ducissa, et verita tantum amittere virum, ocijus/[ocius](#) accersitum, rogat obnoxius, ut novæ plantationi suæ se impendere dignetur, paratam se et cupidam, erectioni monasterij intendere, temporalium bonorum sufficientia loci dotem augere, in construendis necessarijs ædificijs, auxilia oportuna præstare, si magister Walterus habitum religionis suscipiat et cum 12 fratribus carthusiensium sive regularium/[regulariorum](#) canonicorum, quem potius mallet, profiteatur ordinem: nulla tamen in æternum admissa persona fæminea quæ monasterium possit ingredi sine gratia speciali Sedis Apostolicæ, et confestim donatione inter vivos resignat magister Waltero nemus quoddam vetustissimum cum pratis pascuis, et miricis adiacentibus ab antiquis Korsendonc id est mons candelarum nuncupatum. (↔ attendant hoc qui nunc reprehendunt fæminas exclusas a nostris ecclesijs

↔ N

His et nonnullis alijs legibus ac promissionibus par domina Mariam, ducissam factis magister Walterus foundationem acceptat anno Salutis et Gratia 1393. Non sufficiebat donatio satis exigua ut carthusiensium ordo, multas requirens expensas fundaretur quare ad regularium ordinem inchoandum intentio conversa est. Nonnulli viri in Dei timore secum vivere cupientes, in unum colliguntur; et evulsis vepribus, sentibus et arboribus, in foundationis loco humile, ut in presenti cernitur monasterium ædificatur, concurrentibus vicinis laicis undique et cooperantibus. Ædificijs necessarijs et humilibus erectis maxima in paupertate (quia lacte unius vaccæ sustentabantur omnes) sub sæculari habitu Domino famulabantur et adjacentes villas circumeuntes ferventer prædicationi instantes favore magno populi receptas eleemosynas distribuebant.

↔ dæbile principium melior fortuna sequetur.

Oratorio de ligneis constructo foundationis confirmationem oratorij consecrandi et fratrum regularium canonicorum ordinem recipiendi capitulo generali de Windesem se uniendi licentiam a D. Joanne de Bavaria, commendatorio Cameracensis diocesis Walterus impetravit anno 1398. Defuncta tandem necdum anno vertente, nimirum 1^a martij anno 1399, principe Maria cænobij fundatrice, et apud Minoritas Bruxellis sepulta: arctissimo in statu constituti Korsendonciani animos fere despondent. Verum Joanna, ducissa Brabantia et/[ut](#) defunctæ soror ijsdem succurrit et dotem anxit/[auxit](#), quod etiam Antonius Burgundio, Joannæ successor, præstitit: qui tunc temporis frequentissime Turnhouti erat et Bruxella minor vocabatur ob venationes in vicina silva aliasque delitias. Postea vero anno 1434 die 10 julij multis ecclesiæ prælatis presentibus perpetuam clausuram Corsendonciani adsumpserunt, non ex obligatione foundationis sed sua sponte et ex

voluntaria

voluntaria devotione, cuius inclusionis suscipiendæ magnus ab initio hortator fuerat supra dictus Venerabilis Walterus a Gierlis, primus prior, qui etiam cooperatores fuit foundationis quatuor aliorum monasteriorum virorum, et quatuor Virginum, quæ omnia B. Mariæ Virgini consecrare libuit. Ut Bethlehem iti cum Endoniensæ/[Eudoniensæ](#), Thronianum, Tungrense, Vallis S. Mariæ et Barbaræ Thenis, S. Luciae iuxta Trudonopolim, Facuntinum Antverpiæ, et Horti conclusi in Herentals, quæ omnia excepto hoc ultimo ordinis Præmonstratenses eiusdem instituti, Corssendoncanum Cænobium tanquam matrem suam agnoscunt.

Monasterium S. Mariæ de Bethlehem, ordinis Regularium, extra muros oppidi Lovaniensis circa annum 1407 fundatum est, et capitulo primum Viridis Vallis anno 1410 incorporatum fuit, verum postea anno 1412 Windesemensi se subiecit. Fuit autem omnium virorum monasteriorum primum quod ex obligatione voto expressæ professionis firmata ab initio clausuram suscepit ut promisit idque iuxta voluntatem fundatoris Godefridi (de Curia) cui hoc Catharina, ibidem reclusa commendaverat, ut nimirum ad normam carthusianorum in Zelem prope Diest, clausura ibidem introduceretur quod et factum est et multi fundatoribus carthusiensem ordinem suaserant.

Cænobium vero Throni S. Mariæ fundatum fuit haud ita procul ab oppido Herendalensi per Arnoldum de Craijnhem, dominum in Grobbendonck, et eius uxorem Joannam a Steinvoyt anno 1414.

Diploma foundationis recitat Miræus, in quo hæc ad propositum nostrum nos Arnoldus de Craijnhem dominus de Grobbendonck, eques, et Joanna de Steinvoyt eius legitima coniux domus in puram eleemosynam bona infra nominanda ad extruendum monasterium, quod per modum carthusianorum claudetur, in honorem Dei eiusque genetricis Mariæ in nostro fundo prope Grobbendonck, qui nunc vocatur *Nuwer Molen*, et in posterum vocabitur Thronus B. Mariæ, in diocesi Cameracensi, pro sex religiosis presbyteris ordinis S. Augustini, etc.

Præterea religiosum istud par coniugum anno salutis 1410/[1400](#) domum quandam cum horto sitam in civitate Herendalensi dederunt in puram eleemosynam ad fundandum in ea perpetuo conclusum monasterium quindecim relatarum monialium et quinque conversarum ordinis Præmonstratensis ad honorem Dei Genitricis Mariæ, quem locum deinceps Hortum Conclusum B. Mariæ vocari voluerunt, et dictum Virginum numerum augeri noluerunt sine consilio abbatis Tungerloensis (cui idem subiecerunt) et prioris in Zelem ordinis carthusianorum iuxta Disthemium.

Erat tunc temporis prior cartusiæ Distensis dominus Goswinus Comhair, qui postea factus est episcopus Scalotensis in Dania, vir in magna æstimatione apud principes sæculi huius et maxime proceres et nobiles Belgij quorum etiam multos, habuit secum professos ut

Hermannus Santdorpius, vicarius Monialium Brugensium, Joannes de Montengijs (forte Montignij) claris ~~nati~~ orti natalibus ut etiam domus nobilium a vicinis vocaretur sed quod præcipuum est clausura et regulari disciplina vigeat hinc B. Lidewigis, virgo Schedamensis, quæ hoc tempore florebat sanctitate ut patientia in morbis varijs et cuius vitam scripsit Thomas de Cempis. Gaudebat et congratulabatur ijs qui in hoc domo conversationis religiosæ habitum suscipiebant: prout narrat idem Thomas lib. 2 c. XIII in hunc modum. Erat quidam iuvenis Henricus nomine de Hagis villa, ducis Hollandiæ natus, quem Virgo prius nunquam viderat, qui gratia Dei inspiratus nescientibus parentibus eius, habitum Sanctæ religionis apud carthusiensis in partibus Brabantiae prope Diest quæsivit et accepit. Cuius pater Wilhelmus nominatus, nesciens quid circa filium suum actum fuerat ingressus ad virginem forsitan aliquid quæsiturus. Qui statim proprio nomine et agnomine ab ea vocatus audivit Virginem prospera filio suo imprecantem, et super bonis a Deo ei factis congaudentem. Super quo ille miratus causam huius congratulationis sciscitatus est. At illa stupori eius Verbum iucundum adiiciens, respondit eum in supradicto monasterio sanctæ religionis habitum induisse.

⇐Serm. XIII

Et de solitudine ac clausura ordinis cartusiensis narrat exemplum idem Thomas de Kempis in sermonibus ad novitios, quos pluribus exemplis nutrit ac informat super doctrinam S. Augustini. Quidam (inquit) frater regularis ordinis foras emissus expleto negotio ad domum suam celeriter ac desideranter redire studuit, ut Deo liberius in silentio vacaret. In via autem constitutus invenit quendam viatorem sibi amicum et notum, qui diversa loca sanctorum, et monasteria se visitasse asserebat. Interrogatus ergo de religiosis locis dicebat etiam se in sacro carthusiano claustro fuisse. Cumque multa bona de situ loci illius in alto monte, et arcta solitudine ac fratrum ibidem habitantium rigore loqueretur, hoc tandem intulit. Inveni ibi fratrem, cum quo licenter loquens, curiose interrogavi dicens: quanto tempore hic habitastis? Qui ait: quadraginta anni lapsi sunt, et interim non vidi primam portam, per quam primo ingressus sum. Audiens hæc frater prædictus miratus est: et alijs fratribus suis ista pro bono exemplo amandæ solitudinis recitavit. O quam rarum et alienum est istud in multis religiosis, temporibus istis: qui pro pœna carceris reputarent, si infra annum extra ~~cæpta~~ septa monasterij, vel extra portam, spatiandi causa exire non deberent.

Monasterium Aulæ Dei, quod erat domicilium canonicorum regularium, apud Memmingam in Germania adsignatum est cartusianis anno 1404 ut in textu habes

Gulielmus 2, dux Juliacensis et 4 Geldrensiū, Mariæ Gelricæ et Gulielmi, ducis Juliacensis primogenitus, ex Catharina Alberti Bavari, Hollandiæ, Hannoniæque comitis, filiam/[filia](#) prolem non sustulit. Anno 1402 sepultus apud cartusianos Arnhemensis cum uxore.

Nicolaus de Albergatis, prior cartusiæ N, postea episcopus Bononiensis et cardinalis, Reformationis Frigidionariæ coadiutor et benefactor ex Gabriele Pennoto.

Anno nostræ salutis 1401, Bonifacius IX, anno 11 sui pontificatus, 8 calendæ aprilis, datis litteris apostolicis ad abbatem S. Petri in cœlo aureo papiæ et priores S. Frigidiani Lucensis et S. Pisanæ provinciale capitulum canonicorum illos cogere iuxta Benedicti XII decretum et constitutiones ab eodem Benedicto pro reformatione canonicorum regularium promulgatas mandavit publicari et executioni mandari. Eo igitur anno venerabilis sacerdos Bartholomæus cum esset civis Romanus ex prosepia nobilissima de Columnensibus canoni usque/[canonicusque](#) Coronensis divinarum humanarumque scientiarum eruditione clarissimus Verbi Dei prædicator egregius in suo per Hetruriam discursu Lucam veniens et videns Frigidionarium monasterium tempore schismatis, bellis attritum et Canonicorum numerum in eo imminutum et consequenter vigorem canonicæ disciplinæ relaxatum et enarvatum, et pauperes canonicos reformationem desiderantes ex civitate Papiæ ubi tunc degebat duos S. Petri in cœlo aureo canonicos professos viros eximios scientia et vitæ integritate præclaros Frigidionariam ad ponenda fundamenta Reformationis primitus destinavit.

Porro præfati canonici D. Leo de Carrate et D. Thadeus de Damasco, canonici ambo S. Petri in cœlo aureo Papiæ, a S. Barthomomæo missi Frigidionariam transmissi quod monasterium fere destitutum esset canonicis ad paucos redactis, illisque propter imminetia pericula intra civitatem apud S. Dalmatij ecclesiam ut plurimum degentibus, et quia monasterium sub episcopi Lucensis potestate iam ab aliquot annis erat constitutum, sine cuius licentia nec ad monasterium accedere valebant, nec illud reformare, non statim ad illud accesserunt, sed ad vicinum carthusianorum cœnobium, cui tunc R. P. D. Nicolaus de Albergatis, qui postea fuit episcopus Bononiensis et S. R. E. cardinalis præsidebat, immediate diverterunt. Qui non solum illos benignissime suscepit, et per aliquot dies necessaria ministravit, sed et ad obtinendum ab eodem episcopo monasterium cum omnibus ad illud spectantibus, et cum libera facultate, illud reformandi efficaciter operam suam impendit: et tandem monasterio obtento, ipsemet R. P. D. Nicolaus eos personaliter ad prædictum

monasterium voluit comitari, et in possessionem, ut aiunt, immittere suscipientibus illos cum summo gaudio pauperibus caconicis, et de illorum proposito collatantibus, et ita Deo favente sanctissimae Dei Genitricis loci Tutelari suis precibus iuvante posita fuerunt fundamenta istius sanctissimae reformationis canonicorum regularium in Italia sub Pontificatu SS^{mi} Pontificis Bonifacij IX, anno illius 12 et humanae salutis MCDI.

Anno MCDII idem Venerabilis pater dominus Bartholomæus cum socio nomine Benedico Ariminensi, qui fuerat Gregorij Papæ XII, tunc cardinalis familiaris, Papia recedens ad idem monasterium contendit, et die 6 maij currente festo Sancti Joannis ante portam latinam, Lucam pervenit, die vero 27 eiusdem mensis, in festo S. Joannis Papæ et martyris habitum canonicorum regularium in monasterio S. Mariæ de Frigidonaria suscepit, qui 6 junij electus est ab ipsis canonicis in priorem in festo S. Philippi qui fuit unus de 7 diaconis, et die 8 eiusdem mensis in festo S. Medardi, episcopi confirmatus ab episcopo Lucensi secundum antiquam consuetudinem priorum ipsius monasterij et eodem die in possessionem positus præsentibus venerabili P. D. Nicolao, priore cartusiæ, et D. Michaelae rectore Hospitalis Misericordiæ et ser. Guidone de Petra S^{ta} testibus vocatis et rogatis.

Gabriel Pennoto, lib. 3 cap. 8 n 3 et 4.

Adhuc hoc anno 1402 Bonifacium Stephanum, priorem Portæ-Cœli una cum episcopo Oscensi ad Petrum Lunam ire iussum qui condiciones concordiae exponeret et obstinatae mentis hominem ad ea quæ pacis et unitatis Ecclesiæ essent adducerent.

Guilielmus 11, cognomento Reinaldi, ex priore Vallis Bonæ, factus ordinis totius generalis, cardinalatum sibi oblatum recusavit. Quin immo etiam summum ad Pontificatum undecim habuisse suffragia dicitur: sed malens in sua delitescere/delitecere cartusiana quiete cum ad annos circiter triginta quinque prudenter laudabiliterque ordinis negotia administrasset, pie sancte que in Domino obdormivit anno nimirum partæ salutis 1402. ~~Petreus~~ die quinta junij. Petreus in notis sic videtur sentire Sutor et Polycarpus, minus ergo probabiliter alij ad sequentem annum rescidunt. Successit in regimine cartusiæ et ordinis præfatus venerabilis pater domnus Bonifacius vir litteratus doctor decretorum, qui et Cartusiam Maiorem tum verbo, tum exemplo strenue gubernans, multos habitu religioso donavit, quos enim frater suus S. Vincentius prædicando ad pænitentiam provocabat eos ad religionis habitum Bonifacius iste suscipiebat. Sutor

⇨ vixit annos 47 menses 10 dies 18 Obijt anno 1402 Melegnani regnavit annos 24
Joannes Galeatus Maria, dux primus Mediolanensis moritur. Is occiso Barnabone avunculo eodemque socero suo Mediolanum invaserat, eumque dominatum firmissimis/firmissis præsidij et variorum principum affinitatibus firmaverat. Ad hæc Insubriam Bononiam, Senas, Perusiam, Pisas Umbriæ partem, Veronam vicentiam aliasque urbes occuparat. Quibus successibus elatior, cum ad totius Italiæ principatum adspiraret adversus florentinos continuum fere bellum quam dius/diu vixit; acriter gessit. Miræus.

⇨ Consule Bzovium ad hunc annum.
Magnificentiae studio carthusiæ templum construxit ad quartum lapidem a Ticinensi paternæ arce, ubi ferarum septa terminantur, addictis/addictis in alimenta sacerdotum latifundijs. In eo templo humari voluit, spectaturque post aram maximam cœlati operis admirabile sepulchrum.

1402 1403 1404 1405

⇒ Obitus Reverendi Patris Guilielmi Railnaldi.

Stante Schismate, Reverendus Pater Guilielmus Railnaldi, prior domus Cartusiæ terminum huius temporalis vitæ faciens uramque exolvens universæ carnis. Dum rexisset domum Cartusiæ, totumque ordinem 36 annis, post multos labores deficiens, in senectute bona mortuus est, et sepultus in domo Cartusiæ 5 mensis junij 1403 alias 1402. Hic statuta nova edidit. Vide Sutorem lib. 2 tract. 3. cap. 7, Dorlandum. Biblioth. Cart.

Anno 1402 obiit illustris Joannes Galeaticens, primus dux Mediolanensis, fundator cartusiæ Papiensis. Vide Chron. Bel. Miræus.

⇒ Domnus Bonifacius Generalis anno 1402.

Anno domini 1403 R. P. D. Guilielmo successit in regimine R. P. D. Bonifacius. Vir litteratus doctor decretorum qui præfatæ domui et ordini sollicitus satis præfuit usque ad annum 1410.

Hoc tempore, claret in cartusia Horti B. Mariæ prope Pragm, domnus Joannes Rode, Hamburgensis scriptor. Vide Bibliotheca Cartusiana.

⇒ Obitus Philippi Audacis.

Anno 1404 Philippus Burgundus, cognomento Audax, dum in Galliam, in qua fere assiduus erat, ob nepotis Caroli Sexti regis curatelam, proficiscitur in opido Hallensi quod in Virginis matris tutela est, dicitur a vivis, ut pœne in Divæ gremio expirasse videatur nobilissimum principum Christianorum, V calendas maias (alias ~~septē~~). Sepultus est Divione apud patres nostros carthusianos quos ibi collocaverat. Tectus veste religiosa ordinis desumpta ex domo Capellæ non procul a dicto opido Hallensi. Tumba postmodum sumptuosa per Philippum Bonum nepotem exornatus est. Eius cor ad S. Dionijsij regum conditorijs adiunctum, ut non nisi cum regibus nobilis illa portio quiesceret, qua reges ipsos magnificentia et splendore superavit, intestina ad Divæ Matris Hallensis tumulata. Hic tres mares filios habuit ex Margareta: Joannem qui ei in ducatu Burgundiæ ac comitatu Flandriæ successit, Antonium qui fuit dux Brabantia, Philippum Neversij et Rethelij comitem, et filias 4.

⇒ Primus professus domus Amsterdamensis.

Domnus Theodoricus Sloyer, primus professus domus Amsterdamensis, tertius autem prior domus Ultraiectinæ, obiit hoc anno 1404 in festo Sancti Hugonis Gratianopolitani, 1 aprilis. Sepultus in domo Basileæ quo forte diverterat ascendendo ad capitulum in cuius locum subrogatur domnus Bernardus Backer, professus in Monickhusen, per electionem habitam circa festum Pentecostes.

⇒ Scultetus Ultraiectensis factus humilis donatus.

Item Wilhelmus Over die Vecht, olim Scultetus Traiectensis, postea donatus ibidem Ultraiectensi, obiit in profesto Simonis et Judæ.

⇒ Nova Cartusia in Alemania inferiori.

Aula Beatæ Mariæ in Buxia, apud Memmingam, Sueviæ oppidum diœcesis Augustanæ, canonicorum regularium olim domicilium extitit, ope veri fundatoris novi Domini Henrici de Ellerbach, canonici cathedralis ecclesiæ Augustanæ, hoc anno reparatæ salutis 1404 Cartusianis adsignatum insigni ædificiorum splendore, nec non et opum magnitudine etiamnum cæteris istius loci cœnobijs super eminent. Hæc Miræus in Origine Cart. monast.

⇒ Domnus Gulielmus de Wandenoy, prior domus Antverpiæ et visitator Picardiæ moritur.

Anno 1405 in festo Annuntiationis, obiit domnus Gulielmus de Wandenoy, prior Antverpiæ et pluries visitator Picardiæ. Hic fertur in die obitus sui præmonuisse vicarium suum ut collationatori pœnitentiam iniungeret, si ex schedula legeret.

⇒ Obitus Margaretae ~~Ducissæ Brabantia~~ comitissæ Flandriæ Artesiæ.

Anno 1405, decimo septimo calendas aprilis, moritur Margareta, Philippi Audaci vidua, non toto anno a marito funere superstes apoplexia Atrebatii in suis ædibus contracta, anno ætatis circiter 56. Lilæ in S. Petri Basilica commune cum Ludovico Maleano Patre, sepulchrum introivit postquam Joannes, Flandriæ et Artesiæ comitatum adeptus est. Habuit Tricennarium.

⇒ Albertus, comes Hollandiæ et fundator cartusiæ Amstelredamensis moritur.

Eodem anno in festo S. Lucie, concessit in fata Albertus, dux Baviaræ, comes Hannoniæ, Hollandiæ Zelandiæ, ac dominus Frisiæ, cui successit filius eius natus maior, Wilhelmus sextus pater Jacobæ, comitissæ. Vir singularis prudentiæ et religionis amantissimus. Solitus in suis diplomatibus carthusianos suos vocare sacellanos, quibus et monasterium construxit prope Amstelredam.

Posquam Hollandiam rexisset annis 46, fratris scilicet sui nomine annis 19, et suo nomine 27, sepultus in Haga in suo Palatio. Prior eius uxor Margareta filia ducis Brigensis in Polonia, et hæc obiit anno 1386

sepulta in palatio Hagensi. Posterior Margareta, filia ducis Cliviæ, quæ monasterium Prædicatorum in Haga fundavit, in quo tumulata paulo post obitum Alberti 1404.

1406 1407

⇨ Joannes Intrepidus confirmat privilegia cartusiae Sijlvæ Sancti Martini et laudatur

Anno 1406, 17 martij, illustrissimus Joannes, comes Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, etc. privilegia Sylvæ Sancti Martini confirmavit et liberaliter auxit. Hic ex captivitate Turcica redux non parum momenti apud patrem et Gallia principes attulisse fertur, ut Schisma quo ecclesia factione Clementis Antipapæ laborabat, resarciretur cum palam assereret apud Turcas, Christianos passim exhibitari quod factiones alerent, et in una Ecclesia Unius Christi duos principes vicarios tolerarent.

Egregie hic egit Intrepidus qui non solum arma sed et religionem pietatemque excoluit dum laborantis Ecclesiæ gemitum per se aliosque compescuit, ut ubera quæ alieni invita vellicaverant, iam solis filijs libera dispensaret.

⇨ Cartusia Basileensis fundatur a pientissimo viro Jacobo Zyebel.

Cartusiam Vallis S. Margaritæ in urbe Basileensi, Jacobus Zyebel, tribunus plæbis suis sumptibus construxit circa hunc annum.

⇨ Innocentius 7 succedit Gregorius 12.

Hoc anno 8 idus novembris, moritur Romæ, Innocentius 7, vacatque sedes diebus 23, successor illi electus est Angelus Corarius, Venetus, qui dictus est Gregorius 12, hic ex presbytero titul. Sancti Marci creatus pridie calendas decembris coronatus nonas decembris. Sedit annis octo, mensibus septem, diebus 5. Anglorum in Artesiam irruptiones notantur hoc anno ac historicis.

⇨ Joanna dux Brabantiaë moritur.

Joanna Brabantiaë et Limburgi dux e vivis excessit cum annos fere si præfuisset Bruxellis apud Carmelitas condita. Antonius Philippi Audacis filius post majorem; materteram suam ducatum suscipit.

⇨ Franciscus Aranda cartusianus hoc sæculo celebris

Anno 1407 placuit Benedicto 12 rem aliquibus committere qui cum Gregorianis deliberarent et tandem omnia decernerent. Petrus de Tureyo titul. Sanctæ Susannæ et Guido de Malosicco prænestinus cardinales Lunani. Petrus Zagarrica Herdensis episcopus et Franciscus Aranda illo sæculo vir doctus et prudens qui ex intimis arcanorum regni consilij, carthusianæ religioni se addixerat. Bzovius Annales Eccles., tom 15 an. 1407 num. 3.

⇨ Consecratio ecclesiæ domus Ultraiectinæ et gloriosa sepultura fundatoris

Hoc anno 1407 consecrata fuit maior Ecclesia Cartusiae Ultraiectinæ, cuius fundator fuit nobilis baro Zwederus de Apcoude, dominus de Gaesbeeck, de Put, de Stein; quo autem miraculo inductus fuerit ad foundationem domus ordinis nostri habes apud Dorlandum lib. 6. cap. 28, sed ~~perpe^{ram}~~ scribit Monstrioli ædificasse ubi peregrinus erat, sed potius Ultraiecti prout patet ex libro foundationis dictæ domus ~~ex quo patet~~ ~~patet~~ ibi videre est quam assiduus fuerit in peregrinationibus suscipiendis ad loca sacra et ad S. Veronicam in dicto opido colendam. Adiecit animum ut et Romam/[Roman](#) pergeret in Jubilæo anni 1400, quo in itinere diem suum obiit. Nec diffitendum quin gratiam Jubilæi assecutus fuerit et plenam omnium peccatorum remissionem: atque etiam Deus videtur fecisse illi signum in bonum, et honorem, qui sanctis exhiberi solet illi quodammodo detulisse. Nam hoc anno septimo (qui numerus apud Hebræos etiam sacer est, nam 7^{as} dies erat festus et sabbathum sicut et septimus annue/[annus](#) erat annus sacer libertatis remissionis, et quietis terræ) ossa ipsius de sepulchro extracta, atque eodem die consecrationis ad ecclesiam præfatam. Valde solemniter translata præsentibus quinque collegijs ac ceteris ordinibus, cum crucibus facibus et cæreis secundum consuetudinem nobilium terræ, et ante summum altare recondita.

⇨ Joanna uxor ducis Brabantiaë moritur.

Joanna uxor Antonij Brabantiaë et Limburgi ducis, filia unica Walrami, comitis S. Pauli, mulier formosissima 12 Augusti moritur et furæ sepelitur. Reliquit ex marito filios superstites Joannem et Philippum post patrem duces Brabantiaë ex ordine, omnis caro fœnum et omnis gloria eius quasi flos agri. Exicatum est fœnum et cecidit [flos](#) quia Spiritus Domini sufflavit in eo (⇨ Isaiaë 40)

Stemma et feries ducum Mediolanensium

1. Joannes Galeatius Vicecomes 1 dux Mediolanensis M.CCCLXXXII. uxor Isabella Caroli V. Gall. regis filia: qua sine liberis defuncta, Catherinam patruelem suam duxit, Barnabæ filiam. Ex hac nati

2. Joannis Maria II, dux Mediol. a domesticis trucidatus: uxor ex Malatestis.

3. Philippus Maria III dux Mediol. uxor Beatrix Tenda, deinde Maria Sabauda utraque sterilis. E concubina Agnete Maina.

Valentina natu maxima, duci Aurelianensi Caroli V, Galli. regis filio nupta.

Blanca Francisco Sfortiæ nupta, bellorum deinceps caussa exstitit. Franciscus IV, dux Mediolanensis fuit.

5. Galeatius Maria V, dux Mediol. uxor Bona Sabauda. a Lamponiano cæsus

7. Ludovicus Morus VII, dux Mediol. Captus a Ludovico XII, Gall. Rege in carcere perijt. Uxor Beatrix Herculis, ducis Ferrariæ filia.

Ascanius Maria Sfortia S. R. E. cardinalis

6. Joannis Galeatius VI, dux Mediol., uxor Isabella Aragonia, Alphonsi filia, obijt 20 octobris 1494

8. Maximilianus Sfortia VIII, dux Mediol. In Gallia obijt ubi liberalitate regis Francisci alebatur

9. Franciscus Sfortia IX, dux Mediol., uxor Christierna Christierni, Daniae regis filia

Post Ludovicum Regem morum provinciam tredecim annos Ludovicus XII Gall, rex armis occupatam tenuit. Post Maximilianum Sfortiam aliquot item annos Franciscus rex. Post Franciscum Sfortiam 10, Carolus V, imperator provinciam sibi vindicavit posterisque tradidit.

Hæc autem usui venient ad intelligendam subsequentis temporis historiam et ea quæ scripsi in originibus.

In Joanne Galeazio fuere plurima non illandanda, quæ legere poteris apud Bzovium, atque mortem eius dirus comites protendere visus est, qui per aliquot dies ante eius mortem, arsit lucida et funebri oblongaque cauda, versus eam cœli plagam, quæ in corum ventum obvertitur. Postquam Bononia potitus fuisset mense septembri Mariniani fato cessit ex pestilensi/pestilenti febre 2 sept. 1402.

D. Guilielmus de Wandenoij, prior Antverpiensis, qui obijt A° 1505 in die Annuntiationis erat professus Vallis Viridis prope Parisios.

Ad annum 1405 Petrus de Luna, antipapa Vincentium Ferrerium Dominicanum insigni sanctitate præstantem a confessionibus et prædicationibus sibi adhibuit, ut ab exemplo illius, ea multitudo quam in trahebat in obsequio suo perseveraret. Eius quoque fratre germano Bonifacio Ferrerio, professione carthusiano, utebatur Petrus Luna quod sciret hominem summa religionis sanctimonia, ac rerum divinarum et sanctionum Apostolicarum, iurisque civilis scientia, inter plurimos præstantem adeo, ut nec illius virtutum aciem splendor fraterni nominis præstringerat, aut eius luminibus officeret sanctitatis altitudo et gloria.

Sanctus Antoninus hos et alios religiosissimos, atque si qui fuerunt alij/[alijs](#) miraculis fulgentes, a crimine Schismatis excusabat ideo, quod quæstio de Schismate nunquam hactenus potuit ad eum modum definiri, quin semper apud/[ad](#) plurimos remaneret dubia. Nam tametsi necessarium sit credere, ait, sicut unam esse Catholicam Ecclesiam non plures: ita est/[et](#) unicum eis/[eius](#) Pastorem Vicarium Christi iuxta illud Joannis X fiet unum ovile et unus Pastor; tamen si contingit plures per schisma creari seu nominari Pontificis summos uno et eodem tempore non videtur saluti necessarium credere istum esse vel illum; sed alterum eorum, qui scilicet canonice fuerit assumptus. Qui autem fuerit Canonice ~~assumptus~~ electus, non tenetur quis scire, sicut nec ius canonicum; sed in hoc populi sequi possunt maiores suos seu prælatos S. Antonini tit. 22. cap. 2. Cæterum Petrus Luna non ignarus legitimæ assumptionis Urbani sexti, ac post illum Bonifacij IX, et Innocentij VII gravissimi eius criminis reus fuit; tanto magis quod hominibus sanctissimis et imponeret et abuteretur ad fucam/[fucum](#) faciendum simplicioribus, qui eorum ductum sequebantur. Bzovius.

Anno 1406 Innocentius VII Papa moritur, sufficitur Gregorius XII, Venetus, ex ordine Cisterciensi.— Octavo kalendas januarij, Henricum regem Castellæ, annos natum XXVII, Toleti mors oppressit. Corpus in veste Franciscana regio sacello templi maximi ibidem tumulatum. Verissimis totius gentis lachrymis luctuque immatura morte peremptum eximia indole principem lamentantium. Hic primus cœnobium condidit de Mira Flores, sed filius eius Joannes illud cartusianis addixit.

De unione facta in ordine nostro congregatis patribus ad capitulum in domo Cartusiæ, quam primum illuxisset auraro/*aurora* unitatis in Ecclesia

Anno 1409 Benedictus 13, Avinionensis et Gregorius 12, Romanus Pontifex ultro citroque missis litteris inter se mutuam hortati sunt principatum deponere, ut nova fieret electio unitasque redderet Ecclesiæ cum neuter haberet propositum resignandi. Cardinales autem videntes collusionem Pontificum ab utraque parte convenerunt Pisas, Concilium celebrarunt indict 2 huius anni.

Erant ibi prælati circiter sexenti, theologi centum viginti quatuor, iureconsulti prope trecenti, qui cum ambos istos a potestate removissent post 20 dies unanimiter elegerunt f. Petrum Philardi Cretensem, ordinis minorum, qui ex presbytero card. Bas. 12 Apostolorum creatus 6 calendas julij coronatus nonas julij sedit mensibus 10 diebus 8, fuitque appellatus Alexander quintus. Gregorius interim et Benedictus contempto concilio Pisano, sese Pontifices (ut ante gesserunt). Subveriti tamen ne caperentur alter Arminium, alter Catalauniam diffugerunt.

Ab his non dissinant ordinis nostri monumenta hæc quæ sic habent. Venerabilis Pater D. Bonifacius vir litteratus doctor decretorum domui Cartusiæ et ordini sollicitus satis præfuit donec ex utraque parte scilicet obedientiarum convenientibus in unum in domo Cartusiæ prioribus post unionem Sanctæ Ecclesiæ tandem Deo miserante capitulum generale cælebratum est. (anno M.CCCCX) sic que fluctuante iam diu desolata Matre Ecclesia tam in capite quam in membris quasi per spatium xxx annorum tunica Domini inconsutuli quasi spiritualiter dissipata tandem miserante Patre misericordiarum, cuius miserationes super omnia opera eius, ipsi domini cardinales relicto utroque Papante, dolentes super tam diu Petri heu navicula fluctuante iam iamque periclitante sub bicipite convenerunt ex utraque parte in unum in civitate Pisana Italiae, ubi tunc elegerunt in Papam **M.** Petrum de Caudia, doctorem in Theologia solemnissimum cardinalem Mediolanem de ordine fratrum minorum, ~~qui~~ postea appellatus Alexander V. Ambæ tamen partes derelictæ f. Angelus de Cornario qui vocabatur Gregorius XII, papa Romanus, et ex altera parte Petrus de Luna, vocatus Benedictus XIII, papa Avinionensis retinuerunt statum papalem primus in regno Neapoli, et secundus *in Catalonia*.

in Catalonia. Verum anno sequenti (1410) post electionem Alexandri v quo ipse fuit defunctus (sed erat enim in pontificatu nisi per annum) successit ei in papatu, cardinalis Bononiensis Balthazar de Cossa, Neapolitanus, qui fuit vocatus Joannes XXIII. Qui, laborante instantissime ad omnimodam unionem Ecclesiae. Sigismundo, romanorum rege depositus fuit a Papatu in Concilio Constantiensi. Ubi fuit novus papa creatus, scilicet Martinus. Alij vero duo, qui adhuc papatum tenebant resignaverunt.

Ipsa autem primo anno praedicti Alexandri papae, qui fuit annus ab incarnatione Domini 1410 convenerunt priores ordinis cartusiae de Francia et Alemania nobiliores pro unione ordinis facienda tenentes ibidem capitulum generale modo consueto. In quo capitulo dominus Stephanus, prior S. Johannis in Zeitz, qui ibidem tenuerat officium prioris Cartusiae, venerabilis valde pater petivit personaliter misericordiam suam ab officio prioratus Cartusiae. Et supradictus Bonifacius, prior Cartusiae, qui iam recesserat de cartusia in Cataloniam, vocaverat eum Petrus de Luna, vocatus Benedictus papa, petivit absolutionem ab officio prioratus Cartusiae. (⇨ vide Bzovium ad annum) Quibus ambobus prioribus Cartusiae facta fuit misericordia et fuerunt absoluti a capitulo generali ab omni iure quod habere potuerunt ad prioratum domus Cartusiae. Deinde idem capitulum ordinavit in priorem Cartusiae, reverendissimum valde virum dominus Joannem de Griffemonte, priorem Vallis Viridis iuxta Parisios, qui natione saxo fuit seu Alemanus. Vir valde morigeratus, benignus, acceptabilis Deo et hominibus.

Utrique autem absoluto concessus est Monachatus pro laboribus suis ut dicitur chronico Capellae. Et dominus Stephanus de Senis factus est eodem anno aut circiter prior Papae ut patet in epistola, quam scripsit anno 1411. Sic se habet praecedenti quidem anno 1410 missus fuerat prior domus Pontinianae, suae professionis sed hoc anno ante capitulum, mense martio revocatus est Ticinum.

Item anno MCCCCXI commissa est a capitulo generali eodem/[eidem](#) domni Stephano visitatio domorum Italiae, et concessa potestas capituli generalis.

Item ab eodem capitulo missus est dominus Joannes de Attrebato, prior ad domum Capellae (cum indicibili eius bono) qui ante fuerat prior in domo Aquitaniae, quae dicebatur mortui maris, et erat professus domus Luvigniacy in Burgundia, et ante ingressum ordinis fuerat Carmelita.

1407 1408 1409

⇒ Ludovicus Aurilianus iussu Joannis Intrepidi interficitur et multiplicata sunt mala in terra.

Hoc anno Ludovicus, dux Aurelianensis, frater Caroli 6, Francorum regis conduxerat quemdam, ut Joannem Burgundum proditorie perderet; rescivit hoc ille, et ait perde illum qui te misit, et conduplicabo mercedem tuam; et factum est ita 22 novembris feria 3 Parisijs post cœnam, cuius occasione plus decies centena millia Francorum periisse leguntur. Suffridus Petri annus notatur hoc versiculo: Contere brachium peccatoris.

⇒ Nicolaus Albergatus, prior cartusiæ Romanæ

Hoc anno 1407, domnus Nicolaus Albergatus constituitur a capitulo generali prior cartusiæ Romanæ ac generalis procurator ordinis nostri fungiturque eo officio annis 2, de quo sæpius infra dicendum erit.

⇒ Bellum contra Leodienses atrox

Anno 1408 magna erat dissensio inter Joannem a Bavaria, Leodiensis ecclesiæ electum et cives Leodienses cum sibi adhærentibus, quæ cladem Leodiensibus perniciosam attulit, quos Joannes præfatus præ bello superavit. Leodienses namque obsederunt ipsum Joannem electum in Maastricht ubi tantam crudelitatem exercebant quod mulieribus propter inopiam a dicta civitate fugientibus ubera et vestimenta circa pudenda amputarent. Et licet Wilhelmus, dux Baviaræ, comesque Hannoniæ, Selandiæ Hollandiæ que frater Joannis Electi, nec non Joannes, dux Burgundiæ (alias Sororius) filius sororis amborum in principio nullam ei vellent/vellent facere assistentiam, postremo tandem viventes eum in tanta necessitate positum, ei cum centum millibus ad bellum expeditis in adiutorium venerunt ipso nesciente, et in civitate a Leodiensibus obsesso.

⇒ Pœna schismaticarum/**schismatorum** qui prætentam libertatem plus amaverunt quam gratiam sedes Apostolicæ et Dei benedictionis/**benedictionem**.

Venientes autem ad civitatem Maastricht præfati duces cum exercitibus suis super Leodienses inopinate irruerunt 23 die mensis septembris plusquam triginta quinque millia ex eis occiderunt paucis evadentibus, et ex parte eorum vix ~~quinque~~ ~~occi~~ decem occubuerunt. Et sic Joannes Electus totam diœcesim obtinuit. Hæc Trithemius qui volet hæc historiam exactius et plenius cognoscere videat Historicos Leodienses in hoc prelio Perwisius rebellium ductor una cum filio novo episcopo interfectus occubuit.

⇒ Obitus quorundam magis celebrium in ordine

Hoc anno in privilegio Sanctæ Thomæ Apostoli obiit domnus Henricus Kalkar, professus ac prior cartusiæ Coloniensis, vir haud exiguæ sanctitatis et doctrinæ; qui multa scripsit et multa officia obivit in ordine. Vide Biblioth. Cart. Tractant de eo quoque Trithemius, Bostius, Sutor, Dorlandus lib. 5 cap. 10.

Hoc quoque anno creditur obiisse domnus Marcus Creutzer, professus domus Buxiæ, qui scripsit collationes capitulares. Vide Biblioth. Cart.

Item hoc anno mortali carcere liberatur frater Raso de Floerbeque, id est nobilis eques miles pridem, sed tunc conversus domus Capellæ, uxor eius dicta domina Margareta de Hovis, facta est begnina, et vixit post eum 20 annos. Tale meruit epitaphium Cy gyst frere Rasse de Flarbeke iadis Chevalier au Siecle, puis convers de ceans qui trepassa l'an mil quattres cents, VIII 24 octobris.

⇒ Nova cartusia Mantuana

Anno 1409 deputatur a capitulo generali primus rector novæ cartusiæ Mantuanæ, domnus Nicolaus Albergatus, manetque in illa administratione 7 annis. Hanc autem cartusiam construxit dominus Joannes Francisus, dux Mantuæ, quæ anno 1407 præesse cæpit obiit anno 1444 24 septembris. Illustrissima autem domina, domina Paula, marchionissa Mantuæ, obiit circa annum 1454.

⇒ Antonij, ducis Brabantia nuptiæ

Antonius, Brabantia dux, 16 julij Bruxellis nuptias contrahit cum Elizabetha, filia Joannes Luceburgij, ducis Gorlicensis in Austria, qui frater erat Wenceslas, regis Bohemiæ et ex regis Romanorum itemque Sigismundi, tunc Hungariæ regis, postea imperatoris ~~filii~~ frater vero Caroli IV, imperatoris. Pro dote Wenceslaus Sponsæ patruus Antonio addixit ducatum Luxemburgi, comitatum Chiniaci et Advocatiam Salsatiæ, quæ Wenceslaus olim Brabantia dux iure hæreditario possederat.

⇒ Domnus Henricus ~~Gerardus~~ Nullen, prior domus Capellæ, et visitator .

Anno 1409 in die S. Hypoliti obiit V.P. Domnus Henricus ~~Gerardus~~ Nullen, prior domus Capellæ, et visitator Picardiæ, quæ provincia necdum erat divisa, habuit monachatum, dicebatur de prudentioribus totius Hannoniæ ipse et adhuc unus leprosus.

1409 1410

Anno 1409. Concilium Pisanum ad componendum Schisma celebratur duo colludentes pontifices: Benedictus 11 et Gregorius 12 remouentur et Alexander V eligitur.

⇨ Unio ordinio/[ordinis](#)

Ipsa autem primo anno prædicti Alexandri Papæ qui fuit annus ab incarnatione Domini 1410 conuenerunt priores ordinis cartusiæ de Francia et Alemania nobiliores pro unione ordinis facienda tenentes ibidem capitulum generale modo consueto. In quo Capitulo dominus Stephanus, prior Sancti Joannis in Ziets qui ibidem tenuerat officium prioris Cartusiæ, venerabilis valde pater petiuit personaliter misericordiam suam de officio scilicet prioris Cartusiæ. Et supradictus Bonifacius, prior Cartusiæ qui iam recesserat de Cartusia ad Cathaloniam (vocauerat eum Petrus de Luna, vocatus Benedictus papa petiuit absolutionem suam ab officio prioratus Cartusiæ. Quibus ambobus prioribus Cartusiæ facta fuit misericordia et fuerunt absoluti ab officio a capitulo generali ab omni iure quod habuere/[habere](#) potuerunt ad prioratum domus Cartusiæ, et utrique concessus est monachatus pro laboribus suis. Deinde idem capitulum ordinavit in priorem Cartusiæ reverendissimum valde virum dominum Joannem de Griffemonte, priorem Vallis Viridis iuxta Parisios, qui natione Saxo fuit seu Alemanus. Vir valde morigeratus, benignus acceptabilis Deo et hominibus. Hic domum dictam Cartusiæ strenue rexit et gubernavit non tamen sine magnis anxietatibus cordis propter prioratum Buxiæ quem perdidit non de iure sed violentia facta, quem tamen postea recuperavit.

⇨ Dominus Stephanus de Senis, primo institutus est prior domus Pontinianæ, suæ professi suis et sequenti anno Papiæ.

Dominus Stephanus de Senis factus est eodem anno aut circiter prior Papiæ, ut patet ex capitula/[epistola](#) quam scripsit de vita et moribus Sanctæ Catharinæ de Senis, quam scripsit anno XI. Fuit enim ante ordinis ingressum eiusdem Beatæ Catharinæ Senensis amanuenis et discipulus, ex cuius ore magnam dialogorum partem excepit et posteris tradidit.

⇨ Obitus domnus Henrici Coesfeldij, visitoris

Henricus Coesfeldius, Westphalica, fuit ditione oriundus utpote diœcesi Monasteriensi, de quo non solum Bostius, sed et Trithemius, Sutor, Sixtus Senensis. Fuit prior domus Sanctæ Mariæ prope Montem Sancti Gertrudis in Hollandia et visitor Picardiæ, homo, inquit Chronicon domus Capellæ, magnæ scientiæ et litteraturæ et bonæ famæ, obiitque in actu visitationis dum officio suo facturus satis cartusiam adiret Brugensem, illic namque pie in Domino obdormiuit anno salutis humanæ 1410, septimo idibus julij. Habuit monachatum. Scripsit de perfectibus. Vide Biblioth. Cart.

⇨ Et domnus Hermani, prioris Brugensis

Eodem anno obiit domnus Hermannus (Clync), prior domus Brugensis et habuit monachatum.

⇨ Abbas Munsteriensis sepelitur in cartusiæ Treuerensis/[Treveris](#)

Tilmanus ab Eydel, abbas Munsteriensis Luxemburgi Wenceslao regi admodum familiaris, postea etiam ab archiepiscopo Treuerensi Suffraganeatus sui munere cohonestatus obiit Treveris Alexandro quinto clavum universitatis Christi Ecclesiæ moderantæ, et in carthusiensium extra dictam civitatem ambitu, prout vivens prædisposuerat ante capitularem domum amplo lapidis tegumento absconditus est.

⇨ Martinus, Aragoniæ rex Vita defungitur ultima maij, qui duas cartusias fundavit.

Martinus, Aragoniæ rex, nulla prole relicta Barcinone, pridie calendas ~~Maij~~ junij diem obiit. Ex eo tempore regni Aragoniæ felicitas obscurata est. In Martini, rege virili Barcinonensium comitum prosapia intercisa, quæ eatenus in sexcentimum annum propagata est. Post varias contentiones demum Ferdinandus, Castellæ rex, renunciatus est rex Arragoniæ, ut infra dicitur. Hic Martinus quantum colligere possum ex monumentis ordinis fundator extitit duarum cartusiarum Vallis Jesu Christi, et domus Jesu Christi in Maiorica insula, nomen prædicti regis inventus in chartis multo posterioribus.

~~Anno 1410 Arnoldus de Craenheim, dominus de Grobbendonck et Joanna Van Steynvaert domum quandam cum horto et adiacentijs suis sitam in civitate Herendalensi dederunt ad fundandum in ea perpetuo conclusum monasterium quindecim velatarum Monialium et quinque conversarum ordinis Præmonstr. ad honorem S^{te} Dei Maria Genitricis quam in locum deinceps Hortum conclusum B. Mariæ vocari voluerunt, et dictum Virginum numerum augeri noluerunt sine consilio abbatis Tungerloensis (cui idem subiecerunt) et prioris in Zelem ordinis carthusianorum iuxta Diesthemium.~~

⇒ Externa.

Alexander V, papa e vivis discedit, cuius locum excepit Joannes 22 dictus/**indictus** 23 Neopolitanus. Rupertus imper. moritur Oppenheimi, et Heidelbergæ in æde S. Spiritus sepelitur. Sigismundus Caroli IV filius succedit.

Eodem anno 1410 in Atrabatibus Burgundio comitia celebrat, ubi coram Belgica nobilitate de Croyaco intercepto a Gallis et quæstionibus admoto graviter expostulat. Egregia liberalitas Furnensium et Bergensium ad S. Winoci enituit quorum illi 10 millia, hi vero octo millia in apparatus belli contulerunt. Conflavit præterea ingentem vim pecuniæ a Flandris Intrepidus cum puerum principem Philippum filium novo stratagemate per eos circumtulisset sui/**qui** (ut sunt semper suorum principum amantissimi) varijs xenijs illum exceperunt. Aderat in hac expeditione Intrepido Antonius, dux Brabantiae, sed Gandenses importune missionem petentes irritam ex parte reddiderunt.

⇒ Divisio provinciae.

Anno 1411 facta est a capitulo generali divisio provinciae Picardiae in provinciam Picardiae propinquioris, et in provinciam Picardiae remotioris, propter diversitatem linguarum et distantiam domorum et pluralitatem. In provincia Picardiae propinquioris remanserunt domus eadem/**caedem**, quæ nunc sunt. Sed modo vocatur provincia Picardiae absque additamento. Ad provinciam nostram scilicet Picardiae remotioris (quæ modo vocatur provincia Teuthoniae) separatæ sunt novem domus ordinis, scilicet domus Capellæ, domus Brugensis, domus Antverpiæ, domus Sylvæ Sancti Martini, domus Hollandiæ Montis Sancti Gertrudis, domus Zeelem prope Diest, domus Gandavi, domus Leodij, domus Monialium Sanctæ Annæ prope Brugas. Visitatores instituti domnus Theodoricus Terline, prior Antverpiæ et ~~¶~~ prior Sijlvæ Sancti Martini domnus Everardus Ab-huijsius.

Ab eodem capitulo iniuncta est domus Stephano Senensi, prior domus Papiæ visitatio domorum Italiæ et commissa potestas capituli generalis. Fallitur igitur Dorlandus qui putat post depositum officium generalatus, sibi et solitudini duntaxat vixisse. Lib. 7 cap. 35 sub finem.

⇒ Domnus Joannes de Attrebato, ex Aquitania missus per capitulum prior domus Capellæ et eiusdem instaurator futurus

Et constitutus est prior Capellæ, domnus Joannes de Attrebato, nuper ab officio domus Mortui Maris absolutus.

Eodem anno 1411, imperator Sigismundus cum decem millibus equitum venit Aquisgranum coronam imperij accepturus, quo cum Brabantiae dux Antonius in primis ob contractam affinitatem honoris gratia vocatus esset, instructus Le Was usque profectus est. Sed hinc susurrationibus quorundam consilio mutato mox domum reversus est, unde imperatorem non mediocriter offensus habuit. (⇒ vide præcedens fol. sub anno1409)

Iuxta Caletum induciæ inter Flandros et Anglos in quinquennium componuntur.

Hoc anno 15 martij natus est M. Adrianus Dullaert in dominio ecclesiæ S. Bavonis in Weerde, qui postea fuit secretarius opidi Bruxellensis et scripsit originem novæ plantationis in Scheut ac eiusdem primus et præcipuus promotor.

Anno 1412 pax inter Wilhelmum, Hollandiæ comitem et Juliæ ducem Reynoldum est composita, qua Gorichemum sive Gorcomium Arckelensis, ditionis Metropolis Hollandiæ ditioni adiuncta est, neque qui dominus eius quondam fuerat dominus Joannes de Arkel ea pace comprehensus est.

~~Monasterium S. Mariæ de Bethleem, ordinis regularium extra muros opidi Lovaniensis, circa annum 1407 fundatum est de capitulo primum Viridis Vallis, anno 1410 incorporatum fuit: verum postea anno 1412 Windesemensis se subiecit. Fuit autem omnium virorum monasteriorum primum, quod ex obligatione, voto expressæ professionis firmatam ab initio clausuram suscepit et promisit, idque iuxta voluntatem fundatoris Godefridi (de Curia) cui hoc Catherina, reclusa (unius in eadem loco quod Koesselbergh ds) commendaverat, ut nimirum ad normana carthusianorum in Zelem prope Diest clausura ibidem introducatur. Quod et factum est, et multi fundatoribus carthusiensem ordinem suæserant~~

⇨ Sollemnis electio regis Aragoniæ, cui interfuerunt duo cartusiani.

Extincto Aragoniæ rege Martino cum nulli legitimi filij ei relictis essent, qui regno succederent subsecuta est magna disceptatio inter multas clarissimas familias cuiusmodi regni sceptrum iure deberetur. Cumque multo tempore res ipsa in controversia fuisset nec aliquis finis ostenderetur, qui eis disceptantibus pacem esset illaturus: tandem fuit omnium communis sententia ut aliqui eligerentur quorum tanta esset eruditio, tanta autoritas, tanta fides, et tanta religio, ut in tanto negotio non immerito æqui probati que iudices essent. Itaque delecti sunt novem ex omnibus qui in Hispanijs comperiri potuerunt quorum duo fuerunt cartusiani, domnus Bonifacius Ferrari et Franciscus Aranda.

Anno 1412 defuncto Martino, rege trium regnorum in Hispania sine prole. Ordines statuerunt novem viros tantum cooptandos, ex tribus siquidem regnis ternos qui electorum quasi munere fungerentur, ex Aragonensibus, Catalanis et Valæntinis. Ex Valentinis

⇨ Bonifacius Ferrerius.

Primus Bonifacius Ferrerius, Portæ Cœli monasterio carthusianorum præpositus prior. Homo iustus, natura bonus, prudens et laudatus studijsque civilis iuris atque canonici optime debitus.

⇨ Dominus Franciscus de Aranda, fuitque de præcipuis benefactoribus/[fundatoribus](#) domus Portæ Cœli.

Franciscus, seu ut vulgo vocabatur don Frances Aranda in Turolensi civitate, equestri familia natus non ignobili: homo sane equus et ab omni cupiditate remotus, veritatis amicus, et apud omnes maxime clarus. Hic fuerat studiorum et officiorum Joannis et Martini regum maxime conscius, eorumque fidelis ac benevolus consiliarius. Sed ea omnia contemnens, iam pridem se in otium solitudinemque contulerat ac in celebri carthusianorum cœnobio Porta Cœli nuncupato illius se dederat religioni, sub ~~eadem~~ eorum quos ibidem donatos appellare solent, instituto. Quorum more vestitus capillatior quam antea, barbaque maiore incedebat. Inde ergo fuit ad regiam huiusmodi causam iudicandam universæ reipublica. Voce evocatus.

⇨ Mariana

Hanc electionem sive iudicium mire laudat Lipsius in Monitis et exemplis politicis quam et sic prosequitur: dies igitur dicta electioni, locus captus arx Caspa in Aragonia. Magna expectatio, concursus, aperta et occulta vota, aut metus: denique ipso iam die tribunal pro foribus templi erectum, aulæis instratum, et regifico ornati/[ornatu](#) consederunt iudices, præsedit ijs (nam adesse voluit) summus ipse pontifex, etsi in Schismate, Benedictus: tum surrexit Vincentius Ferrerius, dominicani ordinis, magna sanctimoniam opinionam, et insigni ac fervida eloquentia, qui concione ad rem apposita Procures et populum consentire, obedire denique novo regi hortatus est. Quis in erit suspendit aliquamdiu omnium animos, et grandi tandem voce protulit Ferdinandum. Clamor coronam, et iubilus fausta precautum. Nam plurium in hunc et virtutes eius inclinatio; quorundam tamen et mæstitia, qui suos candidatos decidisse tanta spe indignabantur sit/[se](#) ipse coronam mox regni sollenni ritu accepit: pacem ubique reperit aut peperit et magnum illum Alphonsum genuit Aragoniæ, Siciliæ et Neapolis regem. Hæc prolixius (quam institutum nostrum ferte) retuli quia vidi Auctores qui quasi reprehendebant tantam auctoritatem dictis viris concessam/[concesum](#), cum contrarium subiungat Lipsius: Pulchra electio et quam in manu Lusitanorum erat nuper imitari, mortuo Sebastiano. Et capite 4 dicit Ferdinando Deum Aragoniæ regnum contulisse tanquam pretium virtutum qui antea Joannem fratris filium sibi prætulerat.

~~Prudens lector ex his marginalibus anim aduertat quantum boni exempli dederit ordo noster ob elausuramet quantum nocumenci sibi ad tulerit ex petitione nimisium expensarum pro domibus origendis, quæ paulatim se persiciunt. f..... illud Debila Principium melior fortuna sequetur. XXX Non sufficiebat donatio satis exigua, ut carthusiensium ordo multas requireus expensas fundaretur, quare ad regularium ordinem inchoandum intentio conversa est. Idem Walterus a Gierlis, primus hic prior cooperato fuit foundationis quatuor aliorum monasteriorum virorum, et quatuor virginum. Vide Brabantiam Marianam Wickmans, lib 3 lege prius marginale secundo [facili/faciei](#)~~

⇒ Dominus Franciscus de Aranda, restaurator cartusiae Portae Coeli
 Cum exarcisset bellum inter regem Castellae, Petrum dictum crudelem et regem Aragoniae, Petrum 4 et illius milites domum Portae Coeli prope Valentiam devastassent. Dominus Franciscus de Aranda reparavit et post fundatores praecipuus benefactor extitit, in qua et habitum donati suscepit prout dictum est.

Circa principium huius anni electus fuit in priorem cartusiae Ultraiectinae dominus Henricus Milden de Culenborch, professor et procurator istius domus, qui postea institutus est prior Coloniae ibique obiit.

Obijt hoc anno dominus Joannes Luscotus, primus prior cartusiae Londinensis in Anglia

⇒ Domus Jesu de Bethleem iuxta Schene aedificatur.

Anno 1413 ad quintum idus aprilis, illustrissimus rex Angliae, Henricus quintus, sollenni ritu Ecclesiae Catholica inauguratus cum sciret omnia divinitus gubernari, humanasque vires praecoelesti potentia infirmissimas esse, statuit a pietate et iustitia imperium inire. Itaque duo coenobia prope Villam Regiam, cui hodie Richmondia nomen est, miro operis apparatu aedificare cepit, magnisque tum possessionibus tum irrogatis privilegijs locupletavit. Alterum autem sacratum voluit nomini Jesu appellavitque Bethleem, idque cartusianis monachis postea incolendum dedit. Et hoc coenobium in Laeva Thamesis ripa e regione alterius, quod in altera fluminis ripa situm dedicatum que est pariter Jesu atque Deiparae Virgini ac Divae Brigidae, quod eius Divae Ordinis viris et faeminis commune est vocaturque Sion. Indidit pius princeps huiusmodi coenobijs Bethleem et Sion nomina, ut per haec memoria terrae sanctae unde salus nostra perfecta est, in regno suo perpetuaretur. Obijt anno 14234 kalendas septembris anno aetatis 40 et ut ex testamento ipsius constat voluit numerum in praedicta cartusia esse 40 religiosorum. Haec domus sola, (qua in manu regis remanserat) restituta est cartusianis tempore regni Mariae filiae Henrici 8 Schismatici. Unde cartusiani in Belgio exules facti post mortem dictae Mariae totae Catholicae retinent sibi illud nomen domus Schene ex qua postremo exiverunt.

Hoc anno 1413 Aureliani Burgundum ex Gallijs fugarunt, qui consulto ad Flandres se recipit. Margareta, princeps Hannoniae Burgundi soror fratrem regi reconciliare frustra nititur.

Sichenae, Brabantiae opid. Thomae Distensium, toparchae ab Reginaldo Schoonvorstensi domino nummis postulatis conceduntur.

Joannes a Glimis et Florentius a Borsela, generi Henrici domini Bergarum ad Zoniam fluvium in Brabantia de Soceri defuncti haereditate contententes, ita pacatur ut Florentius perceptis aliquot aureorum millibus Joanni Bergas cedat. Hinc illustres apud Barbantos Marchiones Bergenses prognari.

Anno 1413 ordinatio facta est de venijs accipiendis uniformiter per totum ordinem quando dicitur Te ergo quaesumus, et gratias agamus domino Deo nostro in missa, et habemus indulgentiam centum annorum prout declaravit Ferdinandus, cardinalis basilicae 12 Apostolorum anno 1401.

Hoc anno 1413 dominus Bartholomeus Ravennas, primo cartusiae Gorgonae postremo primus Ticinensis cartusiae prior, quem Angelum Dei Seraphica Virgo S. Catherina Senensis appellare consueverat caelo recipitur

~~1414 Nos Arnoldus de Craijenhem, dominus de Grobbendonek, eques, et Joanna de Steynoirt eius legitima coniux damanibus in puram eleemosynam bona infra nominanda ad extruendum monasterium, quod per modum carthusianorum claustrum in honorem Dei eiusque Genetricis Mariae in misericordie fundo prope Grobbendonek qui in posterum evocabitur thronus Mariae. Vide Miraeum in donat. Belg.L. 1. c. 134 est hoc coenobium vicinum Matrī suae Corssendonecae quod Magister Walterus Gierlis fundavit auspicijs Mariae Joannis 3 Brabantiae Ducis filiae, et Reijnaldis ducis Geldriae viduae, quae optionem ei dederat cum 12 fratribus carthusiensium sive Regularium Canonicorum, quem potius mallet profiteri ordinem, nam spe prima frustratus direxerat oculos suos ad Monasterium Hollandiae prope S. Gertrudi Montem, foundationem accepit A° 1393 XXX respice alterum faciem~~

⇨ Concilium generale Constantiense ex parte reprobatur inchoatur.

Concilium generale Constantiense, anno 1414 calendis novembris est inchoatum, cui interfuisse memorantur tria millia nonaginti et quadraginta viri praelati, praelatorumque vicarij.

⇨ Monumenta ordinis conscribendi necessitas.

In capitulo generalis ordinis nostri, institutus est convisitator huius provinciae, prior Capellae, domnus Joannes de Attrebato. Et ordinatio talis facta est: commitimus omnibus prioribus et vicarijs monialium et rectoribus ut proximo capitulo transcribant nomina domorum suarum, et annum incorporationis suae si habent, nec non nomina civitatum seu villarum magis nobilium sibi proximarum. Et hoc nullatenus omittant. Et si non notemus ista et similia, quomodo respondere poterimus interrogati ?

⇨ Atrebatum a Gallis frustra obsidetur.

Eodem anno factionibus Aurelianorum instaurato inter Gallum et Burgundionem funestissimo bello Carolus rex Bapalmam capit Artesiae opidum. Hinc factus tumidior subito cum valido exercitu (quater quinquagenis hominum millibus constare ferebatur) Atrebatum veniens cominus ad veteris templariorum ruinas, castra metatur, atque per septem hebdomadas viribus omnibus oppugnat, opidanis nihil remessius se tuentibus, donec magna Gallorum parte dysenteria cadente, et Joanna, Hannoniae et Hollandiae comitissa, Joannis sorore atque ipso Delphino Burgundionis genere intercedentibus Carolus rex et Burgundio ad pacis foedera convenerunt

Floruit circa hoc tempus domnus Erasmus N., professus cartusiae Friburgensis scriptor B. Cart.

Anno 1415 Walramus, comes S. Pauli Juodij Luxemburgensis ducatus opido moritur, ex cuius filia Joanna Antonius Brabantiae dux Joannem et Philippum filios sustulit.

Joannes Hussus haeresiarcha in concilio Constantiensi damnatus igni traditur 6 julij.

Pridie calendas junij, Joannes 23, papa coactus abdicavit se, vacavit sedes annis duobus mensibus quinque diebus decem. Gregorius 12, papa, per procuratorem abdicavit 4 nonas junij.

⇨ Praescribitur quomodo se ponendum sit in Schismate.

Qui praesidebant capitulo generali sic in ordinationibus scripserunt: Exhortamur et obsecramus omnes personas ordinis nostri in visceribus Jesu Christi quatenus diligenter et devote orent pro bono statu Ecclesiae Dei et pro omnium membrorum eius pacifica et quietia, nec non universali unione. Quod si peccatis nostris exigentibus non sortiretur effectus, ordinamus et volumus, quod nulla domus se determinet ad aliquam partem, sed denunciaret reverendo patri nostro domino cartusiae, qui tunc habebit convocare aliquot priores ordinis qui cum eodem reverendo patre nostro possint celebrare concilium privatum, et quidquid Sancto Spiritu invocata determinaverint, habeat per totum ordinem nostrum roboris firmitatem.

⇨ Reges postulant personas ordinis ex hac provincia

Super personis mittendis in Angliam ad instantiam domini regis committitur prioribus domorum Beatae Catharinae prope Antverpiam et Beatae Mariae in Monickhuissen prope Arnhem. Is erat Henricus V, qui aedificabat domum Schene ut supra diximus.

Priori domus Diest ad instantiam illustrissimi et serenissimi principis regis Daciae (Daniae, *dans la marge*) fit misericordia. Et concedimus eum praedicto principi in sua nova plantatione prout petiit. Erat (ni fallor) domnus Gosewinus Commhaer qui

Dei vindicta in apostatam.

Henricus V, Angliae rex bellum illaturus Franco, antequam ex Anglia solverat apud Antoniae portum dum exercitum recognosceret, Landinus quidam cum viginti militibus belle instructus, cum ceteris transmissuris cum rege, praesto fuit. Is aliquando Carthusianorum se societati addixerat et durioris illius vitae pertesus, et nescio quid causatus, ita apud summum pontificem egit, ut per eum a religionis illius vinculo sit exolutus. Sed Henricus multum Landino religiosos repertus fuit exercitum suum resque suas gestas tali consortio quasi contaminare, facesseri/facessere itaque eum iubet. Qui indignationis et irae ex ea re aculeis valde exagitatus profugit. Ut prius a claustro levissimus profuga ad Gallorum castra, ubi in praelio apud d'Asincurtium a nostris caesus est. Hist. Ecclesiae Angliæfol. 585.

fuit postea episcopus Schalotensis, præcedenti anno legatione functus fuerat ad Sigismundum imperatori nomine ducati/[ducis](#) Brabantiae Antonij et Elizabethæ quam secundam uxorem duxerat pro dotali ducatu. (⇒ [Lucemburgensi](#) retinendo quæ/[quod](#) et obtinuit.)

⇒ Conflictus celebris apud historicos inter Anglos et Gallos.

Eodem anno ipso die SS. Crispini et Crispiniani qui 25 octobris fuit, in campis Blangianis prope Asincuriam, quæ est comitatus S. Pauli prælium commissum fuit inter copias Henrici 5, Anglorum regis, et Caroli 6, regis Francorum, in quo victoribus Anglis maxima fere pars nobilitatis Gallicæ periit. Occubuit ibidem quoque Brabantiae dux Antonius et frater eius Niverniae, comes Philippus Antonio igitur patri suo filius Joannes in ducatum Brabantiae surrogatus est, adolescens annorum tredecim. Vidua autem Antonij, Elisabetha, Sigismundi imperatoris neptis, huius novi Brabantiae ducis, Noverca cum non satis digne se haberi arbitretur post mortem mariti irato animo Brabantiam reliquit, et in Lutzemburgiam concessit. Cuius querelis Sigismundus imperator adversus Joannem ducem ita exasperatus fuit, ut legatos eius constantiam ad se missos audire noluerit. Joannes etiam de Bavaria princeps Leodiensis qui suum negotium agebat quo gratiam imperatoris captaret ducem Joannem impediturum videbatur ne ille Traiectum ad inaugurationem sui proficisci posset. Quod dux intelligens confestim exercitu conscripto acceleravit Traiectum; antequam episcopus se apparare posset.

⇒ Adolphi Clivensis comitis et fundatoris cartusiae Wesaliensis nuptiae.

Adolphus Clivensium, comes cum Maria Joannis Burgundiae ducis filia matrimonium contrahit: genuitque ex ea Joannem Cliviae ducem, et Adolphum Ravestanum Philippi Ravestani viri bello clari patrem, fundavitque cartusiam Wesaliensem.

⇒ Legatio domini Bonifacij.

Hoc anno 28 novembris missus est prior cartusiae (Portae Coeli) frater Sancti Vincentij Ferrerij ad Petrum Lunam, qui nomine Ferdinandi regis illum moneret, ut procuratores ad renunciandum pontificatu constitueret.

⇒ Obitus fundatoris cartusiae prope Rostock.

Circa hunc annum obiit dominus de Borhem fundator cartusiae prope Rostochium quæ domus inchoata fuit anno 1398.

Anno 1415 obiit soror Catherina Ghetti de Senis, ordinis Sancti Dominici recommendata sequenti anno in capitulo non videtur quod fuerit illa sanctitate celebris nam Romae obiit anno 1380.

⇒ Incorporatio cartusiae Mantuanæ.

Anno 1416 cum cartusiae Mantuanæ aedificium esset absolutum, domnus Nicolaus Albergatus ab officio quoque rectoratus absolutus est, hisce verbis in charta capituli generalis rectori prope Mantuam fit misericordia ad suam magnam instantiam. Et ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, ad instantiam quoque magnifici dominus, dominus Mantuani (qui omnia, quæ promisit, abunde adimplevit) eandem plantationem in nomine Domini ordini nostro incorporamus, volumusque, ut domus Sanctissimæ Trinitatis prope Mantuam nuncapetur, etc.

Ab hoc igitur tempore reversus est domnus Nicolaus Albergatus Bononiam ad domum professionis suæ, videturque secundo eiusdem cartusiae prior, vel a conventu electus, vel a visitatoribus institutus: anno siquidem sequenti id est anno 1417 consecratus est episcopus Bonniensis.

⇒ Hoc anno 1416 in capitulo generali prohibetur restricti monialium domus Excubiarum ne ullam novitiam recipiat sic desijt hæc domus et illarum prima.

Ferdinandus, Castellæ rex, die secundo aprilis decedens. Alphonsum filium regni hæredem nuncupavit.

Hieronymus Pragensis, sectæ Hussiticæ affecta, a concilio Constansensi damnatur et concrematur/[concremuatur](#) 30 may. Disperdat eum/[Dominus](#) universa labia dolosa et linguam magniloquam.

Imperator Sigismundus in Inferiorem Germaniam, et inde in Angliam profisciscitur, studio reconciliandæ unionis in Ecclesia, quem Wilhelmus, comes Hollandiæ, ingenti principum et nobilium caterna comitatus est. Sigismundum ex Anglia reducens Intrepidus Burgundiæ dux per Flandriam in Brabantiam deduxit, ut Germaniam repeteret.

⇒ 15 kalendas januarij.

Moritur interea Ludovicus Aquitaniæ dux, idemque Delphinus gener Burgundionis, ab adversarijs, ut creditur veneno sublatus.

⇒ obiit Joannes anno 1417 mense aprili maritus (ni fallor) Jacobæ Bavariæ Carolus erat regis Galli filius minor natus.

Successit Joannes Hannoniæ gener bonus princeps et proinde malis invisus, qui illum biennio necdum expleto Compendij quo illum socer Hannonius ex Hollandia deduxerat/[adduxerat](#) toxico interfecerunt, ut Carolum Patacensem coronæ et lilijs insecerent/[insecerunt](#) unde bellum atrocius recrudit

Ædiculum sive sacellum nobilissimi domini Cæsarij a Fluvio inclijti equitis et Satrapæ in Linters et Heer, ecclesiæ domus Antverpianæ inclusum, reverendissimus Henricus D. G. Rosensis episcopus, vicarius in pontificalibus reverendissimi D. Joannis, episcopi Cameracensis, consecravit 5 idus augusti anno 1416 ornavit paramentis, tam solemnibus quam privato missali, calice ac altaris tabula. Insuper eius ære ac ope dominum Kilianum ex media parte comparavimus, qui etiam diversis occasionibus et temporibus signati auri facile summam 1560 ~~auræ~~ aureorum Franciæ nobis contulit, quæ hoc tempore plurimi fiebat, præter lampadem sacello a se ornata et exitato appensam, quin et pulcherrimo ædificio Satrapæ in Gaesbeeck dono penuarium substruxit imo domum tegulis intexit (partie de phrase illisible suite a rognure) in agro Arschotano prædium largitur. Obiit 21 may. Uxor VI/[IX](#) novembris incertum quibus annis

1417 1418

Anno 1417 Dominus Nicolaus Albergatus, professor et prior Cartusiæ Bononiensis 4 januarij eligitur episcopus eiusdem civitatis et consecratur 4 jullij.

⇨ Statutum in divisione factum tanquam bonum et utile confirmatur.

Inter ordinationes capituli huius anni, talis una habetur: dudum fuit ordinatum tempore divisionis ordinis statutum bonum et utile cuius tenor sequitur in hæc verba: cum propter priorum ordinis nostri evagationes nimias et discursus, eorum vestes et equitaturas curiosas et plus debito pretiosas, nec non et plurimas alias inordinationes et excessus qui modernis temporibus, proli dolor! ab ipsis et ceteris personis ordinis nostri committuntur, nostra religio sit notabiliter et merito fere ubique diffamata: ea propter statuimus et ordinamus ut amodo domibus visitandis presentibus omnibus tam monachis quam conversis totum capitulum de reprehensione legatur per visitatores morose et distincte, et contenta ibidem faciam infallibiliter de cætero observari etc. Quia tempore unionis ordinationes hinc inde factæ fuerunt revocatæ, ideo attendentes ~~utilitatem~~ utilitatem iam dictæ ordinationis volumus ipsam in sui roboris firmitate perpetuo manere.

Sic zelosi patres diffinitores priorum evagationem compescuerunt et fama ordinis de abstracta vita conservata est in illo sæculo; sed cum iam officiales, nullas amplius leges sibi præscribunt exeundi, peiora sunt timenda. Pauci sunt qui iam indifferenter non exeunt: singularis est prior Parisiensis dominus Augustinus Ioyeux (⇨ Anno 1524) qui cum a duobus annis visitare hanc domum gloriabatur in domino se paucis aliquot et numeratis vicibus exijsse in civitatem ab eo tempore quo institutus fuisset prior, donec cura illi demandata fuit promovendi novam plantationem Auræliani. Et dominus Agathangelus Le Clerc, prior in hac/[hoc](#) domo Bruxellensi, professor Cartusiæ, assidue chorum frequentat nec ad civitatem exit, spatio 8 annorum forte, non ter.

⇨ Wilielmus comes Hannoniæ et Hollandiæ et Zelandiæ moritur qui 25 annis post patrem, ducem Albertum, regnavit, et /

Guilielmo Bavaro, Hannoniæ Hollandiæ et Zelandiæ comite, hoc anno 1417 may 30 defuncto, Jacoba filia succedit: quæ anno proxime sequenti, cum Joanni/[Joanne](#) Brabantia duce nuptias contrahit.

Sigismundus imperator ex Anglia reversus in arce Montluetana non procul Lugduni Amadeum primum ex Sabaudia ex comite creat ducem.

Item Adolphus II, Cliviæ comes, in Concilio Constantiensi a dicto Sigismundo imperator primus Cliviæ/[Clivii](#) dux creatur.

⇨ Sublato schismate Martinus V creatur summus pontifex.

In eodem concilio, Otho Columna Romanus diaconus cardinalis S. Georgij in Velabro creatur Romanus Pontifex 3 idibus novembris, consecratus 11 calendas decembris dictus Martinus V, qui nostrum ordinem multis privilegijs affectit.

In Capitulo Generali anni 1418 ordinata est missa de Spiritu Sancto in conventu cantanda pro eodem S. D. N. Martino Papa V qui de novo concessit Reverendo Patri nostro domuo/[domino](#) Cartusiæ ac decem prioribus ordinis nostri per eum eligendis, auctoritatem absolvendi et dispensandi cum personis ordinis in casibus reservatis sedi Appostolicæ quatuor exceptis, usque ad annos 20. Et gratiam generalem et perpetuam fecit omnibus personis ordinis nostri ut possint in mortis articulo absolvi ab omnibus presentis/[peccatis](#) suis cum plenitudine potestatis.

⇨ Goswinus de Beka de quo scribunt Bostius, Dorlandus et Sutor, ante ingressum ordinis canonicus fuit.

Invenitur hoc anno, institutus convisitator huius provinciæ dominus Goswinus de Beka, professor domus Silva S. Martini et prior domus Gandavi, iuris utriusque doctor egregius, sapientia autoritate ac vitæ innocentia memorabilis, qui meruit multos posteros in eodem officio habere successores, postea præfuit cartusiæ Divionensi.

Circa hunc annum obiit domina Elizabetha, comitissa Ciliæ, fundatrix cartusiæ in Pletriach Slavoniæ Vico. Unde colligitur hanc domum incohatam fuisse ~~ante~~ citius quam habeatur in originibus cartusiarum a Miræo æditis qui scribit incæptum anno 1430

1419

Joannes Bavarus, electus episcopus Leodiensis, cum suis annos 20 præfuisset episcopatum in manus Martini V resignavit: qui Joannem Vuallenrodium tunc rigensem in Livonia archiepiscopatum illi suffecit/[sufficit](#) qui hoc anno 8 augusti solemniter in sede sua est collocatus.

⇒ Externa.

Igitur Joannes Bavarus Elisabetham suam ex fratre neptem Lutzemburgiæ ducissam, Antonij ducis Brabantiae relictam viduam uxorem duxit. Pace facta cum ducibus Brabantiae obtinuit Holllandiae non contemnendam partem, ac eiusdem provinciae nec non Zelandiae et Frisiae gubernatorem, in qua expletis sex annis mortuus est 5 januarij anno 1424. Improvise eodem/[hoc](#) anno 1418 concilium Constantiense finitum est.

Dominus Joannes de Liladam cum 300 viris Parisios ingressus vociferatur: vivat Burgundia, statim cives multi adhæserunt ei, et occiderunt ex adversarijs ducis ad tria circiter millia.

Martinus Papa duos illustrissimos cardinales foederi resarciendo mittit, ut Burgundie Caroli Sexti regis curatelam reciperet, et totius regni cum Delphino liberam administrationem.

⇒ Domnus Joannes de Attrebato, prior Capellæ novam ecclesiam cum novo ambitu alijsque officinis ædificari curat.

Hoc anno 1418 in profesto S. Joannis Baptistæ, patres nostri in domo Capellæ novam ecclesiam intrantes quæ tunc recenter erat ædificata et dedicata celebraverunt divina. Sic apparet post 7 annum quo illuc advenerat domnus Joannes de Attrebato ecclesiam fuisse perfectam. In cellis autem et alijs ædificijs construendis usque ad mortem occupatus fuit.

⇒ Obitus duorum fratrum Ferrerierum S. Vincentij et ds. Bonifacij ~~eodem mense et anno~~. Bonifacius obiit in domo Vallis Christi 27 aprilis A° 1417 eodem mense et anno, nisi quod novus annus a Paschate inciperetur derelicto/[defuncto](#) iam Benedicto tanquam pseudopontifi.

Anno 1419 ad meliorem vitam migravit S. Vincentius Ferrerius, ordinis S. Dominici Venetiae in Gallia Armorica ~~est~~ 5 aprilis feria 4 ante festum Palmarum Et 29/27 eiusdem mensis sed anno 1417 ~~et anni~~ pie quoque in Domino obdormivit domnus Bonifacius, eius frater doctor iuris et 25 Generalis quondam ordinis nostri qui ob sanctitatem quoque a Bostio cap. 15 et Dorlando lib. 4. cap. 25 laudatur, quæ opera exaravit vide Bibliothecam Cartus.

Circa hunc annum obiit Dominus Petrus de Albergatis, genitor domini episcopi Bononiensis.

Inter cætera ordinatum in Capitulo Generali: quia divina operante clementia noster ordo per omnes mundi partes est unitus, domos omnes singulas præfati ordinis nostri a contributione solita relevamus etc.

De ~~Mat~~ persecutione nostrorum in Bohemia

Wenceslaus, rex Bohemiae, mortuus est anno 1419 die 16 mensis augusti in crastino autem, (ut habent vetusti quidam codices Bohemiorum) Pragenses tum antiquæ tum novæ civitatis Hussitæ, quorum ductor erat Joannes Barbatus magister civium antiquæ civitatis, violenter invaserunt ecclesias et monasteria in omnibus civitatibus Pragæ, hoc (est) in nova, antiqua, et parva civitate Pragensi, frangentes ubique imagines in eisdem. Ubi autem pervenerunt ad cartusiam Pragæ vicinam monachos illius monasterij captos eduxerunt in prætorium antiquæ civitatis, monasterium ipsum omnibus et singulis rebus spoliantes/[expoliantes](#).

⇒ Ijsdem verbis Æneas Sijlvius in hist. Bohem. c. 38

Altero autem die ipsum exusserunt, et omnino destruxerunt monachos vero illius monasterij et ordinis (quos populo inutiles et qui velut sues in claustro saginarentur dicebant) alio migrare iusserunt.

Hæc causa populo plausibilis, sed audi veriore sequitur enim. Huic colluvici ac turbæ (ne quid mali deesset) duces se præbuit Joannes Zischa nobilis genere ex loco, cui Trosnovia nomen, censu tenui, in curia Regis a puero enutritus et bellicis in rebus exercitatus, uno carens oculo, quem strenue pugnans iam pridem amiserat, infectus Hussitarum Veneno, et rapinarum avidus.

Is collecta ea perditorum hominum multitudine, in ecclesias quæ restabant impetum fecit, simulachra sanctorum et imagines magni Dei perfregit, factaque monachorum inter Hussitas mentione, turbam inconditam et temulentam in monasteria præcipue prædicatorum et

1419

carthusiensium impulit, quos utroque veluti præcipuos ipsius Huss delatores suspectos habuit. Eorum bona mox diripuit, monachos percussit, ædificia stravit, et postremo ignem prostratis subiecit. Atque mox vertit impetum in templa ritum Romanum in omnibus cæremonijs retinentia, in quibus altaria nudavit, confregit organa, delevit imagines, expulit foras pastores, et in locum illorum fures et latrones substituit. Quosdam cartusianos fuisse occisos apertius habetur. In vita S. Joannis Campistrani caput 15 de Cartusia Pragensi. In ipsa Praga facto concursu per agmina invadunt fideles, cartusiam adproperant quos reperere perimunt, ipsam a fundamentis evertunt. Ad maiorem horum confirmationem et elucidationem subjiciam quæ mihi communicavit dominus Georgius Garnefeld, cartusianus Coloniensis, excerpta ex historia Bohemica.

Anno ab Incarnatione Domini 1419 regnante in Bohemia Wenceslao, filio Caroli 4, Romanorum imperatoris in urbe Pragensi gravis persecutio in catholicos ab hæreticis W. commota fuit, qui in die S. Abdon primum in civitate Pragensi (duce Joanne Zischa homine nobili quidem at sceleratissimo) senatoribus cum prætore in Curia Judiciali aut trucidatis aut crudelissime vivis ex fenestris (armatorum ferreis hastis excipiendos) præcipitatis, altero die (necdum sanguine sui magistratus nefarie et plus quam gentiliter profuso satiati) in monasterium SS. Petri et Pauli dictum M. Zderacense, impetum fecerunt, illudque spoliarunt ac succenderunt, tum per rates lignorum in alteram fluvij Vultaniæ ripam transcurrentes monasterium B. V. Mariæ Matris Christi, fratrum ordinis Carth : (quod anno 1341 Joannes cæcus rex Bohemorum plane regali munificentia construxerat et dotarat) invaserunt, diripuerunt concremaruntque, et comprehensis ibidem dicti ordinis. Undecim veneranda pietate et canitie patribus, capitibus eorum spineas coronas imponentes, contumeliose per pontem ad antiquam civitatem Pragensem traxerunt quodam Cerdone nominato Margick Sacris vestibus (quibus sacerdotes in tremendo Missæ Sacrificio uti solent) induto, et calicem in manu gestante, eosdem mimorum more præsaliente; is Cerdo eodem vespere ex senatusconsulto antiquæ Pragæ decollatus fuit: in Ponte vero oritur pugna inter hæreticos quibusdam volentibus, ut præfati patres cartusiani in fluminis gurgites deijcerentur ac submergerentur, quibusdam vero hoc prohibentibus, multis vulneratis duo occisi sunt, includuntur tandem boni ac pij patres carceribus: quos cum aliqui ex iussu senatus altero die inviserent, tantum decem reperti fuerunt. Observantur diligentius, ac fortius ianuæ, ac fenestræ carceris. Sequenti die iterum unus ex decem desideratur. Mirantur senatores, examinant et inquirunt, ubi sunt alij duo, quomodo, et quo evaserint. Respondent mansuetissime charissimi filij fr. cum procidentes in facies oraremus pro nobis et nostris inimicis et ipsi nobiscum, unus et alter quo devenerint ignoramus. Vespere convenientes senatores, et cum ipsis Joannes Barbatulus consul, author unus instar turbarum personaliter eosdem in carceribus patres adeunt ac numerant novem, et obseratis non modo ianuis, sed obsignatis quoque sigillis proprijs sicut et omnibus fenestris, et procul dubio adhibitis custodibus recedunt, mane octo tantum inveniunt, exquirunt ubi

sit nonus. Respondent : nos charissimi filij ignoramus quo devenerit tunc, cum nos orationi incumberemus. Obstupuerunt senatores, ac reliquos octo liberos in Moraviam secure deduci procuraverunt.

Hæc ex Annalibus Bohemiæ a Venerabili et Catholico sacerdote Wenceslao Hageck de Liboctan, diligenter descriptis, et a serenissimo invictissimoque rege Romanorum Hungariæ, Bohemiæ, Ferdinando senatoribusque indicij terrestris nominæ omnium statuum regni Bohemiæ examinatis et approbatis bona fide excerpta sunt ad gloriam Dei, et singularis virtutis pietatisque celebris familiæ carthusianorum commendationem. Lythomislij in regno Bohemiæ, 30 junij anno 1592, in gratiam R. P. Francisci ordinis carthusiensis visitatoris.

Hæc ego infrascriptus accepi a Venerabili Petro Winther, priore carthusiæ Hildesheimensis, qui prius etiam in superiori Alemania prioratum gesserat

f. Georgius Garnefelt Cart. Col.

In Joannis Wallendorij, Leodiensis episcopi defuncti locum Joannes Heinsbergius, annos 23 natus sufficitur, qui mox sacerdos, et anno sequenti episcopus consecratur, et recte quidem si tanto statu dignam instituisset vitam, atque penitus secularem exuisset. (⇒ de isto episcopo fit mentio in vita D. Dionysis Cart.)

⇒ Joannes Burgundus ab Carolo Delphino, Aurelianorum impulsu trucidatur ad Confluentem Scannæ Seu Jonæ in Sequanam vulgo Montereau Sault Yonne en Gastinois

Decima septembris dominica die Joannes princeps ab Carolo Viennensi Delphino specie consilij ad Anglos Gallia expellendos capiendi, Monstrolium (alias Monteranium) evocatus in ipsius Delphini conspectu crudeliter trucidatur. hora 4 pomeridiana, ætatis eiusdem Joannis Intrepidi 48.

Eius corpus ad carthusianos Divionenses translatum atque sepulturæ traditum est. Cui quadrat optime locus iste scripturæ in Reg. 3 Egressus itaque Joab a David, misit nuncium post Abner, et reduxit eum ex cisterna sira ignorante David. Cumque redijisset Abner in Hebron seorsum adduxit cum Joab ad medium portæ ut loqueretur ei in dolor et percussit illum ibi in inguine et mortuus est in sanguinem Asael fratris eius

Ergo licet exclames inquit ferreolus locrius.

Invidus immerito Cognatum morte peremi

Mors (heu !) quæ Gallis plurima damnatulit

Hinc odium cædes variæ, bellumque perenne

Hinc quoque Mors similis nostri subeunda fuit

Nam ait Jesus in Evangelio: omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt (⇒ Mathæi 26. n. 52)

⇒ Philippus Bonus succedit fundator Belgici imperij

Joanni Philippus Suffectus cognamento Bonus a peramena et benigna indolæ. inauguratus autem utrisque Burgundis, Flandris Atrebatibus, Mechliniensibus. Accesserunt Brabanti Limburgi cum provincia transmosana, et Marchionatu S. Imperij, cæteraque omnia quæ Brabantiæ subiecta sunt: successere ex genere Materno et Bavarico comitatus, Hannoniæ, Hollandiæ Zelandiæ, Frisiæ Jacoba Bavara sine liberis decedente, et denique Lucemburgenses et Namurcenses emptione facta cum sanguineis. Additus/[addictus](#) est comitatus Corolesius emptus a comite Armeniaco, quo illum Philippus Audax donaverat.

Acerbissimo nuntio cædis paternæ afflictus fædus iniijt cum Joanne Barbanto, Joanne Bavaro, Joanne Clivensi, Margareta Hannoniensi, quo eam vindicaret quibus accessere Parisienses et Anglii.

Rostochiensium Academiam hoc anno institutam tradit Crantzius

⇒ Catherina de Flemalia, ex fundatoribus cartusiæ Leodiensiæ votum continentiæ emisit in eadem domus.

Hoc anno 1419 Catharina de Flemalia, uxor M. Rennuardi de Ponte, consul/[consulis](#) Leodiensis et ipsa filia consulis obiit 25 Julij. Hæc post viri obitum (qui contigit anno 1401 26 septembris) coram summo altari cartusiæ nostræ votum continetiæ perpetuæ emisit, licentiam habens ingrediendi ecclesiam et totum conventum. Ipsa enim ædificavit sex cellas et sex novitios ultra solitum numerum iussit recipi quibus atendis/[alendis](#) trecentos modios speltæ, assignavit et plura alia. Vivens dedit inter quæ, tres habitus singulis annis pro religiosis. Sepulta est in medio chori nostri.

Anno 1420, inter Henricum V Angliæ regem et Philippum Bonum Burgundiæ ducem, mense martio fœdus concluditur, has inter cæteras lege Anglus Catharinam Caroli VI Francorum regis filiam ducet uxorem, dotisque nomine post Caroli mortem Francorum accipiet regnum filio Delphino ob cœdem Joannis Burgundi exhæredato. Ut ampliter Heuterus et alij Historia narrant.

Quantum vigerit observantiæ disciplina in ordinæ nostro videamus ex ordinationibus factis in Capitulo Generali. Et puto subsequentem ad instantiam sæcularium (qui forte existimabant nos propter peccata nostra præcedentes persecutiones passos, quorum etiam convitia audivimus) institutam fuisse sic se habet: Quia multorum instantia frequens et querulosa nos impulsavit super excessibus seu potius abusibus (quod dolentes referimus) in nonnullarum domorum, pitantijs et irrefrenatis excessibus alijsque inordinatis ministrandi modis etiam ultra et præter ordinationem et sufficientem statutorum nostrorum provisionem et præcipue sextis seu abstinentiarum ferijs quod urgere videntur in et contra nostræ religionis institutionem salutarem, qua necessaria sufficienter ministrari et superflua omnino resecari iubentur, hinc est quod huiusmodi provide occurrere volentes dispendijs ordinamus quod in diebus pitantiarum non amplius quam quinque ova inclusis ovis cum pulmento putatis, aut æquivalens si forte qualecunque genus piscium ministraretur: diebus autem abstinentiæ deputatis gratiam humiliter petentibus pulmentum duntaxat simplex cum potu leviori consueto. Et indulgetur quod hæc ordinatio non ponatur ad carthas provinciarum ubi in talibus non fit abusus.

⇨ Patres agnoscunt sobrietatem in victu vigeri multis in locis

Item quia divina gratia favente domus nostri ordinis germinantes in diversis mundi partibus prout cernimus sunt plurimum multiplicatæ, item earum negotia pro quibus scribitur Capitulo Generali tempore in statutis contento videlicet tribus diebus Capitulo debite (⇨ domus ordinis D. g. multiplicatæ) expediri non possunt ob eorum multiplicatam de quo domus plurimæ conqueruntur, ordinamus ut pro statu ordinis et pace domorum personarumque conservanda Generali Capitulo inchoato diffinitores et provinciarum visitatores, vel unus eorum aut qui ex parte provinciæ missi fuerint ibidem remaneant usque ad sabbatum diem exclusive.

Prior domus Vallis Omnium Sanctorum fit misericordia. Et quia conventuales illius domus ordinationibus visitorum in proxima visitatione in eorum præsentia recalcitrando pertinaciter se opposuerunt, volumus ut quilibet eorum, qui in hac rebellionem culpabilis ~~existit~~ existit trina vice ad terram in refectorio sine pitentia comedat, et totidem in capitulo recipiat disciplinas. Procurator vero qui plus cæteris rebellavit asserens se potius velle domum ipsam deserere, quam ipsorum subijci ordinationi, sit ab officio procuratoris absolutus. Et nihilominus omnia quæ dicti visitatores (⇨ simplicitas ordinis) ordinarunt approbamus et confirmamus præcipue de celatarum in stallis chori contra simplicitatem ordinis curiose factarum amotione infra unius mensis spatium/spatium a præsentium receptione.

⇨ Domnus Joannes Teneramundanus fuit professus domus Capellæ, et plura habentur in chronico dictæ domus

Floruit circa hunc annum domnus Joannes Teneramundanus, insigni Frandriæ opido, Scaldi adiacente oriundus. Fuit vir divinarum literarum cognitione ac vitæ Sanctimoniam, uti et Trithemius et Possevinus contestantur admodum præstans, quippe qui non solum magna cum laude præfuit cartusiæ isti Siligniacensi quæ in Sabaudia partibus celebris est atque ad Burgundiæ provinciam pertinet, verum etiam eximijs aliquot litterarum monumentis claruit. (vide Biblioth. Car.)

⇨ Fundator secundarius claustris Beatæ Mariæ.

Hoc anno, 14 decembris, obiit dominus Theodoricus de Dasle, canonicus Hildeshemensis cartusiæ Claustris Mariæ prope dictam civitatem fundator secundus nam fundator principalis fuit ipse episcopus dominus Gerardus ante Verdensis ~~quartus~~ secundum Crantsium

Secretarius regis Angliæ epidemica lue tactus, et de vita desperans ope Deiparæ Virginis convaluit, cui voto se adstrinxerat, quod cartusianis se vellet (ut fecit) adiungere. Kinetius lib. 1 dist 3 cap. 8, vide origines nostras m. s.

⇒ Bona Capituli Generalis suspensa.

Anno 1421: diffinitores in Capitulo Generali visa ratione seu computu de infra scriptis notificamus, inquit, omnibus personis ordinis quod Generale Capitulum tenetur et obligatur domui Cartusiae in notabili summa pecuniali ratione expensarum et sumptuum factis tam in Capitulis Generalibus quam pro unione Ecclesiae et Ordinis, et quia non sufficiunt census, redditus seu proventus debiti in Catholonia dicto Capitulo. Ea propter redditus et proventus ac eleemosynae Generali Capitulo pertinentes cedant in usum et utilitatem domus Cartusia/*Cartusiae* donec et quousque sit/*sic* dictae domui satisfactum de debitis supradictis.

⇒ Captivi quidam ex ordine recommendantur.

Recommendamus pie omnibus prioribus ordinis qui praesenti non interfuerunt Capitulo Generali quatenus Dei amore et charitatis intuitu recommendatum habeant, et largas manus ad eleemosynam porrigant (sicut qui praesenti Capitulo interfuerunt) pro redemptione sex captivorum a Sarracenis de Insula Gorgon domus ordinis nostri, videlicet duorum monachorum, duorum conversorum et aliorum duorum famulorum qui ab infidelibus detinentur in vinculis.

⇒ Martyros/*Martyres* in Bohemia

Circa hunc annum obiit domnus Marcuardus, prior prope Pragam, quam cartusiam supra anno 1419 diximus fuisse combustam ab Hussitis et religiosos percussos et male habitos. Sed et Bzovius in Annalibus Ecclesiasticis sub hoc anno 1421 num 13 ex Paulo Langio in Chronico Cisterciensi: Combusserunt, ait, eodem tempore (quo gesta sunt quae refert Dubranus Histor. Bohem. lib. 26 et Aeneas Sylvius cap. 44) inter alia monasterium Brun, ordinis S. Benedicti, quod S. Adalbertus, episcopus Pragensi et Martyr de Patrimonio suo fundaverat. Item abbatiam suam in Straho, ordinis Praemonstratensis. Item Hussitae in furiam versi circumpositas terras fidelium igne et ferro vastaverunt, et catholicos tam laicos quam religiosos eadem vesania exturbaverunt, eorum praedia, villas oppida et monasteria flammis et gladio destruentes, qua tempestate cartusiam trans Pontem subvesterunt. Item circa Pentecostes festum Montem Cutniz obtinuerunt, et honorabile coenobium ordinis Cisterciensis ibidem Sedelitz nuncupatum funditus diruerunt, in quo quidem Cartusienses praefati monasterij expulsi fuerant, ad tempus recepti ut hospites, quamobrem Hussitae excandescens ipsos monachos receptores una cum omnibus carthusiensibus interfecerunt. Cartusienses illos fuisse Pragensis cartusiae nihil mihi verisimilius occurrit, quia ante ~~duxissimu~~ diximus ultra Pontem sitam fuisse, fuit tamen oppidum quoddam quod Pons dicebatur et tunc a Misnensibus possidebatur, sed an ibidem domum ordo habuerit mihi compertum non est. Destruxit etiam Zisca cartusiam Vallis Josaphat apud Olomotium episcopalem Moraviae urbem, et sic nullibi religiosos consistere passus est. Quare in proximo Capitulo indicta est Missa de Spiritu Sancto pro impetratione caelestis auxilij adversus infideles et haereticos persequentes christianos et maxime clericos et religiosos in regione Bohemiae et locis vicinis, bona eorum dissipando et auferendo et mortes crudelissimas eis inferrentes, eosque a fide Jesu Christi et Sanctae Romanae Ecclesiae discedere compellendo, et pro extirpatione dictae haeresis et defensione principum ceterorumque Christi fidelium contra dictos haereticos bellantium.

Anno 1421, consules Bruxellis esse caeperunt, antea enim et praetor, et septemviri erant, et ex hisce qui primus ordine consulis instar, quasi solem referret, inter 7 urbes sidera eminebat. Gerardus Pipenoy Praetor primus est, et principem munere perpetuo repraesentat consul populum sed annuo.

1422

Domnus Henricus Veethusen, professus in Monichusen, prior cartusiæ Ultraiectinæ propter senium et continuas infirmitates suas, absolutus fuit in Capitulo huius anni. Verum morte prævenit chartam quia legitur alibi quod officium suum laudabiliter finivit. Obijt autem in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ. Successit ei domnus Albertus Buer, professus itidem in Monichusen, de quo infra.

⇨ Obitus reverendi prioris domnus Joannis de Griffemonte ex pestæ quæ octodecim personam simul consumpsit.

Hoc anno, 11 septembris obijt reverendus pater domnus Joannes de Griffemonte (non sine maximis doloribus, illorum de Cartusia et omnium qui noverant eum) et sex monachi cum eo de epydimia. Item quatuor conversi. Et de donatis et familiaribus omnibus cum præmissis simul computatis numero octodecim.

Successit D. Joanni de Griffemonte in regimine D. prioratus Cartusiæ, domnus Guilielmus de Mota, monachus domus Cartusiæ, valde magnus clericus et temporalis, quippe qui longo tempore procurator fuerat in domo Cartusiæ. Hic erat satis spiritualis et devotus; sed rigidus multum, infirmus corpore et longævus, natione Gallis diocesis Valentinensis. Vide Sutorem lib. 2 de vita Cart. tract. 3 cap. 5

Dux Bonus insigni victoria potitus contra Francos Abbævillam contendit ubi ad aram Virginis Matris supplicans Deo palmam retulit, et non nisi post longas preces triumphum celebravit.

Mense novembri inter montem S. Gertrudis et Dordracum Hollandiæ opida, pagi 72 fluctibus maris sunt absorpti : Meyerus. Hinc Chronographicum

In LJJbeth noCte nJMJJ, fLVctVs noCVere

⇨ Expeditio contra Hussitas

Hoc anno circa festum Viti et Modesti Martinus Papa in Germaniam ac Belgium misit Brandonem cardinalem Placentium ad prædicandum crucem adversus Hussitas in regno Bohemiæ, quo hortatore magna expeditio a fidelibus adversus eos suscepta, sed non magno fructu, adhuc virga furoris Dei erat extenta super regnum istud, quæ hoc tempore remissa videtur æ cum subiugati sint hæretici sæpius ab eo tempore rebellantes. Notavi superius preces indictas fuisse ab ordine pro eodem negotio.

⇨ Divortium inter Jacobam Bavaram et Joannem Brabantiae ducem

Non hoc anno sed 1424

Anno 1422, Clocestrius Angliæ rector Jacobam Bavaram Joanni Brabanto coniugem abduxit sed violentem/**volentem**, cui propterea bonus ad fanum S. Audomari duellum viriliter indixit anno 1424. Sed non comparuit/**comparavit** reverentia ducis vel timore.

In festo Epiphaniæ obijt tutor Hollandiæ, idem qui quondam electus fuit episcopus Leodiensis Joannes de Bavaria, veneno sublatus per equitem Joannem de Vliet, qui ad hoc a Duce Glocestriæ inductus ferebatur, ne Joannes de Bavaria suppetias quas promiserat duce Brabantiae ferret adversus Jacobam, qui quidem Joannes de Vliet ob hoc facinus in Haga comitis decollatus et quadripartito dissectus est. Hoc contigit anno 1424, ex inattentione contigit ut superioribus subiungere.

In capitulo nostro Generali plures ordinationes et declarationes pro mortuis et morituris factæ sunt quæ nunc habentur in statutis. Inter cæteras declaramus de illo verbo statuti primæ partis caput 47 ubi dicitur qua/**quod** post sepulturam personæ ordinis, exeuntes de ecclesia convenimus in claustro et prior dicto Benedicite iterum absolvit defunctum, quod absolutio illa non debeat fieri in forma absolutionis sacramentalis sed per verba orationis etc. Super hac absolutione defuncti Gerson quæstionem tractat. Postea agunt de dispensatione osculi propter eos fere qui præcedenti anno peste mortui sunt, et quod sufficiat certum/**ectum** aspergere cinere.

⇨ domus Venetiarum.

Domus Venetiarum quæ S. Andræ de littore vulgo nuncupatur conceditur carthusianæ religione, amotis religiosiis S. Augustini qui eam ab anno 1190 incoluerant.

1423

Mense julii, Michaelis Philippi principis uxor (quem etiam tenere amabat) atque Caroli VI Franciæ regis filia, primo ætatis flore Gandavi moritur; adeoque plerunque funesta et tristia lætis et secundis rebus obrepunt, et nusquam fere sine nebula, ne apud Rhodios quidem serenum defæcatumque cœlum aspicitur, mitigavere hunc dolorem alteræ nuptiæ, quas a Martino Papa impetravit cum Bona Atrebatæ Philippi Niverniensis patru sui vidua 1424.

Quarto calendas septembris moritur est Henricus V, rex Anglorum anno ætatis 40, qui fuit fundator domus Schene, Henrico VI filio impubere relicto successore.

Duo decimo calendas novembris etiam decedit Carolus VI, Galliæ rex hinc inter Anglos et Gallos odia et querelæ quæ perennant de legitimo Gallici regni hærede, adeoque mixta utriusque regni in Anglicano scuto insignia.

Jam decimus octavus mensis elapsus erat quo in Gallias venerat reverendissimus episcopus Bononiensis, Albergatus pacis **pertradandis/pertraetendæ** causa inter nominatos reges quorum interitu perturbatis passim et commutatis rebus pace non exacta domum redire coactus est.

Mortuus est hoc anno mense septembri, Petrus Luna qui Benedictus 13 dictus est.

⇒ A Rep. Anverpiensis immunitas datur cartusianis emendi cervisiam absque vectigali.

2 octobris Respublica Antverpiensis dedit facultatem ibidem cartusianis emendi plurima cervisiæ plaustra intra vel extra opidum Antverpiense sine ullo vectigali.

⇒ Indulgentia Martini V

Anno 1423 de speciali gratia S. D. Martini V concessa est omnibus personis ordinis plenissima omnium peccatorum indulgentia, et modus absolvendi præscriptus.

⇒ Fundator domus Erfordiensis

Domino Mathiæ de Heberstein preposito ecclesiæ Sanctæ Mariæ, Erfordiensis fundatori secundario domus S. Elizabeth prope Isnacum attentis suis magnis beneficijs, concessum fuit anniversarium perpetuum scribendum sub die obitus sui qui fuit circa kalendas augusti. Miræus scribit dictam domum debere primordia sua cartusiæ Erfordensi.

In duabus domibus huius provinciæ aliquid nebulosi contigisse propter sequentes ordinationes, sic habet charta : ordinationem factam in domo Brugensi per visitatores quod nec prior, nec procurator, nec aliquis religiosus ordinis nostri a cetero debeat interesse processione etc. confirmamus. Exhortantes in visceribus Jesu Christi priorem novum et totum conventum, quatenus instanter laborent ut liberentur a prandio civium Brugensium, quod consuevit fieri feria quinta ante Ramos Palmarum, nihilominus iniungentes omnibus personis dictæ domus, quod si de cetero dictum prandium in domo sua fieri permiserint, et se non opposuerint/**apposuerint** quantum in eis erit, prima die in pane et aqua abstineant, nec cellas egrediantur nisi secundum formam statutorum. Nescio an novus prior non prævaluerit hanc ordinationem exequi, aut aliter tædio affectus fuerit quia in charta sequentes anni habetur: prioris domus Vallis Gratiæ prope Brugas licet multum institerit non fit misericordia, committitur tamen visitoribus ut infra hinc et festum Assumptionis Virginis gloriosæ cum consensu maioris et sanioris partis conventus et non aliter sibi faciant postulata.

⇒ Goswinus episcopus dedit/**redit** ad ordinem

Hoc quoque anno 1423, priori et conventui domus Diest iniungitur districte ut in nundinis septembris Antverpiæ mittant priori dictæ domus Antverpiæ 44 coronas Franciæ ratione mutui per dominum cartusiæ facti domino Goswino et 20 coronas pro tunicellis cartusia quas summas ipse

1425

assignavit de his quæ sibi debentur super dictam domum. Apparet ex charta sequentis anni priorem Diestensem renuisse dictas pecunias refundere, sic enim habetur: propter absolutionem prioris de Zeelem factam per priorem Antverpiæ in transitu ad Capitulum Generale, electionem futuri prioris, committimus conventui. Res est, sicut a maioribus accepimus: domnus Gosvuimus Commhaer primo professus fuit domus Diestensis, et evocatus a rege Daniae et institutus episcopus Schalotensis, postea huius dignitatis tædio affectus redijt ad cartusiam Diestensem, et sui (nescio qua de causa) noluerunt eum denuo recipere, quare accessit Maiorem Cartusiam, et ibi fecit secundam professionem, et ratione bonorum, quæ contulerat domui Diestensi has repetit pecunias ante primam professione, et alia: quare dictæ domus habuerunt inter se lites, et Dorlandus improperat succedenti priori quod timore absolutionis non viriliter resisterit Maiori Cartusiæ. Unde domus Diestensis pauperior effecta est.

⇐ Simplicitas et humililas ordinis.

Circa annum 1424, obiit dominus Albertus de Rotenburg (alias Rodenborch) sacerdos canonicus Lubecensis, qui fuit de primarijs fundatoribus domus ordinis nostri de Lubek simplicitatem ordinis ad hæc usque tempora viguisse satis arguit ordinatio facta hoc anno quæ huius tenoris est: quia in plerisque nostri ordinis provinciarum domibus tabulæ curiosis imaginibus depictæ, in altaribus, et aliæ diversæ picturæ cum clipeis et armis sæcularium, et formæ mulierum contra sanctam ordinis simplicitatem et humilitatem tam in fenestris vitreis et alijs locis contra statuta multiplicantur, de quo nobiles viri non modicum scandalizantur, ordinamus ut tales omnes picturatæ tabulæ, et aliæ curiosæ picturæ, ut prædicatur amoveantur ubi sine gravi scandalo fieri poterit, et non de cetero fieri permittantur, visitoribusque provinciarum committitur ut hoc firmiter faciant observari, et priores in hoc inobedientes punire non omittant.

Zisca Hussitarum dux Bohemiæ pestis, iusto Dei iudicio peste extinguitur.

Jacobus 1 e carcere liberatus regnat apud Scotos annis 24 qui et cartusiam in regno suo ædificavit, ubi ipse et sequentes Reges orthodoxi uxor sepulti sunt.

Augusti 17 feria quinta signa inter Francos et Anglos miscentur atque acerrime pugnatur remanente penes Anglos, quibuscum noster princeps (⇐ Philippus Bonus) iunctus erat, victoria, multisque Gallorum cæsis et captivis, in quibus Joannes procomes Narbonensis quadrifariam sectus est, et cruci appensus, quod nefariæ necis Joannis Burgundi fuisset conscius.

Anno 1424 in cartusia Ticinensi, domnus Stephanus Maconus, eiusdem domus nuper prior S. Catherina Senensis nomen ingeminans brevissime mortalitate eximitur VII idus augusti.

Anno 1425, ordo monachorum domnus Hieronymi a sua primæva institutione collapsus a venerabili viro Lupo reformatur, oblata summo Pontifici regula ex dictis divi Hieronjmi contexta ut ab eo confirmata.

⇒ Academia Lovaniensis

Anno 1425, Joannes IV Brabantiae dux, Antonij Burgundi ex Joanna Lutsemburgica fani S. Pauli comitissa filius, quum urbs Lovaniensis pereunte lanificio, paulatim ad Vastitatem rediret, Academiam ibi instituit approbante Martino V pontifice et potestatem faciente omne genus artium docendi, sola tamen theologia excepta. (⇒ cuius prima professio cæpit anno 1426, mense septembri secundum Massæum) Diploma datum est signatumque hoc anno V idus decembris: lectiones autem anno demum sequenti postridie kalendas octobris primum sunt habitæ. ~~Anno autem 24~~ Actaque fuit promotio anno 1429 pridie conversionis Pauli, domino Joanne a Groesbeeck legum doctore eximio canonico ecclesie S. Servatij Traiectensis facultatis ordinario collationem faciente, ac domino Wilhelmo ab Ascha, præposito S. Petri Lovaniensis tanquam universitatis cancellario huiusmodi promotionem impendente. Legi in chronicis domus Capellæ domnum Henricum Loen, primum priorem cartusie Bruxellensis fuisse in prima formali promotione dictæ universitatis etiam primum, qui fundavit Pedagogium Porcense cum socio magister Nicolao Falconisse. Anno autem 1431, Eugenius IV indulisit ut et theologia Lovanij doceretur, cum eius rei causa legatos ad ipsum misisset Philippus Burgundie Brabantieque dux, princeps vero/[vere](#) cognomento Bonus qui et Dolanam Academiam in Burgundie comitatu excitavit.

⇒ Fundator Cartusie de Covis

Hoc anno 13 septembris, obiit nobilis et potens vir dominus Petrus Affan de Larinera, fundator domus B. Mariæ de Covis prope Hispalim.

Bona Philippi principis coniux Divioni/Divinioni moritur atque apud carthusianos sepelitur magno sui desiderio relicto.

⇒ Tormenti pulverei usus in Gallias introductus/[introducitur](#).

Usus Bombardarum hoc primum anno Gallis innotuit Thoma a Monte Acuto Sarisberienſe comite Anglo Cœnomanorum urbem oppugnante.

Subactis Hannonibus Jacoba Philippo deditur, et Gandavum mandato principis migrare iubetur : illa solitudinis impatiens ad Batavos suos Gandavo virago in veste viri clam profugit.

Circa annum 1426, frater Joannes, conversus domus quondam Gorgonæ obiit captivus Sarracenorum.

⇒ Quomodo ad ordinem recipiantur episcopi et Abbates.

A capitulo huius anni talis ordinatio emanavit: declaramus de episcopis et abbatibus si quando in posterum recipientur in ordine nostro quod ob reverentiam sui status et dignitatis ante nostri ordinis ingressum detur eis optio antequam profiteantur de officijs ordinis post eorum professionem suscipiendis vel non suscipiendis.

⇒ Privilegia impetrata durante schismate confirmantur a Martino V et alia plurima de novo concessa

Notificatur omnibus quod quia privilegia ordinis durante schismate impetrata in utraque obedientia nunc Deo gratias Sancta matre Ecclesia unita, dicta privilegia in una dudum obedientia impetrata fidem non faciunt in alia, nec e contra. Ad instantiam ordinis reverendus pater dominus Cartusie impetravit nuper a D. N. Papa Martino V unico et universali confirmationem omnium privilegiorum ordinis generaliter de qua sunt quatuor bullæ eiusdem tenoris. Et rursus in speciali quinque privilegia quæ sequuntur videlicet de decimis papalibus et alijs subsidijs non solvendis, de quo sunt duæ bullæ eiusdem tenoris. Item executorium adversus molestantes ordinem contra privilegium prædictum, de quo executorio sunt tres bullæ eiusdem tenoris quæ deriguntur dominis episcopo Bononiensi, præposito Coloniensi, decano Lugdunensi.

Item privilegium de non contribuendo in expensis legatorum et nuntiorum apostolicorum, de quo sunt duæ bullæ eiusdem tenoris. Item exemptionem totius Ordinis a lege iurisdictionis Metropolitanæ episcopalis et ceterorum - Ordinariorum in qua includuntur et donati, de qua sunt duæ bullæ eiusdem tenoris. Item quod nullus de ordine nostro se transferrat ad alium ordinem sine bulla plumbea papali. Quæ omnia constiterunt ducentis LXXVIII ducatis sive scutis boni ponderis pro quibus domus Cartusie est obligata in Italia ubi recepit mutuo dictam summam. Præterea omnia privilegia prædicta remanebunt in domo Cartusie ubi ea recipient qui indigebunt ad faciendum transcriptum in Gratianopoli expensis ipsorum: exceptis tribus executorijs prædictis quarum unam servabit domus Bononiæ, aliam domus Coloniæ, aliam domus Cartusie quæ domus sunt propinquiores executoribus per eas bullas deputatis.

⇨ Nicolaus Albergatus creatus S. R. E. cardinalis.

Martinnus V IX kalendas junias Nicolaum, episcopum Bononiensem ordinis nostri cardinalem renunciavit, atque ei iam ad urbem adventanti obviam ipsa dignitatis insignia misit. Quæ ille, miratus, eadem, quam antea episcopatum, animi magnitudine respuit. Verum paullo post Pontificis in conspectum progressus, cum adhuc eiusmodi abs se honorem averteret, sacri tamen anathematis intentatione/inteatione commotus assensit. Atque ita idibus junij, presbyter tituli S. Crucis in Hierusalem est vocatus. Quem titulum adeo gratum habuit, ut postea pro insigni gentilitio ipsam solem crucis effigiem tulerit. Cuius rei cum plurima adhuc in episcopio apparent vestigia, tum Franciscus Philelphus est auctor in epistolis inquiring: imitatus es eum cuius crucem pro signo geris, Christum opt. max. Quem deinde Thomas ipsius discipulus imitatus, ubi ad Pontificatum pervenit claves ipsus/ipsas pro familiæ signo ascivit. Ceterum Nicolaus sic honorem hunc gessit, ut S. Antonino teste, quemadmodum episcoporum insigne exemplar extiterat, sic clarissimum speculum cardinalium fuerit, nec maiorem dignitatis splendorem ab sacræ nitore purpuræ cæperit, quam ipse claritate virtutis suæ ei tradiderit. Hæc ex Sigonio in vita ipsius.

In sequentibus ordinis nostri capitulis missa de Spiritu Sancto iniuncta est. Pro reverendissimo in Christo Pater Domino cardinale S. Crucis, ut in gradu ad quem assumptus est, Spiritus Sanctus eum dirigere dignetur.

⇨ Joanne IV mortuo Philippus Brabantia dux.

Anno 1427 quinto decimo kalendas maias, Bruxellæ moritur Joannes Brabantia dux nulla prole relicta anno ætatis 24. Cessit tum Brabantia Philippo eius fratri Ligniacensi fanique Pauli comiti. Furnam eius funus delatum est ad Antonij patris tumulum. Fertur eum morte instante psalmum miserere mei Deus devotissime pronuntiasse. Jacoba Bavara eius vidua præter dignitatem Francisco Borselio, nobili quidem familia apud Batavos nato, ac clienti suo beneficiario postmodum nupsit, (qui fundavit cartusiam nostram Delphensem) contra ~~hanc~~ illam Philippus, dux bellum gessit hoc et sequenti anno.

⇒ Scriptor Italus.

Guido de Pinis professor cartusiæ Bononiensis scripsit tractatum satis prolixum de electione prioris, aliaque nonnulla floruit circa hunc annum 1427.

Diffinitores Capituli Generalis anno 1428 celebrati monent omnes priores, nec non domorum rectores, vicarios monialium et procuratores domorum, ut domui Durbonis casualiter combustæ faciant ex charitate eleemosynam.

⇒ Duo scriptores celebres in hac provincia vita defuncti scilicet Hermanus de Petra et Henricus de Hassia. Hoc anno 1428, nono calendas may, obiit dominus Hermannus Scutdorpæus, vir in divinis scripturis probe admodum versatus, ac vitæ integritate celebris, qui Brugensis cartusiæ monialibus per annos triginta circiter magna cum laude præfuit: quarum spirituali profectui, ut plus adiumenti adferret, scripsit de regimine monialium librum unum super oratione dominica sermones quinquaginta. Huius viri meminere Bostius, Trithemius, Possevinus, Sutorius, Sixtus Senensis. Vide Bibliotheca Cartus. Puto fuisse professum cartusiæ ~~Freviensis~~ Distensis. De ipso plura alibi scripsi notatu digna.

12 augusti, viam pariter universæ carnis ingressus est dominus Henricus de Hassia iunior, S. Theologiæ licentiatus et prior domus Monachorum B. Mariæ in Geldria. Vir fuit in divinis interpretandis scripturis admodum eruditus et secularis philosophiæ non ignarus, et antequam religioni se dederit/~~dederet~~ publicus diversarum Academiarum professor extitit. Vide Bibliotheca Cartus.

⇒ Novitius liberatur a gravi tentatione

Hoc anno 1428, quidam novitius apud carthusienses Coloniae importunitate tentationum, nec dubium quin inimici devictus sæpe quæsivit opportunitatem dimittendi habitum ordinis assumptum, aliquoties volebat eundem deponere ad pedes prioris, aliquando publice in choro, aliquando in conventu, et consimiles modos plurimos ex cogitavit fortitudine suggestionum exagitatus: postremo tandem volebat omnino habitum deponere. Quæsivit magistrum suum, qui solet dari novitijs, et Deo disponente non invenit eum in cella sua, licet iteratis vicibus eum quæsivisset: sed pius Jesus volens salvare famulum suum de manu inimici reduxit eum sic discurrentem ad ostium propriæ cellæ. Qui stans in ostio cellæ ~~sua~~ vidit et sensit omnem perversum passionum motum in se mirabiliter extingui, et cor suum igne divinæ dilectionis accendi, et ad cor reversus, et pœnitentia ductus, cæpit eiulare et gemere prorumpens in lachrymas et verba lamentabilia dicens: ô bone Jesu qui facere proposui, quid cogitavi te fontem aquæ divæ relinquere? Ignosce quæso mihi, Jesu, parce iniquitati et insipientiæ meæ. Et sic per gratiam Dei a tali tentatione liberatus nullo modo voluit recedem/~~recedere~~, sed usque in finere/~~fineru~~ vitæ in ordine perseveravit.

⇒ Domus Durbonis in Provincia combusta.

Circa hunc annum fuit combusta domus Durbonis (quæ fuit monialium nostri ordinis) sed eleemosijnis priorem nostrorum restaurata.

⇒ Namurcum Burgundiæ accedit.

Eodem anno 1428, Philippus princeps, Joanne Namurcensium comite per mortem sublato, eiusdem comitatum nemine repugnante adipiscitur. Illum quippe Joannes, quum nec liberos, nec uxorem haberet, paulo ante Philippo 13200 aureis coronatis vendiderat, statim ab eius obitu nec prius possidendum. Itidem et Bethuniensis advocatia quam idem Joannes occupabat.

In octavis SS. Innocentium ~~hæ~~ anno 1438 obiit dominus Henricus Everardi Vander Loen de Yserteno in sæculo vicarius beneficiatus ecclesiæ S. Martini Ultraiecti; qui relicto beneficio ordinem nostrum ibidem suscepit in exemplum plurimorum. Et postea a fratribus electus fuit in priorem eiusdem domus. Fuit etiam prior domus Brugensis, in Capitulo Generali diffinitor.

1430

⇨ B. Joanna virgo obsidionem Aureliæ solvit, et Carolum deducit Rhemos consecrandum.

Anno 1429, penitus se in Galliam agentibus Anglis, Carolus qui iam patre mortuo, septimus erat, obsessa Aurelia de rebus suis undique diffidere, nisi Deus/**Dominus** illi Joannam puellam submisisset. De qua Historici.

Circa hunc annum obiit nobilis miles dominus Laurentius de Attranol, filius fundatoris domus S. Laurentij prope Florentiam.

~~In octava Apostolorum obiit dominus Albertus Beur, Prior domus Basileæ, circa annum 1426 professus domus Monichusen, ut his prior domus Ultraiectinæ, sed anno 1439. Erratum est a me per inadvertentiam legendo 1429 pro 1439. Sicut ut in præcedenti priore domus Ultraiectinæ.~~

⇨ Reverendus dominus Magister Joannes Gerson istius ordinis moritur Lugduni (~~sepultus apud Cælestinos erat enim Monachus istius ordinis~~) 12 Julij anno ætatis 66 Sepultus est in cædæ S. Laurentij: **Miræus**

Joannes Gerson sic dictus a loco natali qui est in diœcesi Remensi, doctor theologus et cancellarius Parisiensis hoc anno moritur 12 Julij iuxta Trithemium, quod etiam probatur ex charta Capituli Generalis. Eo autem insignior theologus quod in plurimis difficile possit agnosci, ultra fuerit in eo maior pietas ne an eruditio. Ex operibus una lectio de non usu carniū quam cartusianis scripsit et incipit: Egregio viro opusculum de perfectione et moderamine religionis, ad cartusienses gratia vobis et pax. Opusculum ad fratres cœlestinos et cartusienses de laude scripturæ Sanctæ scrutamini scripturas. Epistolæ ad Petrum Osvaldum, Cartusianum de statuto cartusiæ, de absolutione defuncti Cartusiensis. Vide Possivinus.

⇨ Philippus Princeps tertio Thalamum instaurat cum Isabella Lusitana, quod felix faustumque fuit Patia et **ordinis nostro**.

Anno 1430, Philippus Bonus, Burgundiæ, Brabantia quæ dux et Flandriæ comes tuendæ maiorum religioni, et augendo stabiliendoque imperio equitum velleris aurei collegium longe augustissimum instituit: ducta nimirum originæ et appellatione sive a Jasone qui in Colchida cum Argonautis ea profectus est navi quæ Maria primum sulcasse dicitur ut nuncupata est Argo, quod Argini in lecti ea viri vecti, petebant pellem in auram arietis. (Ordinem aurei velleris instituit) Sed potius a Gedeone magno illo, Israelitarum duce qui vellus siccum deinde rorulentum vidit, intactæ scilicet Virginis Matris Symbolum: eoque signo confirmatus trecentos iussu Dei viros elegit, quibus numerosas Madianitarum copias profligavit. Ipso itaque Nuptiarum die, quas Brugis Flandrorum 3 idus januarij hoc anno cum Elizabetha, Joannis Lusitaniæ regis filia regio plane luxu celebravit. Equites 24 elegit, et singulis torquen aureum (Torquem aurei velleris quidam sic interpretatus est, ut silicibus ferro adscriberet : Ante fecit quam flamma mitet flammescit uterque) insertis ignitabulis scintillas ex silice excutientes (quod quidem symbolum fuit Joannis Intrepidi, Burgundiæ ducis) aureoque vellere appenso donavit, et hæc Collyria aurea post mortem cuiusque ad ordinem redeunt alijs distribuenda.

⇨ Domus Vallis Virtutis in Scotia ordini nostro incorporatur.

Audiamus patres diffinitores Capituli Generalis, quia hoc anno plurima ordinarunt quæ ad rem faciunt et ad cognitionem historiæ Suriud/**hujus** temporis: domum noviter fundatam ab inlyto domino rege Scotorum (Jacobus 1), ordini nostro incorporamus et unimus in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Et eam Vallem Virtutis secundum voluntatem regiam volumus nuncupari, et sub provincia Picardiæ Remotioris (quæ nunc Teuthoniæ dicitur) inscribi, præficientes ibidem domnum Osvaldum Cordis (⇨forte ~~addendum~~ dicendum de Cordis) monachum professum domus Cartusiæ (et olim vicarium) in priorem primum dictæ domus. Regimen Spirituale et temporale eidem generaliter et specialiter committentes. Quod cartusiani Scoti petierint inscribi sub hac provincia, in caussa est quia non volebant subesse visitoribus Anglis, sicut et patrum memoria Lusitani maluerunt habere priores Francos quam Castellanos aut Hispanos.

Jacobus I, rex Scotiæ cupiens pietatis suæ extare monumentum cænobium extruere in animo habuit. Erant tum carthusiani instituti synceris viri moribus, ac inter eos Osvaldus Anglus gerene. Vir multam præ se sanctitatem fereus. Horum itaque religionem præ alijs eligens in suburbio, Perthano monasterij iecit fundamenta ac Osvaldum convocatis monachis quo exemplo suo reliquos in eandem ducet pietatum/**pietatem** præfecit.

⇒ Donati gaudent beneficio brevis 1 part stat. cap. 34 n. 43.

Ordinamus quod donati viventes sine proprio amodo habeant beneficium brevis sicut conversi. Apparet quod antea non habebant.

⇒ Oratio adesto. Pro prioribus ad capitulum profisciscentis ordinatur.

Quia priores et ceteri ad capitulum veniendo et redeundo propter diversa viarum discrimina exponuntur multis periculis, ordinamus ut a secunda feria post diem Paschæ usque ad diem primam post octavas Pentecostes singulæ personæ litteratæ ordinis in orationibus quæ dicuntur post Deus venerunt gentes singulis diebus adiungant orationem adesto quæ est pro itinerantibus.

Et quia ordo multiplicatus est, et ex hoc multiplicantur negotia quæ non possunt tribus diebus Capituli expediri sicut prætendebant antiqua statuta, ideo ordinamus ut oratio Deus qui corda, vel prætende de quibus loquuntur statuta dicenda in missis pro prioribus presentibus in Capitulo continentur ad sabbatum inclusive in omnibus domibus ordinis et a singulis personis eiusdem et fratres laici Pater et Ave.

Taxatur quælibet provincia sex ducatis pro expensis procuratoris et famuli in Romana curia, qui se opponeret petitionibus et detractionibus fugitivorum et apostatarum, quod officium, nescio quare prior cartusiæ Romanæ non obibat aut forte non sufficiebat. Vide fol. 27 in finis.

⇒ Pro lite prioris Antverpiæ tota provincia contribuit.

Priori domus Antverpiæ non fit misericordia, et quia prosecutio quam habet contra Johannitas pro eo quod clericum redditum domus suæ receperunt de facto ad professionem in ordine ipsorum respicit bonum commune ordinis nostri et eiusdem privilegiorum conservationum/[conservationem](#) volumus ut in expensis tam factis quam fiendis provinciæ Picardiæ Remotior contribuat.

Priori domus prope Traiectum qui interdictum Apostolicum in dicto loco positum postquam rescivit voluntatem ordinis per priorem Antverpiæ bina vice litteratorie intimatam non servavit, fit misericordia domnum vero Gerardum Iepel et domnum Thomam de Mynen, monachos ac fratrem Joannem, clericum redditum dictæ domus causa qua supra et præcipue qui litteras visitoris præfati suppressisse ad tempus non modicum æstimatur subijcimus disciplinæ generali ad ordinis voluntatem. Et in casu quo adhuc interdictum violando a divinis celebrandis publice cessare noluerint ab omni privilegio ordinis ac societate eiusdem, alienas ac præcisos tenore præsentium chorum volumus. Ad regendum autem temporalia dictæ domus procuratorem domus Antverpiæ deputamus qui ad minus semel in anno et quoties requisitus fuerit Visitoribus provinciæ computationem legalem facere non omittat ad usum præfato/[præfata](#) domus. Tunc temporis præerat prior domnus Otto Amylij de Montfordia qui fuerat canonicus ecclesiæ S. Martini Traiectensis ac socius archidiaconi longo tempore, post duos annos interdicto necdum sublato sed electus fuit prior domus Brugensis ut infra dicitur. Thomas de Mynen primam professionem fecerat in domo Hollandiæ, secundam in domo Ultraiectensi anno 1425 in qua fuit prior ut in domo Brugensi.

Idibus junij obiit domnus Joannes Clutinc, professus domus Capellæ antea monachus in Affligem.

⇒ Domnus Joannes de Attrebato bonus prior Capellæ moritur.

Penultima julij obiit venerabilis pater noster domnus Joannes de Attrebato, prior domus Capellæ, qui prioratum istius domus tenuit xix annis. Vir valde idoneus et zelosus pro observantijs ordinis, erat professus domus Luviniaci in Burgundia, et fuerat de ordine carmelitarum domum Capellæ fere totam a fundamentis restauravit, ut supra expressum est. Insuper domus multum fuit meliorata in redditibus sub eius regimine, unde a vulgo huius terræ solebat vocari bonus prior.

1430

Dominus Petrus Petronius Senensis, pater sanctitate venerabilis ac miraculis clarus floruit circa hunc annum 1430. Vide Dorlandus lib. 5. cap. 1. Cæterum Augustinus Dathus in oratione de laudibus S. Bernardini Senensis, vocat ipsum virum plenum Spiritu Sancto.

⇨ Reformatio Bursfeldensis ordinis Sancti Benedicti incepta anno 1429 vel circiter a D. Joanne Rode qui fuerat cartusianus.

Anno 1430 obiit Otto de Zegenhan, archiepiscopus Treverensis in Confluentia ex veteri morbo calculi. Treverimque relatus ante altare B. Virginis in ecclesia maiori sepultus est. Homo certe magnificus et in Deum singulari devotione præditus qui ecclesiam suam optime rexit et multa bona fecit. Ipse primus ordinis Sancti Benedicti monasterio circa Treverim cum multis laboribus et impensis reformavit. In quod sanctum opus Joannem Rode de cartusia extractum abbatem S. Mathiæ constituit. Vide Petreium in notis Dorlandi lib. 7 cap. 2. Item 15 Anal. Eccl. anno 1430 op 8.

⇨ Vide infra lineam quantum hoc tempore floruerit cartusia Treverensis.

~~Obijt hoc anno~~ Post obitum domnus Joannis de Attrebato, prioris domus Capellæ in eius locum elegerunt conventuales domnum Joannem de Montegnys, vicarium domus in Zeelem, qui fuit nobilis miles in Hannonia antequam intravit ordinem.

⇨ Litteræ confirmationis de Joanne de Montegnys in priorem Capellæ electo.

Et ecce litteræ confirmationis quas in antiquis monumentis inveni. Fratres Thom. et E. Venerabili patri domni Joanni de Montagnys, vicario domus in Zeelem, salutem et pacem, et per obedientiæ meritum præmia æterna feliciter adipisci. Pater in Christo venerande noveritis per presentes quod vicarius et conventus B. Mariæ in Capella prope Angiam orbatu priore per mortem venerabilis pater domnus Joannis de Attrebato (cuius anima requiescat in pace) in unum pariter congregati triduo ieiunio servato, etiam Missa de Spiritu Sancto in conventu celebrata alijsque rite peractis quæ canonicam electionem de iure et ordinis observantia præcedere consueverunt nobis specialiter pro confirmatione novi prioris requisitis et præsentibus in loco ad hoc apto vestram personam unanimiter in priorem suum et pastorem per viam scrutinij elegerunt, dictam electionem per nos confirmari humiliter postulantes. Bene nos de vobis confidentes, ac sufficienter informati de vestrorum morum probitate, litterarum scientia, competente, nec non ætatis maturitate decente, et sanctæ religionis fervore, ac discretionis moderamine temperato, quæ sunt in ordine nostro præcipue requirenda, dictam electionem de vobis rite sic factam ac canonicè celebratam facto prius intervallo competente ad obijciendum seu probandum contra formam electionis vel ipsum electum, nemine in contrarium quicquam attentante seu rationabile opponente ad præfati conventus instantiam ratificamus auctoritate Capituli nostri Generalis nobis in hac parte vigore statutorum seu alias concessa et approbamus. Ut postquam dictæ electioni consenseritis iterato præsentium tenore confirmamus. Quæpropter in virtute sanctæ obedientiæ per præsentibus vobis præcipiendo mandamus quatenus dictæ electioni consentiendo prioratus officium suscipiatis, et ad dictam domum per vos spiritualiter et temporaliter gubernandam. iensis præsentibus sine moræ dispendio personaliter accedatis. Insuper venerabilem pater priorem vestrum moneo in Domino quatenus ad consentiendum dictæ electioni vos inducat, et si necesse fuerit sua auctoritate vos compellat. Datum anno M.CCCC XXX die 5 mensis augusti nostris subsigilli in testimonium veritatis.

⇨ De Rosario

Dominicus Rosarium beatissima Virgine revelante assidue peroravit. Et universis esse orandum plebibus Dei in ambone publice prædicavit. Et iste modo orandi multos ad amicitiam Mariæ pervenisse legitur lib. II^o apu cap. 28.

⇨ Quantum hoc tempore floruerit cartusia Treverensis.

Plurimi etiam devoti cartusienses hoc roboraverunt prout refert discipulus in promptuario suo quod scilicet anno Domini M CCC XXX in monasterio carthusiensi iuxta Treverim quidam pater devotus se in Rosario exercere consuevit etc. quem puto fuisse Dominicum Secundum relationem pater Lanspergij, quod confirmationam/[confirmatur](#)

1431

Supradictus dominus Joannes de Attrebatō fuit 15 annis convisitator huius provinciae, et hoc anno in charta (nisi fuerit error) ~~ne~~ scribebatur primus visitator. In sequenti anno dum denunciatur obitus ipsius dicitur simpliciter prior Capellae, fuerat etiam prior domus Mortui Maris. Quenam domus haec sit mihi incompertum adhuc est. Sita erat in Aquitania, legi nuper de quodam domo de Mortuo Mari sed in Anglia, desijt nunc.

⇒ Philippus Brabantiae Dux moritur.

Lovanij Philippus Burgundus, Brabantiae dux atque fani Pauli comes per mortem de medio tollitur matrimonij nullas leges expertus, adeoque nec eiusdem fructum. Dixi matrimonij: nam solutus ex concubina Nothos duos habuit: Antonium et Philippum qui Brabantini sunt cognominati ac haeredij in capaces. Itaque in Brabantiae ducatum successor ivit Philippus Bonus.

⇒ Basiliense Concilium inchoatum/[inchoatur](#).

Eodem anno in mense decembri inchoatum fuit generale Concilium in civitate Basiliensi et duravit plusquam 13 annis. Initium habuit pulchrum et gloriosum sed finem debilem et confusum. Sic Trithemius sed alij scribunt anno sequenti prius fuisse inchoatum.

⇒ Cartusia Passionis Christi prope Legniz extruitur.

Domus Passionis Christi apud Legniz in Silesiae ducatu fundata est per illustrissimum principem Ludovicum, ducem Legnizensem et Brigensem circa annum Christi M.CCCC XXX deducta nimirum recenti Colonia ex cartusia Ephordiana, sic Miræus. Obijt ipse 26 decembris 1439, et domina Elizabeth, ducissa Silesiae, marchionissa Brandeburgensis, domina Legnizensis pridie Omnium Sanctorum anno 1450.

⇒ Successio pontificum.

Anno 1431, Martinus papa defunctus est 18 februarij die dominica optime de ordine nostro promeritus, a quo habemus ad minus decem bullas. Vacavit sedes diebus 12 succedit Eugenius quartus Venetus, antea dictus Gabriel Condemerius, canonicus saecularis S. Georgij in Alfa apud Venetias.

⇒ Bulla de non solvendis decimis quibus prosit.

Ultima bulla Martini V fuit de exemptione a solutione primitiarum et decimarum possessionum nostrarum quas proprijs manibus colimus; data 8 calendas octobris anni Pontificatus eiusdem XIII. Ideo diffinitores in Capitulo Generali huius anni 1431 ordinarunt ut pro ~~solutione~~ contributione bullae impetratae in curia Romana quae/[qua](#) constitit LX^{ta} ducatos sive florenos de camera quaelibet domus solvat unum ducatum nunc aut futuro Capitulo Generali, aut si non habet ducatum solvat 20 grossos Sabaudiae pro ducato. Et declaramus et notificamus omnibus domibus dicti ordinis quod dicta bulla relevat a decimis non solvendis de possessionibus quas tempore datae bullae domus ordinis possident, et non de acquirendis post datum dictae bullae. Item non iuvat domos ordinis quae habent compositionem cum Ecclesijs pro partibus de certa quota. Item nec illas quae iam tanto tempore solverunt decimas quod sufficit parti adversae pro prescriptione legitima. Ideo incantamus omnes et singulas domos ordinis ne contra praedicta intrent in litem contra partem adversam.

⇒ Prior Romae est procurator generalis.

Item cum anno praeterito fuerit ordinatum quod in Curia Romana constituatur procurator pro toto ordine videlicet persona ex caussis in dicta ordinatione expressis qui habeat pro suis laboribus summam ibidem taxatam. Ordinamus ut prior Romae qui est aut pro tempore fuerit pro maiori auctoritate suae domus sit procurator quamdiu placuerit Capitulo Generali (et antea consueverat esse nisi fallor nisi ad tempus alium constituisset Generale Capitulum, sed forte novum quod sequitur), et habeat singulis annis a qualibet provincia ordinis duos ducatos quos praecipimus per visitatores provinciarum dividi et distribui per singulas domos suae provinciae etc. (⇒ taxa haec sequenti anno suspensa fuit)

Domnus Adolphus, vicarius cartusiae Treverensis, scripsit vitam B. Margaretae Palatinae Rheni Boiariae principis Roberti Bavari Imperatori, filiae Caroli II ducis Lotharingiae Conjugis, cui fuit [a](#) sacris [et](#) confessionibus. Nupta quippe optimo principi in domum et familiam religiosissimam et deducta, ubi S. Brunonis cuius id loci contubernia magnam passim sanctitatis laudem collegerant, sodalibus familiariter, usa plurimum ex eorum consuetudine in virtutis cultu promovit conscripserat unus quidam ex eorum coelo libellum ab amoenis hortorum, ut solet Rosarijs ducta metaphora inscriptum quo Christi Dei, Deique matris res olim in terra gestas complexus est. Hunc nostra princeps caepit assidue volvere mente que intra breve tempus proficere uti Margereta vix Margaretam agnosceret, etc. Maritus Carolus fundator cartusiae Rutilanæ hoc anno 1430. Obijt ipsa 26 augusti anno 1434. Conditi in aede S. Georgij.

⇨ 2 p. stat. cap. 22 n. 16.

Permittimus ut facientes sermonem vel collationem in Capitulo Generali aut in visitationibus seu alijs actibus conventualibus possint in scriptis recitare, quod ante non licebat, nam G. de Wandenoy, quondam prior Antverpiæ et pluries visitator Picardiæ asseruit quod non fuit intentio Capituli Generalis ut collationes solemnitatibus candelarum in Capitulo ex schedula vel libro legi deberent addens quod Capitulum Generale si ita fieri voluisset bene ordinasset collationis quæ legi potuissent: sic idem per plures annos pati noluit quod ex libro fierent. Item in die obitus sui scilicet in festo Annunciationis quia collationi noninter fuit præmonuit vicarium ut pænitentiani imponeret collationatori si ex scedula vel libro proferret. Vixit autem ante divisam provinciam scilicet ante annum 1411. Credo quod quando secus fiebat non credebant se consequi indulgentias, si quæ sint indultæ.

⇨ Domus Rutilæ accedit ordini nostro.

Domus S. Sixti Pontificis ac Martÿris dicta Rutila prope Sierick in finibus Lotharingiæ versus Luxemburgum, fuit olim abbatis S. Benedicti. Sed illustrissimus dux Lotharingiæ Carolus secundus qui obiit ~~circa hunc annum~~ anno superiore impetravit a Concilio Basiliensi (ni fallor) ut incorporetur ordini nostro.

S. Bernardus, abbas Clarevallensis pagum, vocabulo Rutilam ~~situm~~ in ducatus Luxemburgensis finibus situm aliquando pertransijt, ubi ex patrum traditione posterius commemorant eundem S. Bernardum eodem tempore quasi exultandum in hæc prophetica verba erupisse o Rutila, rutila tu rutilabus aliquando quæ virum Dei de Cartusianis in istum locum post annos fere trecentos/trecentes introducendis, ac ibidem modo adhuc habitantibus prædixisse nullus inficias ibit, qui ipsius ardentissimum adfectum erga cartusianos voluerit considerare. Hunc etiam locum Rutilensem scilicet vicum miraculis illustravit quando tres mulieres claudas et duos cæcos restituit sanitati, in cuius rei perpetuam memoriam imago S. Bernardo erecta est in ipsa ecclesia. Fiuntque ad eam annuæ processiones feria sexta post Pentecosten quando illa miracula facta ibidem fuisse ex veteri traditione devotus populus arbitratur.

⇨ Quæstio de Lotharingiæ ducatu. Vide genealogium ducum Lotharingiæ in nostris originibus ex chroniciæ Miræi.

Antonius Vandemontij, comes Caroli Lotharingiæ ducis anno superioræ defuncti frater Lotharingiæ ducatum sibi debere prædicans competitorem suum Renatum Audium ducem comitemque Barrensem quique iure uxorio (duxerat enim Isabellam, filiam præfati ducis Caroli II) suum contendebat esse ducatum iuxta Concilij Basiliensis sententiam, memorabili prælio vincit et capit mense augusto. Renatus ad Philippum Burgundiæ ducem qui Antonio auxiliares miserat copias missus Divione in custodia fuit. Sicque Alphonsus interea Aragonius in regno Siciliae seu Neapolitano res suas stabilivit.

⇨ Henricus rex coronatus.

Henricus, Angliæ regis filius annos nondum duodecim natus Lutetiæ per cardinalem Wincestræ coronatur.

In locum domnus Joannis de Attrebato, superiore anno defuncti, convisitator huius provinciæ institutus est domnus Jacobus Rubs, prior domus Gandavi usque ad annum 1449.

Hoc anno Philippus Bonus Concilium Brabantiae fixum Bruxellæ constituit (Miræus). Processionem Insulensem celebrantibus (in Capella B. Mariæ de Traillia) indulgentis/indulgentiis concessit Nicolaus, cardinalis S. Crucis cum Rothomagum venisset (Buzelius fol. 263).

1432

⇒ Orationes iniunctæ pro directione concilij Basiliensis/[Basiliensi](#)

Anno 1432, ordinatum ut oraretur pro directione sacri Concilij Generalis tunc in Basiliæ Sedentis et reformatione et pace Sanctæ Matris Ecclesiæ pro qua dominus cardinalis S. Angeli legatus et præsidens in prædicto concilio concessit omnibus celebrantibus missam vel audientibus centum dies indulgentinum et monuerunt Patres ut singuli sacerdotes semel in septimana dicerent missam votivam de vivis, non celebrantes litaniam, conversi 10 Pater et Ave.

⇒ Contributio pro prioribus existentibus in Concilio Basiliensi

Item ordinamus (inquiunt Patres) ut pro contribotione expensarum priorum qui pro toto ordine resident in Concilio Generali in Basilea quælibet domus ordinis solvat unum ducatum aut 20 grossos monetæ Sabaudia. Et iniungitur visitoribus ut dictam summam dividant per domos suarum provinciarum iuxta facultatem ipsarum domorum et anno futuro apportent vel mittant ad Capitulum Generale, et per hanc ordinationem, et alijs causis moventibus patres difinitores cesset ordinatio anni præteriti de uno ducatu pro bulla papali.

⇒ In provincia Teuthonia et Alemania nulla domus habet duos procuratores.

Item quia in provincia Theutonia scilicet Alemania Superioris et Inferioris, Rheni, Saxonie et Picardie Remotioris, nulla domus habet duos procuratores paucis domibus exceptis volumus et ordinamus propter maiorem ipsarum domorum uniformitatem quod singula domus dictarum provinciarum sint contenta unico procuratore, et licentias super hoc concessas revocamus.

⇒ Ordinationes pro reverendo patre et conventu Cartusie

Item quia in Capitulo Generali proxime elapso, per diffinitores litteratorie et extra cartam fuerunt ordinata sequentia ut sequuntur. Visum est diffinitoribus Capituli Generalis anno Domini 1431 Cartusie celebrati pro conservatione pacis et honoris totius ordinis sequentia fore observanda et reverendo patri cartusie in secreto intimanda et si et in quantum fuerit necessarium seu opportunum etiam conventualibus domus Cartusie publicanda. Primo quod reverendus in Christo pater dominus prior Cartusie libere utatur potestate sua tam ordinaria quam per Capitulum Generale sibi delegata, nec illam nimis moderetur aut restringat quorumcunque suggestionem seu alterius cuiuscunque virtutis aut commoditatis præensione, sentiendo cum Apostolo: quamdiu Gentium Apostolus ero, officium meum honorificabo. Secundo quod nullus monachorum domus cartusie aut conventus eiusdem intromittat se tam active quam passive de factis ordinis aut singularum domorum vel personarum; et si ab eisdem domibus vel personis litteras receperint nisi quod secundum statuta permittunt, alias volumus per reverendum patrem Cartusie dictorum monachorum importunas instantias non admitti. Tertio quod nullus monachorum prædictæ domus Cartusie per reverendum Patrem constitutus visitor valeat aliquem priorem ab officio prioratus absolvere sine expressa consultatione dicti reverendi patris prioris Cartusie, qui reverendus pater habito consilio permature seu alias quomodolibet arbitretur utrum dicta absolutio sit per visitatorem monachum eodem contextu fienda aut pro bono pacis et honore ordinis usque ad Capitulum Generale differenda. Idcirco comperimus præmissa sic ordinata a tenore statutorum et rationis tramite non discrepare, sed potius iuri ac statutis et rationi consonare. Ideo præmissa sicut præmittitur ordinata approbamus ac Capituli Generalis auctoritate corroboramus, et sequenti anno 1433 confirmatur sic ordinationem per diffinitores anno 1431 factam et reverendo patri domno Cartusie in scriptis ad partem traditam, sequentique Capitulo publice in charta appositam et confirmatam, quæ incipit. Visum est diffinitoribus, etc. tanquam totius ordinis nostri reformativam et conservativam iterum approbamus et confirmamus adijcientes ad perpetuæ rei memoriam ne tam salubris ordinatio in oblivionem transeat quod singulis annis bisextilibus in communi/[capituli](#) audientia Patrum de Verbo ad verbum legatur.

1432 1433

Vacante adhuc prioratu cartusiae Ultraiectensis, a quo absolutus fuerat domnus Ottho Amilij anno 1430, quia interdictum Apostolicum in dicto loco positum non servaverat, necdum adhuc sublato electus fuit in priorem domus Brugensis et eeee-fragmen confirmationis.

⇨ Domnus Ottho Amelij nuper absolutus a prioratu domus Ultraiectensis eligitur prior Brugis Nos fratres Theodoricus et Jacobus domorum B. Catharinae iuxta Antverpam et Vallis Regalis prope Gandavum cartusiani priores venerabili in Christo patri domni Otthoni Amelii, monacho S. Salvatoris prope Traiectum eiusdem ordinis, electo in priorem domus Vallis Gratiae prope Brugas, ac per nos priores praefatos, postquam consenseritis confirmato salutem et pacem, et per obedientiae merita praemia feliciter adipisci aeterna. Noveritis per praesentes quod vicarius et conventus domus Vallis Gratiae superius nominatae post absolutionem sui priori/prioris nobis tanquam confirmatoribus praesentibus vestram personam unanimiter et concorditer in priorem suum et pastorem per viam scrutinij elegerunt.

Quapropter in virtute sanctae obedientiae tenore praesentium quia alium priorem seu superiorem immediatum post Capitulum Generale et dominum Cartusiae praeter nos visitatores minus tamen idoneos non habetis, praesentium tenore vobis praecipiendo mandamus visis praesentibus sine morae dispendio personaliter accedatis. Datum anno Domini M.CCCC XXXII, mensis julij, die X^a nostrorum sub appensione sigillorum.

⇨ Pax Ecclesia Ultraiectensis

Duobus diebus post scilicet XII julij, Schisma istud fuit abolitum et pax Ecclesiae et Patriae Traiectensis restituta per reverendum patrem et dominum Joannem, episcopum Matistorensem Apostolicae sedis ad opus praescriptum nuntium et comissarium unicum per quem omnes ad beneficia et statum pristinum restituebantur. In prioratu autem domus Ultraiectensis succesit domnus Otthoni, domnus Waltherus Peregrini, professus domus Amstredam.

⇨ Domus visitationis B. Mariae de Auxiolmae nona et ultima regni Angliae.

Domus visitationis Beatae Mariae de Anxiolme hoc anno incorporata est ordini quam fundavit Thomas Mowbray, comes Nottinghamiae et mareschallus Angliae ut habet Henricus Harpsfeldius in cathalogo monasteriorum Angliae. In monumentis ordinis dicitur dux Nortfeldiae (alias Nortfolciae) qui obiit 1400 (nisi sit error). Et fundatrix illustrissima domina, domina Catharina, ducissa Verfolciae (ex emendatione ad marginem videtur idem ducatus et locus in insula Axiolme ubi situm est monasterium) ~~quae obiit anno 1489~~. Obiit haec domina quam puto filiam praedicti ducis circa annump 1489.

Hoc pariter anno Sigismundus, imperator Romae, in basilica Vaticana ab Eugenio quarto coronatur 15 kalendas junij.

⇨ Visitatores primo electi ad absolvendum a casibus reservatis sedi Apostolicae.

Anno 1433 sanctissimus D. N. dominus papa Eugenius quartus gratiam alias concessam ordini nostro pro absolutione et dispensatione super casibus sedi Apostolicae reservatis renovavit et ampliavit. Hinc primo omnes visitatores provinciarum electi sunt ad absolvendum a dictis casibus, eo modo quo adhuc observatur in chartis, sic habet carta huius anni: priores electi per Reverendum Patrem Cartusiae ad absolvendum et dispensandum cum personis ordinis in casibus sedi Apostolicae reservatis secundum novam gratiam a D. N. papa Eugenio IV concessam, et in numero solito ampliorem sunt omnes visitatores provinciarum in quibus intelligitur persona non officium.// nam alias satis incommodum erat personas ordinis deducere ad priores aliarum provinciarum qui dictam potestatem habebant

1433

et fiebant/**fiant** abusus cum huiusmodi personæ a recto itinere notabiliter divertebant.

Lubet describere professionem domni Otthonis in priorem domus Brugensis assumpti et statum dictæ domus referentis sic habet: reverendis in Christo Domnis et Patribus. Domno priori cartusiæ ceterisque diffinitoribus ac universis patribus prioribus aliisque personis in nostro Capitulo Generali ordinis Cartusiensis congregatis frater Otho indignus prior Vallis Gratia iuxta Brugas ordinis prædicti debitam subiectionem cum omni reverentia honoris et obedientiæ. Reverendi patres et domni cum ad dictæ domus officium prioratus noviter assumptus, me prorsus insufficientem et inidoneum cognosco, peto humiliter ab eodem per absolutionis beneficium mihi misericordiam fieri propter Deum. Quam si vestris paternitatibus reverendis hac vice non placuerit facere, ex tunc per litteram hanc patentem promitto obedientiam Deo et nostro Capitulo Generali pro me et domo nostra prædicta. (⇒ Status domus Brugensis) Cuius pro nunc status talis est. Sumus in domo me fratre Ottone incluso, XIJ monachi professi, duo clerici redditati, et duo conversi cum alia familia competenti. In frumento et vino ac alijs necessarijs magnam non habentes provisionem. Aliqua debemus, sed plura nobis debentur. Abundat etiam domus non pecunijs sed ruinosis ædificijs magnis et gravibus renovandis expensis iam inceptis, consummat qui cunctorum fines ante eorum intuetur initia. In veritatis testimonium etc. In parvo chronico domus Ultraiectinæ dicitur quod ibidem reparaverit ædificia, et præsertim unam partem claustris satis egregie, quodque ~~est~~ anno 1438 in die S. Thomæ de Aquino ibidem prior defunctus sit et sepultus.

⇒ Visio infantis de Sacra Eucharistia.

Fertur quod hoc anno Domini 1433 in die Nativitatis quidam infans nondum sex annorum apud cartusienses Colonia circa chorum stans et intuens generalem communionem fratrum ibidem degentium, fieri dixit inter cetera quod videret in manibus sacerdotis celebrantis (quem appellabat dominum cum pulchra cappa) pulcherrimum puerum. Et interrogatus quo devenisset ille puer; quod ille dominus cum pulchra cappa ad os aliorum fratrum posuisset. Erat autem puerulus iste orbatus utroque parente et morabatur tunc temporis in monasterio sub cura cuiusdam conversi, a quo didicit orationem dominicam et salutationem angelicam quas quotidie flexis genibus dicere consuevit ad laudem Dei et gloriosæ Virginis Mariæ. Hæc Henricus de Piro eiusdem monasterij monachus.

Hoc anno 27 junij, obiit dominus Bertrandus Nicolai, mercator et civis Barchionensis, qui legavit domui Montis Hilaris 5455 florenos, habetur sequenti anno in carta.

⇒ Felix receptio domni Laurentii de Muschesele et perfecta vocatis/**vetatis**

Quam heroice et evangelice domnus Laurentius de Muschezele, reliquerit omnia et secutus sit Christum in ordine nostro (quod contigit circa hunc annum) habes apud Dorlandum in Coron. Cart. lib. 7 cap. 2 (cuius verbo et exemplo multi præstantes viri, et primi universitatis Lovaniensis nostrum institutum amplexi sunt.

Inter Renatum Audegavensem et Antonium Wademontanum Philippus Burgundiæ dux pacem componit; acceptisque Antonij filius natu grandior uxorem sibi Iolantillam Renati filiam maiorem.

⇒ Pax inter Renatum/**Renatum** et Antonium et inter Bonum et Jacobam Bavaram.

Ad/**Ab** eodem Philippo Jacoba Bavara sibi manitoque Bursalio gratiam extorquet omni iure excedens quo in Hannonibus Hollandis, Zelandis, Frisijs que utebatur.

Hoc anno 14 aprilis B. Liduvina sive Lidewigis, virgo Schidamensis Hollanda in Domino obdormit.

⇒ S. Lidevuidis virgo Schidamensis in Hollandia, cum esset annorum 53 ferme et iam trisegimum octavum annum decumberet languidi languorisque tempore nula/**multos** continuasset annos sine alijs/**aliquo** cibo humano vivens, Spiritu prophetiæ plena defuncta est feria 3 Paschæ.

⇒ Ejus ossa Albertus et Isabella Belgarum principes Schidam Bruxellas secreto transfere ...raxi..... curarunt ne a Calvinis (presque totalement effacé)

Circa hunc annum 1433, domnus Joannes de Montengys, prior Capellæ, ædificavit chorum seu capellam ubi nunc veneratur imago Beata Virginis.

1434

⇨ Compositio facta cum concilio Basiliensi super expensis

Anno 1434 a Capitulo Generali talis emanavit ordinatio: ordinamus quod pro compositione/[competitione](#) mille septingentorum ducatorum in sacro Basiliensi Concilio pro meliori totius ordinis magnatorum et peritorum consilio favorabiliter, appunctuata et conclusa, et hoc pro incumbentibus ipsi generali concilio ~~aeibus~~ actibus, et pro defensione et reformatione Sanctæ Matris Ecclesiæ dietim scribentibus omnes domus ordinis nostri solvant taxam eis pertinentem, et per Generale Concilium eis adiudicatam prout in litteris patentibus inde confectis et sigillis appenditijs roboratis, et visitatoribus provinciarum ad dictam taxam exigendam traditis extentivis continetur, nec terreantur ex hoc professores ordinis aut de hac compositione/[competitione](#) mirentur, quia cum longe aliter omnia membra ecclesiæ etiam exempta fere plus in triplo solvant, quam ordo noster, qui hanc compositionis/[competitionis](#) gratiam in oculis sacri concilij misericorditer adinvenit, quodque concilium in favorem dicti ordinis bullas omnibus collectoribus per totum mundum subsidium per ipsum impositum levantibus et exigentibus direxit, ipsos collectores avisando quomodo per compositionem/[competitionem](#) præfatam ordo cartusiensis non solvit, nec ab ipso ordine amplius exigant in futurum.

⇨ Osevaldus de Corda moritur.

Osvualdus de Corda, ex vicario Maioris Cartusiæ, domus Virtutum in Scotia prior primus effectus acer ingenio, doctrina præclarus, vitæ sanctimonia eximius postquam diutinos in suscepto regimine exantlasset labores, plurimasque difficultates cum Deo superasset, tandem coram positis fratribus, ipsisque ferventer orantibus, placide in Domino obdormivit hoc anno septimo kalendarum octobris. Et anno 1436 iniungitur priori Vallis Virtutis in Scotia quod omnes libros, libellos et scripturas quos et quas domnus Osvualdus quondam prior eiusdem domus, monachus professus domus Cartusiæ ad eandem domum Scotiæ secum detulit hinc ad proximum Capitulum Generale fideliter et integre remittat sub periculo conscientiæ suæ, et si gravem voluerit effugere.

⇨ Natalis Caroli Audacis

Tertio idus novembris ferijs B. Martino sacris Divione natalis Caroli Martini cognomento Audacis, Philippo Bono et Elizabetha parentibus principis nostri futuri.

Amadeus IX Sabaudia dux primus amissa uxore seculi pertæsus apud Ripallium Genevensis diœcesis opidum in cœnobio S. Mauritij/[Martini](#) ordinis Augustiniani suis a maioribus excitato monasticam vestem induit/[induxit](#).

⇨ Pax inter Philippum principum/[principem](#) et Carolum regem conciliata per dominus cardinalis Sanctæ Crucis/[per cardinalem S. Crucis](#).

Anno 1435, Philippus princeps noster, postquam fædam patris Joannis necem egregie ultus esset nec haberet Gallorum rex ubi quiesceret, quam plurium totius Europæ principum rationibus ac etiam precibus tandem delinitus Atrebatum in celeberrimus comitijs, quibus Nicolaus Albergatus, cardinalis titularis S. Crucis, monachus ordinis nostri, Eugenij papæ legatus a latere præsidebat cum Carolo Septimo Gallorum rege reconciliatur. Bis ob eandem rem, Gallias petierat, caussamque/[causarumque](#) summa industria tractaverat, tandem Deus non est pasus labores suos esse inanes, cum tertio reversus est pacem confecit.

⇨ De Ænea Sylvio qui fuit postea papa dictus Pius 2º.

Æneas Sylvius relicto Bartholomæo Novariensi episcopo (quod ob crimen læsæ majestatis ab Eugenio in iudicium accorsitus esset/[est](#)) reversus in Italiam ad Nicolaum Bononiensem cardinalem Sanctæ Crucis laudatissimæ probitatis virum se contulit; quod audiebat/[audierat](#) profecturum legatum/[legitime](#) in Galliam de pace inter Franciæ et Britannia reges/[regis](#) acturum. Cum eo secretarius Basiliam iterum profectus, et inde Attrebatum quum de pace agi cœptum esset, et Britanni detractarent, aperte que adversarentur, missus est a Legato ad regem Scotorum adversus eos sollicitandum, alius regnum et finitimum Britannis et bellicosum esse constabat. Redeunte autem in Italiam Nicolao quem Veneti et Philippus Mediolani dux auctorem componendæ pacis requirebant. Æneas non admodum Eugenio gratus Basileum revertans magno semper in honore apud omnes habitus est.

⇒ Nota : vim excommunicationis et signa Apostolatus Cardinalis Sanctæ Crucis.

Annales Hollandiæ narrant cardinalem Sanctæ Crucis cum nullis permovere verbis Boni animum posset, et spreto Anglorum rege per se pacem cum Franco faceret minatum esse se contra eum ac Anglos iure acturum quod contempta Ecclesiæ auctoritate, cuius iudicio controversiam paulo ante commississent nec æquitati nec rationi locum darent sed iniquissimis conditionibus summa cum pernecia ac impietate insisterent. (⇒ Pontus Huterus in historia Ducum Burgundiæ) Ac nec aliquo modo de potestate quam Christus Ecclesiæ tribuit dubitarent petisse dictum cardinalem candidum panem cui in amplissimo concilij consessu cum summa in Deum fiducia male esset precatus subito nigerrimum extitisse magna omnium qui aderant, cum admiratione; iterumque pijs verbis pani bene precatus ~~est~~ pristinum recepisse candorem; ac ex eo tempore Burgundum concepto terrore, sese procerum Ecclesiæ arbitrio submississe, ac dimissis Anglis cum Franco pacem fecisse, posteaquam Gallias sepdecim continuis annis cum incomparabili detrimento oppugnasset, ac manibus animæ que Joannis Intrepidi plusquam satis parentasset. In æde igitur divi vedasti accesserunt ad Philippum iam delinitum legati regis Franciæ, Carolus (⇒ Caroli supplicis veniæ precatio) dux Borbonij, comes Richemundus, archiepiscopus Remensis et alij, eiusque ad pedes palam procumbentes nomine Caroli regis orarunt, ut parentis sui cædem ei remittat, profitenti se se id facinus imperitia adolescentiæ et improborum suasu designasse: ac dolere iam gravissime quod ita accedisset, et nisi factum esset, ne unquam fieret omni ope annixurum. Ad has supplicationes demissiones que Philippus (⇒ Regius Philippi animus et pietas) illachrymatus pronuntiavit se omnem iniuriam condonare, tum propter venerationem mortis passionisque Domini Nostri Jesu Christi, tum quia populi Gallici misericordia eum caperet, tum etiam ut concilij Basiliensis et papæ et Christianorum principum monitis morem gereret, qui merebantur, ut hoc a se impetrarent sic Marchantius: de ista pace in Archivis Atrebatium, hi reperiuntur versus : ILLUXIt nobIs CLarI paX LVCe MatthæI. Pro qua Francisci debent cum laude lætari. Atrebatij primo sonat hæc vox iucunda. Christus laudetur cui cuncti subijciuntur. Inter conditiones pacis hæc/hæc comprehense erant quæ nostrum ordinem tangunt sed minime observatæ saltem de monasterio construendo datæ sunt prope oppidum Monteranum Cœnobium carthusianorum duodecim sacerdotum qui pro salute Intrepidi continuo orent ædificari, dotarique præcipito.

Apud cartusianos Digeonenses, ubi nunc quiescunt ossa Intrepidi propitiatorium quoque inter missæ orationes Jesu Christi sacrificium solemnè symphonia pro expiatione vitiorum Intrepidi, et Noyellæ quotidie decantandum instituito. Ad hanc pacem una cum alijs principibus allaboraturus accesserat dominus Joannes Heinsbergius, episcopus et princeps Leodiensis, cuius comitatus albis equis ducentis, albisque vestimentis rubro variegatis insignis erat, sed potentes potenter tormenta patienter. In hoc conventu supra decem equorum millia fuisse narrat Monstreletus. Inter erat etiam Arnoldus Geldriæ dux.

Hoc anno 1435 conversus quidam cartusianus in Axpach implorata ope Beatæ Virginis gravissimum ignis periculum evasit. Vide Refend./[Refrid.](#) Kinetij Dist. 3. cap. 69 et decorum Collectaneum nostrum fol. 209.

1436 1437

⇨ Caletum frustra tentatum a Philippo duce.

Anno 1436, dux Brabantiae Philippus expeditionem in Calesram (contra Anglos) temere parat : cogitur cum dedecore recedere. Unde tanto dolore affectus est, ut metus esset ne in gravem morbum incideret. Engerr. lib. 6 Gandenses plerosque de magistratu occidunt, quod fuissent caussa tam turpis a Calesia. discessus.

⇨ Domus Zirizæ incorporatus/*incorporatur* ordinis/*ordini*.

Domus Montis Sion prope Zirizæam in Zelandia incorporata fuit ordini, hoc anno sexta maij et octavo eiusdem mensis et anni ad meliorem vitam transivit dominus Joannes Livini fundator dictæ domus.

Iniungitur a diffinitoribus Capitulo Generalis, ut quicumque habuerit conservatorium dominus Joannis papæ XXII reddat domui cartusianæ similiter qui sciverit vel audierit ubi sit.

⇨ Domnus Jacobus Crom diaconus domus Ultraiectinæ pie moritur.

27 julij obiit domnus Jacobus Crom, diaconus professus domus Ultraiectinæ speculum et exemplar totius domus præsentis conventu et litanij/*litanias* dicente.

⇨ Obitus fundatorum domus in Pletriach.

Hoc pariter anno tertio idus octobris obiit illustris ac magnificus vir dominus Hermannus Ciliæ et Sagoniæ comes, fundator domus Throni Sanctorum Trinitatis in Pletriach, Slavoniæ vico.

Similiter vivendi finem fecit dominus Erckingius a Swartzenburch cuius familia nunc comitis titulo virtutis (ergo est insignita) fundator Pontis Beatæ Mariæ in Astheim, Franconiæ pagus/*pago* tribus milliaribus Wirceburgo/*Wirceburgæ* dissitæ.

Octavo idus octobris in Belgio Jacoba Bavaria Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ comitissa, Frisiæ Transisalanæ et Groningæ domina moritur. Hæreditarias consobrinæ suæ provincias adiit Philippus Bonus princeps noster. Omnes morimur et quasi aquæ dilabimur in terras quæ non revertuntur.

⇨ Iacobus I rex Scotiæ a sicarijs in aula sua interfectus parricidæ iusto supplicio tam barbarici furioris pœnas Deo patriæ persolverunt.

Iacobus I Scotorum rex a cognatis suis sceleratissime interimitur die 21 februarij et sepultus est ad cartusianos, quibus ipse in suburbio Perthensi monasterium inchoaverat templo iam perfecto.

Anno 1437, Philippus et Isabella, principes nostri monasterium Claristarum Hesdini exœdificant, quod Sanctæ Coleta in sponso virginum gratia et meritis prædicata prima incoluit, collectis aliquot virginibus es Burgundia.

Audiamus nostros diffinitores ^x domnus Adulpho, professo domus Treverensis libros iuris penitus interdicimus, ne occasione ipsorum se ipsum et provinciam suam sicut/*sic* hactenus valeat perturbare et Capitulum Generale infructuose occupare: sed amodo studeat cum Hieronymo non doctoris sed plangentis habere officium, vel se, vel mundum luceat et domini pavidus præstolatur adventum etc. Hereo an sit hic idem qui confessarius Margaritæ, ducissæ Lotharingiæ extitit. Obijt ipsa 1434 et Adolphus 1438. Vide foundationem domus Treverensis.

⇨ ^x libri iuris quibusdam interdicuntur. Meliora de hoc Adolpho leguntur in Bavaria pia.

Reverendus pater Guilielmus de Mota 27 generalis ordinis nostri post multos vitæ huius agones sempiterna immarcessibilique corona donatus est 18 junij. Reputatus est in vita iustus et sanctus, et post obitum miraculis claruit, teste Petro Sutore pag. 563 et in charta sequentis anni sic habetur: Reverendus in Christo pater piæ et celebris memoriæ Gulielmus de Mota, prior Maioris Cartusiæ, habeat per totum ordinem (prout bene meruit) duos monachatus, et eodem anno talis facta est ordinatio: cum reverendi patres domni priores Maioris Cartusiæ habeant portare onera totius ordinis per totum annum, præ cæteris quibuscunque visitatoribus ordinamus quod amodo ipsi

⇨ Anno 1436 : fur quidam suspensus invocata Virgine triangulari nequit moritur tum post ac in cartusia Basiliensi sepelitur.

⇨ Anno 1436 cum perpetratum fuisset homicidium circa ecclesiam Capellæ Beatæ Virginis in Herenis die quo circumferebatur processionaliter imago Beatæ Mariæ, domnus Gerardus Naghel, Delphensis, tunc prior istius domus impetravit a domino Ludovico, comite Sancti Pauli et domino terræ Angiensis ut ipsa processio cessaret, et amplius annuatim non fieret sicut factum est quamvis de hoc multi de populo communi præcipue iuvenes dolerent. Solebat etiam prior et procurator domus personaliter incedere in ista processione, quæ fiebat dominica post festum sanctorum Jacobi et Christophori.

1437 1438

et soli habeant duplicem monachatum per totum ordinem.

Domno Guilielmo de Mota successit in regimine domus Cartusiæ reverendus pater et magnus clericus domnus Franciscus Maresme, de magna Valentia Cathaloniam.

⇒ Successio imperator.

Sigismundus, impertor 2 nominæ 5 idus decembris moritur, succedit gener eius Albertus II Austrius.

⇒ Domnus Laurentius de Muscheselle, prior Capellæ et eius liberalitas in pauperes.

Hoc anno absolutus fuit a prioratu domus Capellæ domnus Gerardus Naghel de Delff qui domno Joanni de Montenys successerat et fuerat procurator dictæ domus. Vir valde religiosus, zelosus ac rigorosus, nam ieiuniæ 2^a et 4^a feriæ fecit servari, (suis tantum ministrans patagium,) et abstinentiam nihilominus semel in hebdomada in pane et aqua. Et videtur propter nimiam rigorositam absolutus a Capitulo Generali, in cuius locum electus fuit domnus Laurentius Muschesel de quo supra, vir devotus, religiosus ac timens Deum. Hoc eodem anno cum esset ingens frumenti inopia, et diversæ circumquaque regiones gravi famis periculo laborarent, et domnus Gerardus Delpensis qui cum præcessit in officio prioratus (ut dictum est) vir esset parcus, Solaria relquit plena annona et blandis, quæ iste domnus Laurentius tam largiter erogavit pauperis, et alia quæ habere potuit quod inde magnam famam acquisivit in vulgo, et merito nam et ego non tam liberalitatem eius admiror sicut fiduciam eius in Deum quod de crastino non cogitaverit: de præfata caristia scribit etiam Trithemius in Chronico Sponheimensi: eodem anno (scilicet 1437) maxima fames in omni regione, et precipue in partibus inferioribus, in Hollandia, Zelandia, Hannonia et circa Rhenum ubique exorta est, et frumenta in nimis caro pretio, ita ut multi pauperes tam in civitatibus quam in villis fame perirent. Hanc annonæ caritatem refert locrius ad annum sequentem.

⇒ Concilium Florentinum œcumenicum sive universale XV adprobatum Ferrariæ inchoatur et anno sequenti Florentiæ finitur.

Anno 1438, Nicolaus Albergatus ex ordine nostro, cardinalis Sancti Crucis primæ actioni, quæ post 8 idus octobris in concilio Ferrariæ habita est interfuit, inter sex Latinos doctores relatus, qui cum totidem Grecis de Spiritu Sancti processione dissererent, cum Greci ipsum a patre duntaxat, Latini a patre filioque procedere affirmarent. In hoc concilio Joannes Paleologus Græcorum imperator Eugenio IV universæ Ecclesiæ caput agnoscens eidem se suosque summa humilitate submisit. Voluit Eugenius in eadem Synode ut primariæ Ecclesiæ hoc ordine statuerentur Romana Constantinopolitana Alexandrina Antiochena, Hierosolymitana.

Hoc anno obiit domnus Henricus Everardi vander Loen, quondam prior domus Ultraiectinæ, de quo vide in anno 1428. Ubi perperam positus est. Item 12 januarij, Ludolphus Sculte, quondam canonicus Beatæ Mariæ Traiectensis et S. Plehelmi Oldenzelen, postea donatus Ultraiecti.

Ordinatum hoc anno quod in omnibus missis de Spiritu Sancto tam conventualibus quam privatis dicatur kyrie elejson dominicale et gloria in excelsis, quod spectabat ad Maiestatem Spiritus Sancti cum Patre et Filio coæqualis et coæterni, et de quo agebatur in concilio.

⇨ Schisma in Ecclesia sed non in ordine.

Anno 1439, Amadeus VIII olim Sabaudia dux ex monacho in Schismate contra Eugenium VI Antipapa in concilio Basiliensi creatur, dictusque Felix V, nonis novembris. Anno sequenti coronatus fuit 9 calendis augusti, sedit annos 9 menses 5 diebus aliquot. De hoc schismate sic legitur in monumentis ordinis. Tempore Eugenij papæ sedebat concilium generale in Basilea universalis Ecclesiae longo tempore quod bonum habuit principium sed medium non per omnia bonum propter schisma quod ibi/[ipsi](#) oriebatur in Ecclesia. Finem vero accepit id ipsum concilium tempore Nicolai papæ V qui successor præfati Eugenij fuit. In tantum dissentiebat hoc concilium circa eius consummationem post diutina iurgia habita cum prædicto papa Eugenio, quod ipsum a papatu deposuit. Et Amodeum, presbyterum, qui dudum comes erat Sabaudia in papam consecravit et Felicem vocavit, sed ne ordo cartusiensis tunc miserabiliter divideretur sicut anno Domini 1378 temporibus Urbani VI qui sedebat in urbe Roma, et Clementis qui sedebat in Avenione impetravit utriusque papa Eugenio scilicet et Felici, præfatis et singulis eorum uniformiter obedire et subdi posse mandatis, sic que idem ordo indivisus et in bona pace stetit.

⇨ Reverendus pater Franciscus Maresme qui cartusiae præsidebat tempore huius concilij Basiliensis tantæ reputationis apud omnes extitit ut decem voces in electione summi pontificis habuisse dicatur. Sed Deus noluit nostrum ordinem pontificatu unius antipapæ decorare.

Non possum tacere lachrymas ordinis et ordinationem factam de fugitivis comprehendendis, in qua zelus patrum ad ordinis honestatem conservandam patet ad reprimendam fugitivorum et apostatarum et girovagorum temerarios discursus, atque nefandos ubique terrarum potissime in Romana Curia in grave animarum dispendium nostri que ordinis vituperium, et intuentium scandalum proh dolor! frequenter et dietim verisimiliter et licentius frequentarent nisi solerti ordinis vigilantia succurratur. Ea propter omnes priores et rectores ac monialium vicarios fortiter indicimus et strictius quo possumus admonemus quatenus tanquam evigiles Sancti Ordinis zelatores et plus solito ferventiores effecti curent eos capere et incarcerare, invocato si opus fuerit brachio sæculari etc. Et tamen hoc tempore agebat in Curia Romana, cardinalis Albergatus, ordinis nostri, quia propter ipsum forte isti fugitivi maiorem fiduciam accipiebant.

⇨ Zelus ordinis.

⇨ Tempore belli conventus ad tutiora loca se recipere possunt.

Nihilominus ordo suis sufficienter providebat, ne manendo in monasterijs periculum ullum incurrerent, sic quoque ordinatum est hoc anno: concedimus prioribus et conventibus domorum ordinis nostri ut tempore guerrarum dum periculum imminet possint se cum bonis suis ad loca tutiora transferre de consilio tamen unius visitoris si commode fieri poterit, alias priores cum consilio seniorum de conventu habeant ad plenum de prædictis ordinare.

⇨ Impostura unius gironagi, a qua ordo suos præcavet.

Intimamus omnibus personis ordinis nostri quod quidam vocatus Janinus de Moisin, natione Gallus, ætatis LX annorum, statura pusillus, valde calvaster, facie rugatus et aliquantulum curvatus, qui se gerit pro donato domus Cartusiae et litterarum patris Cartusiae portitore, et ceterorum ordinis negotiorum gestore, qui Janinus discurrendo per domos diversarum provinciarum dicit se fore in via deprædatum et quod litteras quas portabat simul in præda amisit, et sic a domibus extorquet vestes, pecunias/[pecuniam](#) et multam securitatem in Cartusia pro ipsis promittit, quod iste Janinus non est donatus ordinis, sed pauper homo girovagus, qui ducendo talem vitam consuevit se alimentare, et iam omnes sic advisati ne præfato Janino litteras vel pecunias tradant, vel quæcunque alia negotia ordinis committant.

Anno 1439, 7 februarij sanctissime obiit domnus Joannes Bertrandus, quondam prior Scalæ Dei et præceptor R. P. Joannis Fort, cum in dicta domo maxima virtutum et monasticæ conversationes fragrantia vixisset 45 annos, ætatis suæ 70.

1440

⇒ Domus Beatæ Mariæ Boni Lapidis prope Vrach, ordini nostro attribuitus/[attribuitur](#).

Monasterium Beatæ Mariæ Boni Lapidis, Germanice Guitelstain apud Vrachium ducatus Wirtenbergensis oppidum: fuit olim præpositura monachorum benedictinorum a Zwifaldensi diœcesis Constantiensis abbatia dependens. Sed Ludovicus et Walricus Wirtenbergenses anno M.CCCC XXXIX eo loco cartusianos collocarunt teste Gasparo Bruschio in Chronologia Monasteriorum Germaniæ. Obijt generosus dominus Udalricus 1 septembris 1480, Ludovicus 24 eiusdem mensis anno 1450.

⇒ Joannes Rode ex cartusiano abbas vita defungitur.

Joannes Rode primo ecclesiæ Trevirensis officialis, deinde ex cartusiano abbas S. Mathiæ apud Treviros, de quo superius scripsimus, hoc anno prima die decembris in oppido diœcesis Argentoratensis vulgo Monthaber fato cedit et in dicta abbatia honorifice tumulatur. Vide Bibliothecam Cartusianam fol. 214 et seq.

Eodem anno 6 calendas novembris, Albertus II, imperator, obiit in Alba Regali conditus.

⇒ Fredericus imperator

Anno 1440, Fredericus tertius, Ernesti filius archidux Austriæ Romanorum, imperator creatus est calendis januarij imperavitque annis 53, mensibus 7, diebus 19.

⇒ Typographia inventa.

Eodem anno ars typographica Moguntia a Joanne Faustio reperta dicitur de cuius tamen inventione plures inter se nationes contendunt. Hadrianus Junius in Batavia descriptione Laurentium Joannem cognomento ædituum sive custodem, eonem et incolam Harlemensis/[Harlemensem](#) prædicat huius artis inventorem.

⇒ Reverendus pater ordinem reformare studet, seu multa in meliorem formam redigere.

Solent humana omnia in peius ruere, ac retro sublapsa referri quod in eis quoque obtinet quæ pietati et religioni excitandæ et promovendæ Deo ipso auctore constituta sunt, et quo minus illam defectionis gangrænâ aliquando sentiret, ordo noster annue celebrat Capitulum Generale, et divinitus inspirata seu studiose quæsita adminicula suis suggerit et commendat alumnis in speculatoris officium graviter incumbit Capitulum Generale ut ex hac ordinatione colligere licet. Ob salutare propositum quod subivimus si in diebus nostris collapsum videatur (non igitur affirmat) ordinamus quod omnes visitatores tam per se quam per consultationem aliorum priorum et monachorum eiusdem ordinis in eorum provincijs expertorum Deumque timentium et zelum sanctum et discretum habentium in scriptis redigant seriose omnia illa quæ secundum Deum et observantiam regularem eis occurrerint in dicto ordine reformanda seu immutanda aut in totum vel in partem revocanda, ac etiam de novo, si opus fuerit, ordinanda, et illa habeant in futuro Capitulo reverendi patri nostro Cartusiæ apportare, ut sic dictus reverendus pater vice totius ordinis quæ sibi fuerint apportata valeat super annum consultius visitare et pertinenter certis sub articulis in forma debita exarare et patribus ordinis opportuno tempore Generali Capitulo congregatis examinanda præsentare: quibus tunc sigillatim consideratis, et alias per diversa Capitula Secundum eorum exigentiam mature digestis, illa dono Dei Capitulum Generale præfatum officere valeat, quæ in futurum liceant et expediant toto ordini nostro ad salutem.

⇒ Domus Monachorum subijcitur huic provinciæ.

Circa hunc annum posita est domus Monachorum in Geldria sub hac provincia quæ prius erat de provincia Rheni.

Dominium Kilianum (in quo olim sita fuit domus Sanctæ Catharinæ) patres summo studio coemerant per partes, diverso tempore, scilicet annis M CCC LXIIJ, M CCC LXXXI et M CCCC X ac deinceps in hunc annum M CCCC XL possederant cartusiani multis auctum privilegijs et immunitatibus quod actione satis scrupulosa eodem anno Reip. Antverp. vendiderunt.

⇒ Cartusiani Antverpienses vendunt dominium Kilianum Reip. Antverp.

Anno 1441 post varia prælia maritima, prædasque sæpius abactas inter Hollandos et Oisterlingos, ut vocant, qui sunt Lubecenses, Hamburgi, alijsque/[alijque](#) Germanici oceani accolæ, induciæ in annos 12 pactæ sunt apud Hasniam Danæ metropolim Meyerus Contra hos omnes populos durum nunc bellum gerimus.

Nihil videbatur magnificentius (in templo cartusiæ Antverpiensis) fornice lapideo in medio dicti templi assurgente, et dividente odeium id est chorum a reliquo ædificio cui gemina imposita erant altaria quod meridiem spectat Beatæ Annæ erat sacrum, alterum ad Aquilonem prospiciens Beati Martino addictum. Utrique impositæ reliquiæ et dedicatum hoc anno 5 septembris per reverendum dominum Petrum de Andros S. Th. doctorem ordinis fratrum Minorum D. Gr. episcopum Dorensem vices agentem in pontificalibus reverendissimi in Christo patris principis Joannis a Burgundia eadem gratia episcopi Cameracensis, opus plane regia magnificentia theatriali quomodo spectaculo in templi medio conspicuum Hispanicæ pietatis antiquum trophæum quod Isabella Lusitaniæ regis serenissima filia statuerat, aliaque eius recenset domnus Arnoldus Helmont, prior Antverpiæ, imo marmori insculpta muroque impacta æternum testata esse potuissent. Si fatalis huius cartusiæ non intercessisset calamitas. Horum volui facere mentionem quia alijs etiam domibus et maxime huic domui in principio suæ foundationis in Scheut beneficium ac ordini summe addicta et devota fuit.

⇨ Isabella princeps nostra domui Antverpiensis/[Antverpiæ](#) multa beneficia contulit sicut et alijs domibus ordinis.

Audiamus quid in melius reformatum fuerit ex intimatione ordinationis anni elapsi : propter maiorem reverentiam cultus latræ sacro Christi corpori exhibendam et devotionem utriusque status secularium domus nostras visitantium confovendam ac etiam/[atque](#) augendam, et scandalum iam obturum/[oblitum](#) apud nonnullas utriusque status personas cedendum ordinamus quod in communionem monachorum et conversorum ordinis nostri non stantes ut dicit statutum, sed flexis genibus usque in finem dictæ communionis perseveremus.

⇨ Tricenarium pro cunctis fidelibus defunctis in carta primo loco ponendum.

Quia caritas quanto plus diffunditur pijs respectibus plus augetur ordinamus quod officium tricennarij pro omnibus animabus detentis in purgatorio modernis temporibus in ultimo loco cartæ ordinatum in primo ordine beneficiorum spiritualium dictæ cartæ amodo præferatur.

Serenissime/[Severissime](#) reprehenduntur officiales, qui in itinere constituti capucium a cappa distrahunt.

⇨ Fredericus imperator excipitur honorifice a Philippo Bono.

Anno 1442, Fredericus Austrius imperator postquam Aquis grani corona argentea fuerat redimitus, per Burgundiam in Austriam tendens a Philippo Bono Vesontione varijs lætitiæ generibus excipitur, magnisque muneribus ornatur, cedens omni iure, quod imperij nomine in Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam et Frisiam habebat : coronari autem a papa propter schisma, quod erat inter Eugenium et Felicem diu distulit, tandem a Nicolao V coronatus fuit.

Alphonsus Aragonius Neapolim capto pulso Renato Audeganensi/[Audegavensi](#) qui in Gallias ad suos redijt.

⇒ Provincia Castellæ.

In carta huius anni 1442 de institutione provinciæ Castellæ in ordine nostro sic scriptum reperi : Quoniam divina favente clementia serenissimus rex Castellæ et Legionis illustris de novo erexit unam domum ordini nostri in suis regalibus palatijs de Mira Flores prope egregiam civitatem de Burgos. Et illustrissima domina regina Castellæ consors sua aliam etiam domum novam in loco de Aniago erexit et fundavit, et alias erant in suo regno aliæ nostri ordinis domus fundatæ. Ideo propter honorem et reverentiam tanti regis, ordinamus et/**ut** de novo provinciam in regno statuimus et creamus, quæ perpetuis temporibus provincia Castellæ in toto ordine nostro nominetur.

Nunc more suscepto quid in Capitulo Generali ordinatum fuit despiciamus quod tamen historiam, vel rerum/**verum** mutationem maxime spectare videatur.

⇒ Tricennarium benefactorum noster/**secundo** loco admittendam in carta Capituli.

Ordinationem præteriti anni, quæ sic incipit; quam caritas quanto plus diffunditur etc. confirmamus adiicientes ob maiorem caritatem meritorie diffusioem quod beneficium tricenarij, defunctorum tam benefactorum Capituli Generalis quam habentium participationem ordinis in penultimo loco cartæ ordinatum, in secundo ordine benefitorum spiritualium circa principium dictæ cartæ admodo admittatur.

⇒ Quomodo confitendum sit.

Super verbo statuti cap. II 2^æ partis statutorum antiquorum dicentium quod prostratus debet esse ac detecto capite quilibet quando confitetur. Ordinamus quod non prostratus sed genibus flexis procumbendo super formam amodo confiteatur, cum ita sit modus Ecclesiæ Sanctæ Dei magis conformis, et a personis ordinis, quæ varia interdum patiuntur impedimenta honestius practicabitur. Quia sacer ordo noster priscis temporibus heremiticus, raroque utens missa, est dono Dei in sacras propagines status monastici modernis temporibus diffusius dilatatus, ordinamus quod priores et procuratores ceterique domorum ordinis nostri rectores ac monialium vicarij qui ratione negotiorum suarum domorum habent tam infra quam extra terminos laborare et se magnatibus et alijs curicalibus sæpe præsentare, quod propter decentiam status et ordinis clericalis semel in hebdomada et monachi claustrales prout alias ordinatum fuit, de quindena in quindenam suam valeant facere rasuram.

⇒ Rasura frequentior imperatur 2 part. stat. cap. II n.s.

Ordinatio prolixa facta est pro visitoribus ne in potestate sibi delegata excedant aut monachos palpent sive contra suos priores insolescere permittant.

Nova compilatio statutorum indicta, an vero in effectum deducta sit, non invenio. Monendum tamen fuit sequenti anno quod hæc compilatio statutorum non in derogationem priorum, aut contemptum eorundem aut ordinis alterationem sed pro bono communi et suppositorum dicti ordinis multa et varia hinc inde sentientium quiete et pace et exercitio dicti ordinis innativo et si et in quantum expediens fuerit concepta fuerit. Scilicet ut antiqua et nova statuta simul compilarentur/**compileantur** si quid actum sit, ut dixi, ignore/**ignoro**. Nam tertia vocatur, compilatio statutorum quæ facta est sub domno Francisco de Puteo, anno 1509.

1442

⇨ Domus Vallis Virtutis/[Virtutum](#) in Scotia sub speciali cura reverendi patris constituitur.

Domum Vallis Virtutis in Scotia ad instantiam vicarii et conventus dictæ domus a provincia Picardiæ Remotioris eximimus, et provinciæ Gebenensi incorporamus et sub speciali cura reverendi patris Cartusiæ ponimus. Et dictæ domui orbatae pastore per mortem domni Adami præficimus in priorem domnus Laurentium Henton monachum professum dictæ domus non obstante defectu quod prædictus in ordine Cisteriensi fuit professus super quo defectu secum dispensamus. Unde colligimus ab antiquo tempore fuisse dubitatum an religiosi alterius religionis translati ad nostrum ordinem valeant ad officia ibidem promoveri et propterea forte Ludolphus Saxo qui fuerat ordinis Prædicatorum, et in ordine nostro postea prior cartusiæ Confluentinæ petijt a dicto officio absolvi ad sedandum scrupulum conscientiae sua/[suæ](#) ut loquuntur antiqua monumenta. Et quia vidi nostris temporibus hanc quæstionem moveri, quamvis multa exempla proponantur huiusmodi ad officia promoveri, operæ pretium duxi declarationem illustrium cardinalium Sacri concilij Tridentini interpretum adijcere. (super sess. XIV de reform. cap. II De uno ad alium ordinem translato.) Omnes cuiuscunque religionis legitime translati ad carthusianos possunt in eadem carthusiensi religione in claustris priores et extra claustrum procuratores esse.

⇨ Quia professi in ordinis/[ordine](#) Cisteriensi/[Cisteriensium](#) et consimilium non poterant habere obedientium in ordine nostro sine dispensatione Capituli Generalis, prout expresse habetur in tertia compilatione statutorum cap. 4

⇨ Domnus Henricus de Piro, prior Diestensis.

Hoc anno præerat domui Diestensi domnus Henricus de Piro, professus domus Coloniae iuris utriusque doctor, ob cuius viri memoriam et ut pateat quis fuerit status domus Diestensis subijcio capiam epistolarum quas scripsit reverendo patri: una cum alijs conventualibus petens ut apparet supra annum misericordiam sibi fieri. Reverendissimo domino priori Cartusiæ ceterisque venerabilibus in Christo patribus, Capitulum Generale repræsentantibus frater Henricus vocatus prior domus S. Joannis Baptistæ prope Diest ----- et omnem subiectionem. Cum pridem ad prioratum domus prope Diest vocatus fuissem compulsus obedivi. Ad quod tamen officium nequaquam valeo tam propter meas crebras corporales infirmitates ob quas anno præterito a domo Wesaliæ absolutus fui, tam propter imperfectionem animi et mentis, quibus tanquam imperitus cotidie magis magisque consternor. Quapropter humillima instantia peto et desidero me indignum ab hoc officio absolvi, mihi que inepto misericordiam fieri, quod si denegetur ex tunc obedientiam Capitulo Generali pro me et pro domo nostra promitto. Statum autem domus ----- Domus in ædificijs plurimus est imperfecta, nec levi sumptu perficienda. In exterioribus plus alijs laboriosa et sumptuosa.

⇨ Status domus Diestensis

Habens XV monachos, duos novitios et me. Item unum conversum, duos redditus/[redditos](#) laicos/[laicos](#) et tres donatus cum mercenarijs alijs. Equos quatuor, vaccas quinque, vitulos VIJ, cum nullis seu paucis previsionibus pecuniarum et aliorum. In redditibus et pensionibus et emolumentis annuatim circiter mille florenos renenses (nisi male legerim, quod vereor). Plus alijs tenentur sibi quam domus alijs. In cuius rei testimonium, hanc cartam una cum infrascriptis subscripsi et sigillo conventus sigillam/[sigillavi](#). Anno 1442 circa principium septembris.

1443

⇒ Lucemburgensis ducatus Philippi principis Ditionibus accedit.

Anno 1443, Elizabetha Joannis Gorlicensis ducis filia, Antonij Burgundi Brabantiae ducis relicta atque Lutsemburgensis ducatus princeps moestissimo ferens animo quod subditos in officio continere nullo modo posset, quin alijs summis passim afficeretur iniurijs Philippo principi nepoti suo Lutsemburgensem ducatum cedit hac conditione ditionem ab hostibus securam redderet contra Guilielmum Saxoniae ducem, sibi que quamdiu viveret decies mille nummos numeraret. Dictum factum at magno Lutsemburgensium malo utpote quos contumaciae poena gravis subsecuta sit haec Locrias. Hoc possum testari me vidisse ruinas unius opiduli dicti Chavancy ubi puer habitavi, ut iam non sit nisi pagus cum antiquissimo castro quod ahuc iniurias istius belli et subsequentium evasit.

⇒ Nicolai Albergati cardinalis ordinis nostri ex hac vita felix emigratio anno vitae 68, conversionis 50, episcopatus 27, cardinalatus 17.

Cum Eugenius papa Senis consideret Nicolaus Albergatus, cartus. episcopus Bononiensis et S.R.Ecclesiae Sanctae Crucis cardinalis graviter tentari calculo caput, quocum per aliquot dies patientia magis et virtute quam remissione doloris aut spe aliqua vitae luctatus est quam libenter se cum meliore atque optabiliore commulaturum esse dicebat et quamquam gravissimo et extremo morbo affectus pati tamen non poterat ut quicquid sibi de solita carthusia observantia mutaretur, (et ut habet Chronicon Capellae) in extremis existens non potuit induci ab Eugenio papa (qui illum unicae diligebat et nocte saepe solus invisebat). Ut carnes comederet, unde sanctus reputatur, sic ibi. Quamvis alia multa sint quae illum de sanctitate commendant, sed quandoquidem vita ipsius a tribus celeberrimis auctoribus conscripta lucem aspexerit hic non haerebo : Morbi gravitate (nam et intima ardentissima febris accesserat) ac doloris pertinacia victus VII idus maias, anno aetatis suae sexagesimo octavo immortalis Deo Spiritum reddidit, rite omnibus sacramentis Ecclesiae quae identidem ipse petijt ante expiatus. Incredibile dictum est quanto moerore, quibus lachrymis atque suspirijs haec Nicolai mors pontificem, patres et urbem omnem populumque compleverit. Nam et splendorem et decus Ecclesiae (dicamus et ordinis nostri) illum concordi omnes et consona voce iudicabant, et praedicare non disestebant. Hactenus ex/ea ordine nostro ad tantum culmen honoris nullus pervenerat. Unde merito in culmine arboris successorum et filiorum S. patris Brunonis residet non minus purpura quam meritis gloriosus.

⇒ Epitaphium.

Sepultus est Beatae Nicolaus in carthusia Florentina in qua olim prioris officium administraverat, atque in ea hoc quale cunque elogium est incisum.

Sepulchrum omne laude dignissimi et reverendissimi patris Nicolai tituli Sanctae Crucis in Hierusalem presbyteri cardinalis. Hic natus Bononiae, primum ex priore carthusiensi, petente populo Bononiensi: Episcopus: tum a Martino pontifice, cardinalis designatus: post plurimas susceptas legationes, Senis diem suum obiit aetatis suae anno sexagesimo octavo. Vir pijssimus mitissimus que vitae integritatae singularique. Virtute omnium testimonio comprobatus.

Memorable autem illud quod paucis post mortem diebus idem Thomae Sergianensi familiari suo obitum suum impatienter ferenti, ac fletu lachrymisque prosequenti in somnis se obtulit ac dolorem ommittere, et sine cura ipsum degere iussit: nam praecclare secum Christi beneficio agi, illum vero mox pontificatum maximum adepturum.

1443

⇨ Domnus Gerardus Schedamius, prior Sylvæ Sancti Martini moritur.

Præclarum quoque lumen amisit nostra provincia hoc anno domnus scilicet Gerardum Schedam, priorem Sylvæ Sancti Martini, qui dudum prior fuerat Leodij et Hollandiæ, fuit, inquit, Trithemius vir divinis scripturis longo studio exercitatus et eruditus ingenio mitis, et dulcis eloquio non minus conversatione quam scientia venerandus. De ipsius scriptis consule Bibliothecam Cartusianam. Bostium.

⇨ Et fundatrix domus Assumptionis Beatæ Mariæ in Monte Gratia.

Hoc pariter anno defuncta est illustrissima domina comitisse Kantia, prima fundatrix Montis Gratia, quæ est septima domus in regno Angliæ.

Hæc ordinatio a Capitulo Generali emanavit, quæ pro cæteris memoria digna videtur.

Cum observantiæ peregrinæ proscripti ritus ordinis immutatione nullatenus debeant tolerari, eapropter consuetudinem aliquarum domorum, qua monacho in extremis laboranti conventus ad cellam suam vadit, et sibi legat beati Anselmi recommendationem sic communiter dictam consulte revocamus, et talia conventualiter amodo fieri prohibemus, quam si dicta recommendatio diligenter pensatur potius ad statum laicalem quam monasticum dignoscitur pertinere.

⇨ Vide 1 part. stat. cap. 24, n. 1 et 2.

⇨ Domnus Henricus de Pyro absolvitur a prioratu domus Distensis.

Per hoc capitulum domnus Henricus de Pyro, professus Colonia absolutus fuit ab officio prioratus domus Diestensis et institutus prior domus Ultraiectinæ sed non videtur residisse, quare eius loco visitatores rectorem posuerunt domnum Henricum Joannem Heeswyck qui postea fuit prior usque ad annum 1450 domnus autem Henricus de Pyro promotus fuit ad Prioratum domus Leodiensis.

Litteræ confirmationis ad priorem noviter electum loco supradicti domnus Henrici quas non forma communi, sed novis conceptis verbis exararunt patres visitatores.

Venerabili in Christo patri domno Henrico de Orsoy, procuratori et monacho domus Geldria ordinis cartusienensis prope Arnhem.

⇨ Litteræ confirmationis ad successorem.

Nos fratres Theodoricus et Jacobus domorum Sanctæ Catherinæ iuxta Antverpianam, et Vallis Regalis prope Gandavum eiusdem ordinis priores salutem, in eo quæ est vera salus omnium. Cum iuxta Apostoli vocem qui bene præsent digni duplici honore sunt, scilicet gratia in præsentem, et gloria in futuro. Videtur hoc quam maxime religioso gratiam et gloriam cumulare qui non solum seipsum, sed etiam alios secum studeat et ipse salvare præsertim quando ad hoc per divinam ordinationem et subditorum voluntariam electionem præ ceteris omnibus fuit sublimatus. Ideo venerabili patre domni Henrico de Pyro secundum ordinationem Capituli Generalis ad sua/[suam](#) magnam instantiam ab officio prioratus domus Sancti Joannis Baptistæ in Zeelem prope Diest absoluto. Nobisque confirmatione futuri prioris, si electio canonica foret, commissa, atque in eadem domo pro electione facienda existentibus vicarius et conventus omnibus, quæ ad agenda videbantur oportuna rite secundum formam iuris et statutorum nostrorum peractis in veram venerandam personam sua vota dirigentes vos per viam scrutinij in suum priorem *et*

1444

et patrem spiritualem concorditer omnes et canonicè elegerunt, ac nobis ibidem præsentibusque ipsam electionem confirmari cum instantia potuerunt. Hinc est quod nos attendentes sufficientiam vestram et plurima dona quibus, largiente Deo, polletis confidentes quod in eisdem ad culmen altius ascendentis, præmissam electionem sic de vobis factam auctoritate Dei et ordinis nostri qua fungimur in hac parte postquam consenseritis confirmamus. Venerabilem patrem domnum priorem vestrum secundum nostri tenorem statuti monemus quatenus vobis in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiat ut consentiatis electione/[electioni](#) prædictæ. Et nos nihilominus, vobis idem eadem districtione præcipimus vi et rigore eiusdem statuti. Mandantes quatenus omni delatione et frustratoria excusatione semotis, ad dictæ domus regimen gubernandum vos viriliter accingatis vestram personam visis præsentibus citiori modo quo poteritis personaliter exhibentes atque ita ex hinc vobis et gregi invigilantes quod veri pastoris nomen mereamini possidere. Nosque id audientes mutuo lætari possimus et græx ipsi sub vestro regimine spiritualem valeat militiam coram Deo virtutum salubriter exercere. Bene vos valere semper optamus, et in vestris devotis orationibus nostrorum sæpius reminisce/[reminisci](#). Datum anno Domini M CCCC XLIIJ, ipso die sanctorum Joannis et Pauli martyrum sub sygillorum nostrorum appentione in testimonium veritatis.

⇒ In festis mobilibus habemus nos confirmare diœcesi.

Anno 1444, diffinitores in Capitulo Generali ordinarunt ut in festis mobilibus diœcesi nos habeamus conformare: Cum, inquit, super [ordinatione](#) septuagesimæ istius anni in diversis mundi partibus notabiles utriusque facultatis doctores cathedrarum ecclesiarum ac/[atque](#) diœcesum fuerit pia contentio, ordinamus quod si in futurum aliud simile contigerit domus ordinis cum ordinarijs prælatis, in quorum diœcesibus sunt sitæ, propter scandalum vitandum se habeant conformare. Quod etiam R. P. Bruno d'Affringues respondit esse faciendum in simili re.

⇒ In die cœnæ maius altare solemniter est parandum.

Quia divinissimum sacræ Eucharistiæ ac mirificum sacramentum propter suæ immensæ dignitatis celsitudinem non potest condigna reverentia venerari, ideo ad ipsius ampliorem reverentiam ad augendam ordinamus ut in die cœnæ dominicæ per totam missam altare maius solemniter sit paratum.

⇒ Clades Varnensis in qua octoginta millia utriusque ceciderunt.

Hic est annus cladis Varnensis christiano populo luctuosissimæ in prælio apud Hadrionopolim commissæ. Loco cui Verna nomen ab Amarate/[Aurathen](#) Turcarum rege (Amurather, pater Mahumetis II) aliquot christianorum millia cœsa: in his Vladislaus Hungariæ rex capite ab hostibus truncatus et Julianus cæsaritanus S.R.E. cardinalis in fuga ab Hungaris latrunculis necatus. Joannes Huniades dux fortissimus cum millibus aliquot Hungarorum et Waslachorum evasit. Æneam Sylvium lege et Paulum Jovium. Papa ad instantiam imperatoris Constantinopolitani miserat in Hungariam Julianum cardinalem qui suscitaret Hungaros ad inferendum bellum Turcæ atque dispensaret in sacramento seu iusiurando quo recenter promiserant ei pacem. Sed Deus ostendit etiam inimicis servandam fidem. Joannes Hunniades sicut ante rem fortiter gerebat atque Turcas credebat. Sed Aulici Hungari gloriæ eius iuvidentes se et regem in ruinam præcipitarunt dum volunt et ipsi Turcas invadere.

⇒ In Hoenam forte quia Ladislaus rex Poloniæ a morte imperator Alberti Austr. occupaverat regnum Hungariæ cum illi superesset filius Ladislaus qui post hanc clade anno ætatis 12 recipitur rex Hungariæ annitente Joannes Hunniade.

Hoc anno Guilielmus Lalanus, nobilissimus in Aduaticis equestris ordinis Heros Hollandiæ, Zelandiæ atque Frisiæ præficitur.

Sanctus Bernardinus pius ordinis Franciscani reformator natione Tuscus ad dominum migrat, anno 1450. Divis adlectus a Nicolao V pontifice maximo.

⇒ Dux Mantuæ et fundator eiusdem cartusiæ moritur.

Hoc anno 24 septembris obiit Joannes Franciscus dux Mantuæ qui anno 1407 præesse cæpit et ædificavit cartusiam prope dictam civitatem.

1445

⇨ Domus inferior Cartusiæ combusta.

Hoc anno 1444 in festo S. Andreae domus Inferior Cartusiæ combusta fuit ut patet ex ordinatione Capituli Generalis anni sequentis quæ sic habet: Nos diffinitores Capituli Generalis ex corde dolentes significamus omnibus personis ordinis nostri illa quæ proprijs oculis vidimus, domum scilicet inferiorem domus Cartusiæ primæ et principalis solatis/*matris* ordinis nostri casuali incendio fore vastatam die scilicet S. Andreae anni effluxi in qua erant mansiones et officinæ cum certis et non paucis communibus pro toto ordine provisionibus. Eapropter hortamur omnes et singulos priores ordinis nostri cum conventibus suis quatenus de facultatibus domorum suarum quantum poterunt secundum gratiam eis a Domino inspiratam succurratur prædictæ Matri nostræ pro sua necessaria et in favorem boni communis perutili instauratione, committentes singulis visitoribus ordinis ut per seipsos vel alterum ipsorum sive per priores ordinis ad præfatum negotium promovendum idoneos per ipsos visitatores deputandos adeant prælatos, reges, principes ceterosque honorabiles Brugenses ac cives, nec non devotas ordinis nostri personas inducentes eos pie et rationabiliter/*rationaliter* propter Deum ut intuitu pietatis subveniant servis Dei et pauperibus Jesu Christi, prout et quemadmodum eis inspirare dignabitur nostri clementia Redemptoris.

Dux Borbonius et comes de Richemont sæpius in cartis commemorati sunt dedisse ad instaurationem præfatae domus pingues eleemosynas.

Anno 1445 Gandavi comitia Aurei Velleris septimum celebrantur: in quibus quum hactenus ea ferijs Beatæ Andreae sacris habita fuissent, statutum est ut deinceps non nisi secunda maij cogentur, nec triennio frequentius. Creati novi equites inter quos Franco Borsaliensis Austrevantij comes viduus Jacobæ Bavaræ comitissæ Hollandiæ, qui postea fundavit cartusiam Delphensem.

⇨ Initium capellæ et monasterij ter Schuet, ordinis cartusiensis et scopus nostræ scriptionis.

In quondam loco nuncapato ten Schuete extra muros Bruxellensis, et infra libertatem eiusdem oppidi ac in parochia Sancti Petri Anderlectensis sito, extitit quædam amæna viridis et parva planities figuræ triangularis contigua viæ publicæ, in qua nihil seminari consuevit aut plantari, ex eo quod ad illam/*istam* planitiem conveniebant termini seu limites diversarum hæreditatum circumiacentium. Quidam autem Petrus de Ascha agricola et pastor ovium ætatis circiter 60 annorum in vicinio scilicet Mortenbeka habitans. Vir iustus et bonus, simplex et timoratus, circa annum Domini M CCCC XLIIJ in dicto loco triangulari pro derelicto habito et tanquam limitario a nemine possesse/*possesso* quandam tiliam et duas spineas arbores plantavit itinerantibus compatiens, ut sub frondibus earum viatores refrigerium tam a calore solis quam etiam laboris invenirent ex itinere fatigata membra recrearent. Verum enim vero velut sapiens Archimedes cum pedem posuisset extra circumiacentes hæreditates, eas movit et transtulit ad unum dominum, sunt enim domus nostræ de Gratia ut patet ex libro reddituum.

⇨ Imago Virginis emitur.

Post duos vel tres annos circa hunc annum 1445 considerans idem Petrus multos viatores sub prædictis arboribus requiem et solatium sumere, desiderans ex divina ut præsumitur inspiratione et illustrati cordis sui devotione, ut idem transeuntes et requiem ibidem sumentes corda sua fuis orationibus ad B. Virginem Mariam se converterent, ac debitum sibi honorem et obsequium impenderent pro tribus denarijs argenteis, prout idem Petrus retulit, emit simplicem

<p>Origo domus Gratia Hunc dedit Ascha ducem: bello qui signa ferebat : Hic tamen occubuit: numerosasque turba virorum Anno 1445 Effigiem Mariae Simplex homo quem tulit Ascha In palo hoc posuit: Unde orta salus animarum</p>	<p>Dux belli de quo egimus in principio, vocabatur cognomine Ascha. Sicut et opilio/opilis qui effigiem Beatæ Mariae posuit in loco ubi alter cum suis cecidit.</p>
---	--

1445

imaginem B.V. Mariæ ex ligno sculptam in quadam humili capsula positam, quam appendit uni de prædictis spinis virentibus et crescentibus, ad quam ipse ex devotione sui cordis sæpe divertens aliosque exhortans vota sua et orationes eidem solvebat.

⇒ imago Beatæ Virginis reponitur in trunco.

Cupiensque eandem imaginem amplius honorare cum sæpius ibidem cum multis resideret exposuit eis qualiter valde affectaret ultra prædicta domunculam facere, a quibus dicitur esse suggestum ut eandem imaginem et/ab arbore deponeret et in quodam magno trunco reponeret et cum virgulis ferreis intus recludi faceret. Quod cum perfecisset cæperunt vicini et transeuntes aliqualem ostendere devotionem ad eandem imaginem afferentes rosas, lilia, maios ramos fructus et similia, quidam etiam cereos et candelas ardentes pro quorum luminis conservatione, facta fuit quædam lucerna quæ duravit usque ad magnæ capellæ constructionem.

⇒ Schuet unde dicatur.

Antequam ulterius progrediar non possum non refellere quorundam erroneam opinionem, existimantium prædictum locum esse vocatum Schuet, quod quidam ex mœnibus civitatis eoque arcu quondam iaculatus fuerit, et adhuc arcum servari et ostendi in domo civica affirmant. In libro foundationis aliud non invenitur quam quod iuxta viridem planitiem in qua ædificatum fuit sacellum Beatæ Mariæ stetit arbor dicta den Schuet-boom propter actus (*au-dessus de la ligne* : arcus) sagittariorum ibidem quondam factos. Ita difficile est inter veritatis septa contineri ne ad fabulosa vulgo iactata quis declinet; quod solum vitat qui non aliunde quam ab originarijs fontibus puram curat haurire aquam. (*Vide infra lineam* ^x) ^x Interim recentiorum opinio prævalere videtur, ex quibus Wichmans in Brabantia Mariana nomen Scheut sive Scheut-velt, huic loco adhæsit a magna illa prisca sæculi, et usus catapultæ seu balistæ arcuali, quæ Bruxellis etiamnum adservatur: cuius sphaera activitatis sive iactis teli ab oppidi mœnibus ad tunc/hunc usque locum se extendit, unde ei nomen Scheut-veldt. Facit eius mentionem, atque ad vivum representat Justus Lipsius lib. 3 Poliorcet. dial 2 quem tu vide.

⇒ Dominus Petrus Adornes Burgimagister Brugensis dat nomen ordini nostri.

Omnis sanctimoniam præcipuum exemplar dominus Petrus Adornes, Brugensium Burgimagister ex præclara ducum Genuensium prosapia exortus, sepulta charissima Elisabeth Braderix uxore sua et constructa (Brugis) Hierusalem, relictis omnibus suavi Christi iugo se subdidit, factus ibidem clericus redditus ibidem hoc anno 1445, obiit 1464.

⇒ Domus Pacis Dei prope Schivelen on nova Marchia ordini incorporatur.

In charta huius anni 1445 sic habetur: Novam plantationem prope Schivelen in nova Marchia provinciæ Saxoniam dono Dei erectam ob devotionem et reverentiam per magnifici principis et domini Conrardi de Herlichusen, magistri generalis ordinis Beatæ Mariæ Virginis Theutonicorum et venerabilis domini Walteri Kercorf, capitanei in Schivelen ordinis eiusdem quorum contemplatione et zelo ferventi honeste permoti domum Pacis Dei appellamus et per totum ordinem nostrum de cetero appellare volumus ad piam tanti principis et venerabilis domini capitanei prædictorum Nobis super hoc exhibitam debitam petitionis instantiam in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti nostro ordini incorporamus. Obijt dominus Conrardus 7 novembris anno 1449.

⇒ Subsidiium petitur pro restauratione Cartusiæ.

Anno 1446 in Capitulo Generali sequentia memoratu digna ordinata noscuntur significationem demonstratinam, oculisque proprijs subiectam super casuali incendio domus Cartusiæ Inferioris cum exhortatione communi et commissione singulis visitoribus ordinis anno præterito exaratam quæ sic incipit: Nos diffinitores Capituli Generalis etc. confirmamus Adjicientes cum gratiarum actionibus de iam factis et procuratis, quod in futurum dicti visitatores et priores ordinis præfati cum suis conventibus per amplius circa restaurationem dicti incendij perseverent manus suas ad voluntaria beneficiorum subsidia porrigendi/[porrigendo](#) adiutrices. Nam multa quæ in dicta domo combusta subsidere videbantur consilio magistrorum et expertorum oportebit in totum destruere et consultius a fundamentis incipere et futuris contingentibus super periculo ignis posseremus obviare.

1446

⇨ Admonitio sæpius inculcata et saluberrima pro officialibus ex qua patet quam tandabiliter antiquorum patrum vestigijs institoret reverendus tunc Pater Generalis.

Refricantes mentem antiquorum patrum quorum memoria in ævum non delebitur tam in statutis nostris quam in diversis chartis nostri Capituli Generalis expressam zelo ordinis elaboratam super instabilitate nonnullorum præsentium et procuratorum qui de facili et levibus de causis domos suas dimittunt, curias dominorum frequentant nundinis fere omnibus seu foris more secularium intersunt litigijs voluntarijs vacant et causis forensibus se immergunt. In grangijs suis vel cellarijs nimiam moram trahunt, graves expensas ibidem faciunt et raro in domibus suis resident. Sed totum vicarijs suis dimittunt. Iterato utiliter sentientes cum Augustino ordinamus quod illa negotia quæ per conversum vel donatum vel famulum aut litteras fieri possunt aut debeant: dicti præsentibus et procuratores in persona propria amodo non exercent, sed cum monachis a quibus assumpti sunt remaneant per regulares observantias in continuo convictu se eisdem confirmant, divina cum eis obsequia die noctuque frequentant, sciendo quod primo quærendo quæ Dei et ordinis sunt cetera eis accommoda divino munere adijciuntur tam ipsi quam domus ipsorum conservabuntur, et semper augmentabuntur, et per contrarium quod absit ad nihilum reducentur. Iniungentes prioribus visitatoribus provinciarum quatenus circa præmissa uti sunt ordinata sinceriter invigilem/*invigilent* quod a personis præfatis diligenter observentur, aliter transgressores taliter puniendo quod cedat omnibus in exemplum.

⇨ Capitulum male informatum de conventu Gandavi.

Priori domus Vallis Regalis prope Gandavum non fit misericordia. Et seriose hortamus et monemus conventuales/*conventualibus* dictæ domus, quatenus prioris sui absentiam pro factis domorum provinciæ et ordnis sæpius impediti patienter et sine murmure sustineant ne ordo habeat/*habent* aliter providere. Verum Capitulum anni sequentis per priorem dictæ domus melius informatum super scriptis in carta huius anni commendat tranquillitatem conventualium eiusdem domus.

⇨ Obitus Mariæ, reginæ Castellæ, quæ fundavit domum de Aniago.

Hoc anno 1446 XV martij obiit serenissima domina domina Maria, regina Castellæ et Legionis, fundatrix domus Beatæ Mariæ de Aniago ad Durum fluvium haud longe a Tordesilla urbe Hispaniarum.

⇨ Domus Montis Sancti Joannis Baptistæ in Hassia ordini accedit.

Domus Montis Sancti Joannis Baptistæ in Hassia quam lantgravius Hassiæ in ditone sua anno 1442 construi curavit, de qua in cartusiæ Erfordiensis Chronico, hæc reperiuntur: Sub octavo priore Erfordiensis, domnus Joanne Rotlas Nimbursensi monasterium quoddam monialium in Hassia prodigaliter vivendo interritui pœne propinquum erat, unde cum præfato prior/*priori* id dono oblatum esset, in/*is* magna industria et parsimonia tantum effecit ut rebus omnibus amussim compositis pristino splendori restitueretur, cartusianoque instituto accomodaretur.

Hoc vero anno 1446 ordini incorporata extitit his verbis in carta contentis: novam plantationem in Hassia, provinciæ Alemanicæ Inferioris ob reverentiam et singularem donationem/*devotionem* illustris/*illustri* domini lantgravij Hassiæ eiusdem fundatoris sub nomine Sancti Joannis Baptistæ ordini nostro incorporamus, et præficimus ibidem in priorem domnum Tielmanum de Magdenburch, professum domus Erfordicæ, et domnus Joannes de Verklhim, alias ibidem rector maneat in eadem officium procuratoris

ad nutum ordinis exercendo.

⇒ Obitus domnus Bartholomæi, prioris cartusiæ Ruremundanus, sanctitate et doctrina celebris.

Domnus Bartholomæus, prior Ruremundanus et visitator provincie Rhenani/[Rhenanæ](#) atque S. Theol. doctor post diuturna vitæ huius exercitia, tandem ab his tenebris migravit ad æternæ vitæ claritatem Coloniae in cartusia anno præsentis 1446 quarte iduum julij. Is fuit Traiecto ad Mosam oriundus, tantæ humilitates ut aliquoties pedes ad Maiorem Cartusiam iter remotissimum confecerit. De quo insigni viro qui eruditionis virtutis que testimonia desiderat, consulat Trithemium, Bostium, Sutorum, Dorlandum.

Obijt pariter hoc anno Petrus Juliacensis professus domus Bruxiæ (*sic*) prope Memmingam Sueviæ opidum, scripsit quædam. Vide Cart. Biblioth. fol. 257.

⇒ Nicolaus Tolentinas canonicatur.

Nicolaus Tolentinas, picenus ordinis Eremitarum S. Augustini ab Eugenio IV inter divos refertur. Unde Proverb. 28 dicitur melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus.

⇒ Pontificum successio.

Anno 1447 Eugenius 4 papa obiit 7 calendas martij. Vacat sedes dies octo. Is pontifex conspecto tomo uno operum Dionysij Cartusiani qui pontificatus ipsius temporis/[tempore](#), scriptis incumbere cæperat, dixisse fertur: Lætetur sancta mater Ecclesia quæ talem filium habet.

⇒ Nicolaus V alumnus Nicolai Albergati a quo etiam nomen desumpsit.

Successit Eugenio Thomas Lucanus cardinalis tituli Sanctæ Susannæ dictus Nicolaus 5. Hic creatus pridie non. martij coronatus 15 cal. aprilis sedit annis 8. De quo sic scribit Platina in Vitis Pontificum: sunt autem qui scribant Thomam Pisis natum, Lucæ educatum, Bononiæ literas et bonas artes didicisse maximo/[maxime](#) vero philosophiam et theologiam, adiutus beneficentia sanctissimi viri Nicolai Albergati cardinalis S. Crucis adolescentis ingenio delectati. Hanc ob rem in pontificatu hominis de se bene meriti nomen sumpsit. Cum vero magistri nomen in gymnasio consecutus esset: acerrimis disputationibus probatus cardinalem Sanctæ Crucis secutus, familiæ tanti veri œconomus factus, in numero scriptorum pœnitentiariæ primo refertur, deinceps subdiaconatum pontificium adoptus bene agendi, vitam que sine invidia et æmulatione ducendo maiora mente concepit. Sic ille.

⇒ Obitus Beatæ Coletæ.

Gandavi sexta aluas 4 martij: veneranda et famosa religiosa soror Coleta Generalis abbatissa novarum plantationum devotarum religiosarum S. Claræ ordinis S. Francisci (sunt verba cartæ) fragilem hanc vitam cum æterna commutat.

⇒ Item Goswini Commhaer, episcopus ordinis nostri.

Goswinus Commhaer, professus cartusie Diestensis, ac postmodum episcopus Schalotensis in Dania, obiit in maiori Cartusia 20 julij, scripsit super oratione dominica. Consule Bibliothecam Cartusianam.

⇒ Nec non fundare/[fundatricis](#) Vallis Profundæ.

Item moritur hoc anno 24 decembris illustris domina, domina Philippa de Monte Acuto, comitissa Zoigniæ (aut Pigniæ) fundatrix Vallis Profundæ, forte de genere fundatorum et præcipua benefactrix, quia ex ordine domorum hæc antiquior apparet.

Super restauratione domus inferioris Cartusiæ diffinitores affectibus quibus possunt omnes visitatores et priores et conventus domorum ordinis nostri in Christi visceribus exhortantur, ut quod pie et laudabiliter

incæperunt

⇨ Annus 1448

incæperunt usque ad perfectum continuare velint, cum res ipsa sine facultatibus universi ordinis sit reverendo Patri nostro Cartusiæ (ut clare perpeximus) impossibilis.

⇨ Domuncula construitur supra imaginem Beatæ Virginis in Scheut.

⇨ Visiones Petri de Ascha et devotio.

Postquam ad aliquod tempus imago Beatæ Virginis stetisset in trunco, ut est prædictum Petrus de Asca cum suis adiutoribus quandam parvam domunculam super quatuor stipites ligneos sine parietibus cum lecto desuper latericio in qua pauci possint residere apud imaginem construxerint/[construxerit](#), in qua etiam sæpius missæ postmodum celebrata fuerint. Istis autem sic perfectis cæpit devotio tum patri dicti quam multorum aliorum ad præfatam imaginem augeri instantum quod idem Petrus sæpe ter in die ex sincera sua devotione ad eandem imaginem veniens ipsem visitaret ut orationes et vota sua ibidem solveret summe desiderans quod in futurum ibidem posset Ecclesia in honore Dei genitricis Mariæ fabricari et divinum officium celebrari. Quam quidem ecclesiam cum duabus turribus tam in visiore quam etiam clara die cum lumine se vidisse professus est.

⇨ Rosas imagini Beatæ Virginis volenti auferre quid contigerit.

Circa hunc annum Domini M CCCC XLVIIJ sicut putatur accidit ut Ægidius Ots insidens equo cum altero post se posito transitum faceret ante dictam imaginem sic ut præfertur in domuncula collocatam et videns rosas ante imaginem positas diceret assidenti sibi in equo capiamus has rosas, quid habet opus imago Beatæ Virginis de istis rosis. His dictis cum vellent/[vellet](#) eas capere, antequam id perficere possent, ecce subito cecidit equus cui insedebat in terram, et ipse cum socio suo. Quo viso recognovit ipse Ægidius malum esse propositum suum et displicere Beatæ Virgini, cuius facti fama statim per oppidum Bruxellense per crebuit.

⇨ Gandenses rebellant.

Anno 1448 Philippus Burgundus Brabantiae dux, Flandriae comes, etc. vectigal salis omni populo conatus est imponere, sed quo minus obtineret Gandenses obstiterunt. Sic quandoque subditi rebellando pijs principum conatibus obsistunt, nam cum Turcæ Rhodum insulam anno superiore oppugnarent, equitibus Rhodijs/[Rhodii](#) Philippus dux triremes tres egregie armatas subsidio miserat, quibus et alijs Christianorum principum auxilijs territi Turcæ opsidionem solverant.

⇨ Philippus dux Mediolanensis moritur anno 1447. Joannes Galeacens primus dux Mediolani et principuus fundator cartusiæ Papiensis.

Illustrissimus princeps et dominus, dominus Philippus Maria dux Mediolani, Joannis Galeatij filius (vide Miræum in Chronico Belgico), fundator domus Sanctæ Mariæ de Gratia prope Papiam (ut habet carta huius anni) 23 junij anni præcedenti/[præcedentis](#) e vivis excessit. Eius filiam naturalem Blancam nomine Francisus Sfortia hoc anno uxorem duxit et Mediolanum occupavit.

Hoc anno 1448 septembris 24, Adolphus 2, dux Cliviæ qui habuit Mariam, sororem Philippi duxis Burgundiæ in uxorem, fundator cartusiæ Wesaliensis morti concedit.

A Capitulo Generali huius anni hæc devotissima processit ordinatio: Cum alias plura (ut dignissimum est) de veneratione excellentissimi sacramenti altaris fuerunt in carta Capituli ordinata, modo eisdem piæ devotionis affectu super addentes, ordinamus ut per totas octavas Sacri Corporis Christi sub Verbis hymnorum ad vespas, videlicet, Tantum ergo sacramentum

Hoc anno 1448 Gorcommij in profesto S. Augustini, Henricus Kock extractus fuit e flammis per S. Barbaram cuius patrociniū imploraverat, ut Ecclesiæ Sacramenta reciperet ante mortem.

f° 58v

1448

(Rebellie van de Gentenaars omdat Filips, hertog van Brabant, gepoogd heeft een belasting op het zout op te leggen)

1449

veneremur cernui, et ad laudes ô salutaris hostiæ quæ cœli pandis hostium, tam in ecclesia quam extra urbi/[ubi](#) fuerimus veniam super formam accipiamus.

⇒ Subsidiium pro Cartusiæ continuatur.

Quia dono Dei instauratio domus Cartusiæ Inferioris combusto/[combustæ](#) quam diligenter visitavimus plusquam præsumptam fuit dietim prosperatur et adiutorium ordinis nostri sub cuius fide reverendus pater Cartusiæ vivit ab inspirato minoratur, ordinamus seriose quod visitatores provinciarum ordinis nostri sint magis solliciti ad habendum virtute propria a domibus suarum provinciarum subsidiium invatinum pro sublevatione tristitiæ dicti reverendi patris nostri Cartusiæ et dictæ restorationis prosecutione ne alias (quod dictus reverendus pater Cartusiæ nollet) Capitulum Generale habeat aliter providere.

⇒ Fundator cartusiæ Paduanæ moritur hoc anno vel præcedenti.

7 octobris obiit reverendus in Christo pater et dominus Petrus Donato, episcopus Paduanus, qui in vita sua disposuit fundare unam domum ordinis nostri prope civitatem Paduanam quæ dono Dei ineffabiliter sortietur effectum. Vide annum 1451.

⇒ Obitus domni Theodorici Terline, primi visitoris provincia nostræ a sua separatione.

Anno 1449, januarii 11 obiit venerabilis pater dominus Theodoricus Terline, alias Harlem, prior Antverpiæ, visitor provincie nostræ principalis. Vir multum reputatus et bene visus in ordine et extra (ut habet calendarium domus Ultraiectinæ). Præfuit 38 annis provincie, necdum habuit subsequentem tanti temporis. Proximo capitulo institutus principalis visitor dominus Joannes Rubs, professus et prior domus Gandensis, convisitor dominus Henricus Loen, professus et prior domus Capellæ.

⇒ Schisma tollitur.

Hoc anno 1449 Amedeus Sabaudus qui et Felix 5 papa calendis maij amore pacis et unionis cessit omni iuri suo quod habere potuit in summo sacerdotio. Deinde monasterium Ripalense mirifice instauravit, ibique sepultus in pace requiescit.

⇒ Ordo B. Francisci reformatus in Belgio.

Eodem anno magnus terræ motus in Flandria 23 aprilis feria Beatus Bernardinus Franciscani ordinis reformator in Catalogum Sanctorum a Nicolao pontifice refertur. Tum Audomaropoli, Dunkerckæ alijsque Flandriæ locis cæpere ad eiusmodi reformationem vacaria/[varia](#) reparari cœnobia.

⇒ Ponia Beatæ Virgini in Schuet oblata volenti auferre quid evenerit.

Hoc anno 1449 in die Ascensionis Domini, ut Hermanus Anderlecht retulit cum quidam ter Natte ad locum Schuet venisset, et quandam pulchra poniam Beatæ Virgini oblata ibidem perspexisset (ut Eva) eorum pulchritudine allectus auferre tentavit, sed ut prædictis de rosis, ita isti de pomis accidit. Nam antequam quod proposuit perficere petuit se ad terram prostratum invenit, et ipse culpam recognoscens veniam petijt et Beata Virginem in eodem loco deinceps in magna devotione habuit. Cuius rei fama statim undique percrebuit.

⇒ Claritas quædam apparuit iuxta imaginem Nostræ Dominæ de Gratia.

Eodem anno in nocte solennitatis Pentecostes iuxta dictam imaginem apparuit multis quædam mirabilis claritas supercœlestis, quæ cooperante Spiritu Sancto corda videntium et audientium in mirabilem et inspiratam accendit devotionem ad dictam imaginem visitandam, et vota et oblationes offerendes in tantum quod numerus visitantium ipsam illa die et infra octavas eiusdem, numerum decem millium excederet per quos hæc nova peregrinatio et visitatio ad notitiam longe et prope distantium in brevi perducta est.

⇐ Beata Virgo vult in Schuete honorari et Domina Gratia appellari.

Congregationes tres celebratae in refectorio Carmelitarum ad inquirendam veritatem de miraculis Beatæ Virgins in Schuete alias proposuerunt episcopus Camaracensis (*sic*) Joannes de Burgundia domunculam destruere et imaginem processionaliter deferre ad matricem ecclesiam Sancti Petri in Anderlecht. Quædam mulier ibidem a deputatis iurata et diligenter examinata asseruit quod in supra dicta nocte Pentecostes circa auroram in quadam visione apparuit ei semidormienti ante lectum suum una pulchri/*pulchra* domina velut Regina in camera sua ambulans dicens sibi/*ei*: Tu mulier dic populo Bruxellensi quod in Schuete volo honorari et Domina de Gratia appellari. Quo audito mulier perterre facta expergiscitur in præfata Domina evanuit. Quæ mulier per iuramentum constanter affirmavit se similem visionem tribus sequentibus noctibus continuis semidormiendo habuisse. Magister Dullaert prædicta contigisse scribit anno sequenti qui fuit jubileus sed apparet contrarium ex diplomate data per illustrissimum et reverendum Joannem, archiepiscopum Rhemensem sequenti anno ubi concedit indulgentias visitantibus capellam Dominæ de Gratia quæ ubique inchoata esse debuit. Igitur malui insistere vestigijs V. P. Marcellij Voet secundi prioris huius/*ejus* domus in libro foundationis qui scribit hoc anno contigisse quæ supra narravi. Insuper ad prædictæ visionis et nuncupationis confirmationem quidam honorabilis curatus de Itterbeke Nostræ Dominæ de Gratia devotus per visionem (ut putatur) edoctus custodi imaginis scilicet Hermano de Anderlecht onus dedit ut quandam parvam tabulam cum imagine Beatæ Virginis faceret fieri (quam ipse solvit) et sub eadem scribi titulum Nostra Domina de Gratia in Schuete, quæ appensa fuit præfata domunculæ et postea capellæ. Nec prætermittendum quod cum domus hæc in Capitulo Generali apud Maiorem Cartusiam ordini esset incorporanda, magna fuit hæsitatio de eius intitulatione eo quod diversi super eius nominatione diversimode scripsissent quidam domus Beatæ Mariæ de Gratia. Alij domus gloriosæ Virginis de Gratia, alij domus Dominæ Nostræ de Gratia, alij alio modo. Quasi Sancto Spiritu inspiratum et Nostra Domina cooperante, Capitulum unanimiter ordinavit quod domus ista per totum ordinem nominaretur Nostra Domina de Gratia iuxta Bruxellas. Hæc fusius quam optassem.

Sucessu temporis recepta iam peregrinantium oblatione copiosa, cæpit paulo post oriri dissensio inter curatum parochiæ in Molenbeca et curatum et capitulum ecclesiæ Sancti Petri Anderlectensis sub cuius parochia dictus locus de Schuete esset situatus quæ/*quod* si contigerit ut Jesum ibidem quærerent vel si ut Lazarum viderent non descripto/*discepto*. Sed per prædictos dominos Anderlectenses potiorum fundamentorum et jurium ostensione quam per D. curati Molenbecani voluntariam litis desistentiam satis compertum extitit prædictum locum infra metas parariæ Anderlectensis esse situatum. Sedata hæc lite et sopita, cæpit oriri discensio super recollectione oblationum inter prædictum capitulum ex una et magistros ecclesiæ ex altera quæ quidem partes adeo se invicem per concursum impediverunt quod totius aportatus/*aportarum* ordinario/*ordinatio*, receptio et dispositio in potestate d.d. amani de senatus oppidi Bruxellensis tanquam in sequestro permanserunt, et prædicti sua discordia pro maiori oblationibus frustrati sunt. Verissima est hæc sententia: concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Scipio expugnata Numantia rogavit Tyresium principem qua de causa ea prius invicta, iam capta et eversa esset? respondit Tyresius: Concordia victoriam, discordia exitium præbuit. Iam cœnobium translatum est ad parochiam Molenbecanam cuius elemosynis (*sic*) pauperes sustentantur.

Atque ita crebrescentibus signis maxima hominum frequentia locus iste coli cæpit, sed maius unum præ ceteris dicam, quod a iuratis testibus imo ab Isabella Brabantiae tum ducissa auctoritatem et fidem habet: videlicet quod puella quædam/quadam casu submersa/subversa in aquis, cum parentes pro ea votum B. Virgini nuncupassent, statim vitæ reddita fuit. Istud quoque quam stupendum fuit quod puer suffocatus, ad vitam redijt. Hic energumenus quidam a Dæmone liberatus est. Cæci duo quorum alter cum esset etiam claudus beneficio Virginis sanata/sanati sunt. Alia mulier quædam non sine ingenti vitæ suæ periculo spinther deglutiverat, ad invocationem eiusdem Virginis postquam 24 horas illum habuisset in gutture, subito eiecit absque sensu illo doloris. Multi præterea qui infirmitatibus varijs detinebantur, usum officiumque corporis hic receperunt. Sunt alia gravissima argumenta rerum gestarum quæ locum istum et Divæ Matris magnitudinem potentiamque commendant. Hæc quondam Parthenia rura vocabantur, hæc erant elogia magnæ Matris, hic cælum mollius fluere, segetes lætari, sylvæ ipsæ nescio quomodo de tanto numine effusius gestire videbantur. Hæc succincte Gerardus noster in commentario de fundtione huius domus quod cogitaveram, ad longum describere, nisi quibusdam magis placuisset simplicitas sermonis et consilium quod in initio huius scriptionis posui.

⇒ Albertus Kivet, cartusiensis scriptor, moritur.

Albertus Kivet Arnhemius, senior cartusiæ Wesaliensis, vir antiquæ virtutis et fidei, miræque innocentiae, scripsit referendarium exemplorum. Obiit hoc anno 17 may. Vide Bibliothecam Cart.

⇒ Capitulum Generale laborat pro obtinendo jubileo.

Denuntiamus omnibus personis ordinis nostri quod Capitulum Generale nostrum intendit efficaciter laborare quatenus Sanctiss. D. N. Nicolaus V, dignetur sua clementia solita. Indulgentias anni jubilei proxime venturi dictis personis gratiose concedere sicut sui prædecessores reverenda memoria digni præfatis personis retroactis temporibus laudabiliter concesserunt. Eapropter omnes nostri ordinis personas in Domino exhortamur ut sint quieti, in bona præfati Capituli diligentia confidentes, memoriterque tenentes stabilitatem sanctam quam Deo et ordini promiserunt.

⇒ Subsidium continuum pro restauratione Cartusiæ non tam imperio quam precepitur.

Cum reverendus pater noster Cartusiæ exacta et solerti diligentia circa instaurationem Domus Inferioris combustæ dietim invigilet, sitque in proposito de præsentis ut nihil a domibus ordinis exigatur, sed gratiose recipere quod a personis ordinis libenter offerretur. Eapropter omnes priores et visitatores ordinis in Domino exhortamur quatenus præfato reverendo patri nostro compatientes et piam suam intentionem contemplantes taliter in futuro se habeant pias eleemosynas erogando quod idem reverendus pater peramplius relevatus valeat de gratia ipsorum merito consolari.

⇒ Laudatur domnus Joannes Petri, Delphensis, profesus Capellæ.

Hoc anno 1449 obiit domnus Joannes Petri de Delph, monachus profesus domus Capellæ et quondam vicarius, nec non et prior uno anno in Ziricææ. Hic fuit notabilis clericus ante ingressum ordinis, et multa contulit domui isti tam in libris quam in alijs. In religione valde devote et humiliter se habuit, et eodem die quo hic e vita discessit receptus fuit ad osculum pacis domnus Arnoldus Kaerman, sacerdos pariter secularis de quo postea latius dicitur.

⇒ Filij fundatoris domus Florentiæ. Attrevol quandoque legi. debuit forte scribi Accievolis.

In carta huius anni obijsse habentur nobiles et spectabiles domini, domini Benedictus et Laurentius filij magnifici et potentis domini Nicolai de Accievolis memoriæ, recolendæ fundatoris et dotatoris domus Sancti Laurentij prope Florentiam.

1450

Anno 1450, Romæ propter jubileum tanta compressorio populi fuit, ut se mutuo in magno numero suffocarent non possum non subvectere copiam bullæ Indulgentiarum anni huius jubilæi ordini nostro concessarum, quam/[quum](#) vidi alios monumentis ordinis interuisse/[inservisse](#), et quam pontifex laudat ordinem nostrem.

⇨ Jubilæum Nicolai V.

Nicolaus, episcopus servus servorum Dei, dilectis filijs Francisco, priori domus Cartusiæ ac universis et singulis prioribus, fratribus, novitijs commissis et conversis eiusdem ordinis ubicunque commorantibus salutem et apostolicam benedictionem. Laudibus et honore dignissima cartusiensis vestra religio ab ipsius institutione felici per latitudinem orbis terrarum diversitate virtutum semper emicuit et suorum claritate meritorum oculis ecclesiæ sacrosanctæ infulsit. (⇨ Laudat ordinem Cartusiensem). Non mirum/[miror](#) ergo si vos efficaci amore in Christo diligimus et gratiarum muneribus ac specialibus favoribus prosequimur. Hinc est quod nos non ignari quam sit vobis et alijs utriusque sexus personis vestri ordinis perniciosum extra claustra locorum vestrorum exire ac cupientes hoc sanctissimo anno jubilei animarum omnium vestrorum saluti consulere vestris in hac parte supplicationibus inclinati vobis, nec non omnibus et singulis personis utriusque sexus regularibus et religiosis ordinis vestri. Ut confessor idoneus quem vos aut quilibet vestrum, et illorum communiter vel divisim duxeritis seu duxerint eligere. Dum omnium peccatorum vestrorum, et eorum de quibus corde contriti et ore confessi fueritis aut fuerint semel tantum in præfato jubilæi/[jubilæo](#) anno plenissimam videlicet indulgentiam vobis et alijs utriusque sexus personis huiusmodi in sinceritate fidei et unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac in obedientia et devotione nostra et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intransium persistentibus concedere valeat auctoritate præsentium indulgemus, sic tamen quod hoc anno jubilæi duntaxat Presbyteri XXX missas quas voluerint continuatis vel interpolatis diebus, ac eisdem diebus XXX vicibus psalmos pœnitentiales cum litanis ac orationibus consuetis. Clerici vero non sacerdotes XXX vicibus totum officium mortuorum vespere, IX lectiones cum laudibus, more ordinis vestri ac totidem vicibus psalmos pœnitentiales cum litanis et orationibus prædictis dicere teneantur, similiter dicant moniales dicere scientes. Conversi et conversæ, sive comissi et comissæ ac etiam laici infirmi ac impotentes tam masculi quam fæminæ XXX vicibus LX Pater Noster et Ave Maria dicere debeant. Et omnes religiosi præfati XXX vicibus altare vel alteria quod vel quæ habent infra clausuram monasteriorum suorum sive conventuum cum aliquibus orationibus sive precibus devotis visitare teneantur. Prædicti tamen infirmi vel impotentes dictam visitationem cum ceteris orationibus præfatis, si commode adimplere nequeunt, suæ/[suorum](#) confessorum iudicio stare debeant. Alioquin huius (*au-dessus de la ligne* : hæc) nostra concessio nullius sit roboris vel momenti. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ (nisi sit mensum pro 1450) 1449, XII kalendas februarij pontificatus nostri anno tertio. Facta est collatio de præsentia copia cum proprio originali bullato die quinta mensis may anno M CCCC L in domo Maioris Cartusiæ, sedente Capitulo Generali eiusdem ordinis, cum appositione sigilli ipsius domus Cartusiæ in testimonium præmissorum.

⇒ Consilium amani et senatus Bruxellensi, de capella construenda in Schuete.

Revertor ad præcipuum nostræ intentionis scopum qui est scribere de domo Dominae Nostræ de Gratia. Prædictis igitur et alijs multis signis et prodigijs omnium ore divulgatis multa dona et oblationes auri et argenti cereorum et aliorum rerum dictæ Dominae Nostræ de Gratia per utriusque sexus homines oblata et apportata fuerunt ad eiusdem gloriam et honorem super quibus matura deliberatione habita visum est dominis amano et senatui Bruxellensi quod honestum esset, et iuribus et rationi congruum quod dictæ oblationes iam datæ et in posterum apportandæ ad Dei atque gloriosæ Virginis Mariæ honorem et/ut ad divini cultus augmentum in loco eodem deberent expendi et converti, et quod ad illum finem terræ necessariae de eadem pecunia deberent comparari ut una pulchra et notabilis capella in dicto loco construi et ædificari possit. Quod Deo auxiliante factum est et adhuc permanet, monasterio quamvis e fundamentis everso.

⇒ Carolus, filius Philippi ducis Brabantiae, primum lapidem capellæ Nostræ Dominae de Gratia posuit. Anno igitur 1450 omnibus necessarijs ad dictum opus præparatis et habita prius a diocesano et duce Philippo et Capitulo ac parochia Anderlectensi licentia ut oportet. Metuendus dominus Carolus de Cherlois prout unicus hæres et filius eiusdem ducis Philippi, profesto Cathedræ die sabbati in ieiunio primum lapidem suis armis insignitum huius capellæ posuit. Et eodem die de consensu episcopi Cameracensis primam missam in parva domuncula ibi stante, ut præmissum est, celebrari fecit.

⇒ Joannes archiepiscopus Remensis visitat Dominam Nostram de Gratia et largas largitur indulgentias. Post hæc in aprili dum constueretur capellæ venit huc in propria persona ad visitandum nostram Dominam de Gratia et ad audiendum missam Joannes archiepiscopus Remensis qui contulit certis diebus per annum visitantibus dictam capellam et ad ipsum ædificium/ædificium eleemosynam tribuentis largas indulgentias ut patet ex subsequenti copia.

Joannes ^x miseratione divina archiepiscopus et dux Remensis primus par Franciæ ac Sanctæ Sedis apostolicæ legatus natus, universis præsentis litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a Christi fidelibus digne et laudabiliter serviatur, et de abundantia pietatis suæ quæ merita supplicum excedit, et vota bene servientibus multo maiora tribuat quam valeant promoveri. Nos tamen nihilominus desiderantes reddere populum acceptabilem Domino, ac fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis muneribus. Indulgentijs videlicet et remissionibus invitamus ut reddantur exinde divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur ut capella ad honorem gloriosæ Virginis Dei genitricis Mariæ in loco vulgariter dicto ten Schuete extra muros opidi Bruxellensis nostræ provinciæ ac Cameracensis diocesis noviter constructa magis assiduis et quo ad cultum divinum congruis in posterum frequentetur honoribus, et eidem in suis ædificijs sibi necessarijs una cum eorum quæ ad eundem cultum spectant largiori administratione promptius succuratur. De omnipotentis Dei misericordia, gloriosæque Virginis Matris eius et beatorum apostolorum Petri et Pauli omniumque sanctorum meritis et intercessione confisi omnibus vere pœnitentibus et confessis dictam capellam visitantibus et eidem manus porrigentibus adiutrices in Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Sanctissimis Sacramenti, Joannis Baptistæ, beatorum Petri et Pauli, ceterorumque apostolorum, atque Evangelistarum, Beatæ Mariæ Magdalenæ,

beati

⇒ ^x Is fuit Joannes Juvenalis de Ursinis, domini de Treinal et Michaelæ de Vitry filius et scriptor historici Franciscio/*Franciæ*, obiit 14 jullij 1473, sepultus ante maius altare metropolitanum.

beati Laurentij martijris, Assumptionis et alijs singulis Beatæ Mariæ Virginis, Beatæ Gudulæ, Sancti Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, Beati Martini, Beatæ Katherinæ atque Beati Nicolai festivitibus, ac earum octavis, quolibet dierum prædictorum ac toties quoties uno eodemque die, dictam capellam devotionis causa visitaverint quadraginta de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus per præsentem. Datum Bruxellæ sub sigillo nostro anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo mensis aprilis die decima sexta. Jhesus. Subsignatum G. Videfroy.

⇨ B. Mariæ domus Lauretanae celebritas tempore huius jubilæi.

Quanta quoque Lauretani templi celebritas, quantus cultus, quanta donorum copia his temporibus fuerit Flavius Blondus historicus qui Eugenio IV ab exemplis fuit pulchre describit: Recanetum inter et Adriaticum mare paulum a Musione fluvio recedit celeberrimum totius Italia/*Italiae*, ut/*et* in aperto immunitoque vita/*vico* sacellum gloriosæ Virginis Mariæ in Laureto appellatum. Quo in loco preces supplicantium a Deo Genitricis suæ intercessione exaudiri illud maximum, certissimumque est argumentum, quod eorum qui votis emissis exauditi fuerunt ex auro, argento, cera, pannis, veste linea, laneaque appensa donaria, magna luenda pretio, basilicamque omnem plene/*pene* complementia episcopus Recanetensis in Dei Virginisque gloriam intacta conservat. Fuit tamen hæc domus ab anno 1294 huc delata.

⇨ Nutrix Isabellæ principis moritur.

Hoc anno 1450 sexto calendæ may, Brugis obiit Nicor Gondisalvi, ingenua matrona, nutrix illustrissimæ principis nostræ Isabellæ Lusitanæ. Sepulta est eandem in urbe apud vestales Sanctæ Claræ.

Raso Graviensis/*Graniensis* Maleviæ toparcha Antonio Croiacensi Heverlam iuxta Lovanium vendit. Divæus lib. 1, c. 4, Branb.

⇨ Qui iverunt Romam pro lucrando jubilæo non expectata bulla puniuntur.

Videamus quid actum in Capitulo Nostro: ordinamus, inquiunt diffinitores, quod regressi visitatores a Capitulo Generali diligenter se informet quæ personæ ordinis in provincijs ipsorum/*eorum* iverunt Romam pro indulgentijs anni jubilæi consequendis, non expectata expressa consultatione dicti Capituli, et quæ motiva ad hoc faciendum habuerint, et in futuro Capitulo referant. Et tunc ordinabitur prout salutem animarum et bono totius ordinis videbitur expedire. Et insuper quia constat dono Dei de indulgentia plenissima isto anno jubilei sanctissimo ordini nostro concessa si quod absit aliquæ nostri ordinis personæ in futurum repertæ fuerint Romam ire, volentes tanquam ingratae indulto apostolico recludentur.

Quia ut diximus anno 1441 illustrissima Isabella Brabantia ducissa faciem Odei cum altaribus duobus pulcherrimam construi curaverat in templo cartusiæ Antverpianæ et alia multa beneficia contulerat dictæ domui quæ omnia recenset domnus Arnoldus Belmont, prior eiusdem loci, propterea ne ingrati viderentur religiosi petierunt licentiam a reverendo patre et capitulo generali se sese pariter ad quædam beneficia spiritualia obstringendi cuius concessionis talis est tenor:

Nos frater Franciscus (Maresme) humilis prior Cartusiæ, ceterisque/*ceterique* diffinitores Capituli Generalis ordinis Carrtusiensis auctoritate præfati Capituli approbamus et confirmamus universa et singula beneficia spiritualia illustrissimæ dominæ Isabellæ, filiæ excellentissimi regis Portugaliæ ad Dei gratia ducissæ Brabantia, etc. per priorem et conventum Beatæ Catharinæ prope Antverpiam ordinis nostri præfati causa rationabili sponte liberaliterque concessa cum ceteris obligationibus in litteris quibus præsentem affiguntur ad plenum concessis in cuius approbationis et confirmationis testimonium sigillum domus nostræ Cartusiæ præsentibus duximus apponendum. Anno a Nativitate Domini 1450. Sedente præfato capitulo nostro Generali.

1450

⇒ Domus Sanctorum Rogatiani et Donatiani apud Nanetes in Britannia America ordini nostro incorporatur. Hoc sanctissimo et celeberrimo jubilæi anno domus prope Nanetes ordini nostro incorporatur his Verbis: Novam plantationem iuxta civitatem Nanetensem in Britannia contemplatione Illustrissimorum dominorum videlicet ducis Britanniae fundatoris eiusdem et domini comitis de Richemont, domini de Partenay et comestabularij Franciæ ordini nostro incorporamus in nomine Paris et Filij et Spiritus Sancti. Amen. Quam foundationem ob piam ipsorum devotionem domum beatorum martijrum Donatiani et Rogatiani appellamus.

Illustrissimus autem princeps et dominus, dominus Franciscus, dux Britanniae hoc eodem anno indulgentiæ et gratiæ obiit (ni fallor) 18 julij.

⇒ Mutatio officialium.

Domnus Henricus Joannis Heeswyck, prior domus Ultraiectinæ absolutus fuit a dicto officio per Capitulum Generale et institutus procurator. Sed ut infra dicitur obiit prior.

Domnus Joannes Vos, Delphensis, professus dictæ domus Ultraiectinæ ac dudum procurator, absolutus fuit a prioratu domus Brugensis et institutus prior in domo suæ professionis, loco prædicti domni Henrici, perseveravit in eodem officio usque ad annum 1458. Fuerat autem hic domnus Joannes Vos ordinis Theutonicorum et commendator unius commendaturæ ordinis eiusdem et vel procurator Schaffemaer in domo Ultraiecti.

⇒ Guilielmus naturalis filius comitis Hollandiæ et Hannoniæ redditus ordinis nostri.

Hoc anno vita defungitur nobilis dominus Guilielmus, naturalis filius illustrissimi Guilielmi sexti, ducis Baviariæ, comitis Hollandiæ et Hannoniæ, qui dudum spreto uxore cum omnibus huius mundi pompis factus fuerat clericus redditus ordinis nostri in domo Brugensi. Notavi alibi illum fuisse primum Schagæ dominum.

⇒ Oswaldus Anglus scriptor ordinis.

Oswaldus Anglus vir moribus et doctrina insignis omnique eruditionis/[eruditione](#) genere sua ætate excellens. Scripsit (Possevino teste) tum Meditationes solitarias tum de remedijs tentationum. Vivebat hoc anno 1450.

⇒ Moritur Paulus de Rivo, notarius curiæ Leodiensi benefactor domorum huius provincia/[provinciae](#).

Hoc anno 1450 in Vigilia S. Laurentij sepultus fuit in cartusia Leodiensi Paulus de Rivo, notarius Curiae, qui nostris eratis multoties servivit et benefecit ac post mortem quatuor domibus ordinis nostri hæreditates reliquit, videlicet/[ven.](#) fratribus domus Hollandiæ, domus Antverpiæ et domus de Zeelem domui vero Leodiensi domum suam cum omnibus mobilibus legavit. Unde habuit plusquam 580 griff.

⇒ Externa

Anno 1451 quarto idus martias Fortigarius episcopus Atrebatensis visis litteris apostolicis Davidem de Burgundia in Arcis Arkenis sacello iuxta Audomaropolim Tornacensem creat episcopum adstantibus Tullensi et Gobeldensi episcopis.

Hoc pariter anno Fredericus 3, imperator Romæ in Basilica Vaticana 19 calendas aprilis a Nicolao 5 papa coronatus est.

⇒ Jubilæum Mechliniæ celebratur cum concursu maxime/[maximo](#) provinciarum Belgij.

Hoc anno ad instantiam Isabellæ ducissæ Nicolaus V concessit indulgentiam jubilæi pro quæ lucranda statio posita est Mechliniæ ubi maximus concursus fuit harum provinciarum.

Amurates II Turcarum rex VIII Hadrianopoli moritur, succedit Mahumetes II Turcarum rex IX et primus Orientis imperator.

Leodienses rogati a Gandensibus pro fædere et auxilio respondent pacem cum Joanne duce a maioribus suis factam nolle rumpere eos que hortantur ut cum Philippo principe suo modestius agant. Meyerus.

⇒ Nicolaus V fautor ordinis et benefactor domus Paduanæ.

In Capitulo ordinata missa de Spiritu Sancto S.D.N. Nicolao papa V qui ordini nostro valde afficitur: Cui sanctissimo Domino Nostro affectibus quibus possumus ad pedes suæ sanctitatis genibus provoluti humiliter regratiamur pro largitione plenæ indulgentiæ anno jubilæo toti ordini nostro gratiose et valde pie concessæ, et pro donatione cuiusdam monasterij prope civitatem Paduanam ad opus foundationis domus ordinis nostri Beatorum Hieronymi et Bernardi sua gratia novitur erecta.

⇒ Obitus Amadei, episcopi Sabinensis qui quondam Felix 4 dictus in Schismatæ electus papa.

Hoc anno 7 januarij Lausanæ obiit dominus Amadeus quondam dux Sabaudiaë, postea episcopus Sabinensis et in paterno dominio legatus vicarius que perpetuus scribitur fundator domus Petri Castri quia predecessor ipsius Amadeus VI sabaudiaë comes eam fundavit obiit 1383. (Nota quod hoc anno 1450 auctor anonymus Speculum Cartusianorum se absolvisse scribat.)

1451

⇨ Tricennarium pro parentibus personarum ordinis ordinatum.

Honestis et pijs rationibus permoti, seriose ordinamus quod amodo in carta Capituli Generalis ponatur beneficium tricennarij pro omnibus parentibus, benefactoribus recommendatis pariter et amicis omnium personarum ordinis nostri singulis annis in qualibet domo ordinis persolvendum cum prima oratione inclina famulorum et famularum et ceteris, et in missa omnipotens qui vivorum.

⇨ Obierunt de genere fundatorum domus Montelli

In carta huius anni obiisse habetur magnificus et potens dominus, dominus Manffredus de Colalto, comes de Gremio, fundator (forte successor) domus Montelli in Tuscia.

⇨ (Obierunt de genere fundatorum) domus de Padula

Item dominus Aymericus de S. Severino, comes Caputacij est et Caputaquensis (vel forte de Capaccio) successor fundatoris/[foundationis](#) domus S. Laurentij de Padula: sic etiam nobis retulit.

Illustrissimus dominus Lucius de S. Severino archiepiscopus Salernitani, nuntius apostolicus apud serenissimos principes Belgij progenitores suos barones S. Severini esse fundatoris domus de Padula.

⇨ Casus lamentabilis in ædificatione capellæ in Schuete qui hoc anno vel sequenti accidit secundum conferentiam locorum et auctorum ad invicem.

Existimo casum lamentabilem quem tangit pater Marcellius etc. libro foundationis et ad longum describit magister Adrianus Dullaert hoc anno accidisse non præcedenti ut prædictus pater scribit quia si anno 1450 (ut ipse in quodam loco asserit incepta est) capella non potuit intra tam paucos menses absolvi et ad tectum usque perducì. Accidit, inquam quod dum dicta capella Beatæ Virginis cum scalijs in tecto cooperiri deberet tres operarij tectores videlicet pater, filijs et nepos ob eorum ut præsumi potest negligentiam aut indiscretam custodiam aut forte maligno Spiritu cooperante, aura clara, quieta et serena existente, desuper et simul, unicoque momento de eodem tecto ceciderunt in terram die mercurij in profesto Ascensionis Domini: quorum unus ut puta pater in ipso casu in terra subito mortuus inventus fuit: Alter autem, ut puta filius tribus diebus sequentibus supervivens pœnitentiam agens, sacramentis S. Matris Ecclesiæ fulcitus diem suum clausit extremum. Tertius autem ut puta nepos supervivens/[superveniens](#) mansit tamen mutilatus. De quo lamentabili casu nihil aliud possum dicere quam quod iudicia Dei sint abyssus multa. Multam tamen præbuit/[tribuit](#) materiam domino Dullaert et alijs super hoc philosophandi.

Circa hunc annum obiit egregia domina, domina Johanna de Bethunia, comitissa de Ligny et de Guise ex genere fundatoris Vallis S. Petri et magna benefactrix et reparatrix dictæ domus.

⇨ Fundator Vallis S. Petri, dominus Reginaldus, dominus de Rosoy, anno 1140.

Anno 1452 Crudelia prælia inter Philippum ducem et Gandenses; in quibus nullus servatur redemptioni ; sed ad unum omnes necantur.

⇨ Erasmus de Wirten de genere comitum prior Coloniensis moritur.

Erasmus de Wirten inter illustres Germaniæ comites vere fuit illustris quippe multo qui gloriosius suam illustravit familiam, quod ex/[ea](#) primariæ ædis Coloniensis canonico pauperculus cartusianus sit effectus, quam si mundano inhærens fastui, seculo diutius servivisset. Vixit vero in Coloniensi cartusia partim in cella, partim in prioratus officio annos circiter sex et viginti, obiitque non sine insigni vitæ sanctimonia M CCCC LII.

Joannes Andeganensis/[Audogavensis](#) Renati et Isabellæ Lotharingiæ filius, defuncta matre Lotharingiæ ducatum adipiscitur. Is ex Maria Caroli Borbonij ducis filia Elisabetham, Renatum Joannem et Nicolaum liberos sustulit.

⇒ Domus Paduana ordini nostro incorporatur.

Eodem anno 1452 domus Paduana ordini nostro incorporata est his verbis per Capitulum novam plantationem iuxta civitatem Paduanam contemplatione reverendi in Christi Patris dominus Petri Donato quondam episcopi Paduani fundatoris eiusdem et reverendi in Christo patris domini Fautini Dandulo, episcopi Paduani moderni magni fautoris et promotoris præfatæ foundationis ordini nostro incorporamus, etc.

⇒ Ordinatio domibus proficua.

Sequitur et hæc ordinatio quæ merito his temporibus renovanda/[reverenda](#) et inulcanda esset. Cupientes dispendijs domorum ordinis quantum possumus Deo auctore præcavere, Seriose prohibemus/[prohibemus](#) ne pecunia ex venditione et alienatione reddituum seu bonorum immobilium domorum ordinis pro emendis redditibus recipiatur ad usus annuos quam ad perpetuos redditus etc. sub pœna contenta in statutis.

⇒ Memorabile miraculum factum per Dominam Nostram de Gratias quamvis forte hoc anno præcise non contigerit.

Quædam matrona habitans in Vlesenbeke excessive patiebatur de calculo, nec valens a medicis aut alias invenire remedium, audiens de virtutibus per nostram Dominam de Gratia factis, venit quod IX diebus continue eam personaliter visitaret pro remedio salutari ab ea obtinende/[obtinendo](#). Quod cum quatuor aut quinque diebus continuasset super locum dictum den Hoochoutere album lapidem emisit ad imaginem fere unius ovi qui diu sed fractus pependit in reticulo, in capella, quo emisso ab omni dolore se sensit liberatam. Ex quo signo plures diversa patientes cæperunt similia vota emittere, et novem diebus continue eundem locum visitare aut circa locum remanere, et omni die suas oblationes offerre. Et quia pro tunc pauca hospitia ibidem erant constructa in tentorijs et palpilionibus ex diversis partibus ubi iacebant, quibus piæ mentes et qui sedebant ad apportatum ex oblatiis necessaria victus providebant præcipue pauperibus et indigentibus. Unde propter maximum concursu peregrinorum plura ibidem hospitia constructa fuerint. Sed usque ad unum iam omnia sunt deposita. Ex quo miraculo novenarius numerus commendatur.

⇒ Reverendissimus dominus Joannes de Haricouria, archiepiscopus Narbonensis.

Circa hunc annum obiit reverendissimus dominus, dominus Joannes de Haricouria primo episcopus Ambianensis postea Tornacensis et deinde archiepiscopus Narbonensis, fundavit et dotavit unam cellam in domo Capellæ et anno 1450 assignavit agros et redditus pro fundatione unius cellæ in domo Tornacensi/[Tornacensis](#) quia fuit magnus amicus ordinis.

⇒ Constantinopolis a Turcis capta. 29 maij caput imperatoris Palæologi lanceæ infixum spectaculo fertur, filij ante ora parentum occisi viri nobilitata/[nobilitate](#) conspicua/[conspicui](#) tanquam bestię mactati sacerdotes lamati monachi excarnificati sacræ virgines incestu pollutæ et occisæ divina altaria protrita sceleratus Mahomet manus in sanguine Christianorum lavat.

Anno 1453 Constantinopolis Orientalis imperij caput et sedes diebus quatuor et quinquaginta/[sexaginta](#) omnibus operibus impugnata 29 maij a Mahumete Turcarum rege capitur, et Constantino Palæologo imper. in pugna occiso, Christianorum in Oriente imperium finitur. Onufrius ad annum præcedentem hæc refert: sed pro nobis faciunt Bonfinius, Æneas Silvius, Leonclavius, Mariana; et quod caput est Franciscus Foscarius Venetiarum dux in sua ad Fredericum imper. epistola anno 1453 julij 27 data, qua expugnatam scribit/[describit](#) Constantinopolim 29 maij proximo elapsi. Est autem capta Pentecostes feria secund. Ut/[Et](#) violatæ fidei quam in concilio Florentino Joannes Palæologus imp. dederat, mercedem agnoscas. Ex eo tempore urbs illa Turcici imperij sedes fuit, suis copijs et nostris malis clara. observatione dignum videtur imperium Constantinopolitanum auspicijs Constantini magni in Oriente excitatum, in altero Constantino defecisse: sic et Romanum in Occidente imperium, quod Augusto Cæsari initia sua debebat in Augusto est extinctum.

In Portugallia nummi aurei recens percussi inprimis probi, cruciati ex eo dicti, quod per hæc tempora, Lusitanis venia a Pontifice concessa est quicumque cruce insigniti adversus Christiani nostris/[nominis](#) hostes arma sumerent.

Dissentibus a Philippo Burgundiæ duce et Flandriæ comite Gandavensibus anno 1453 ad concipiendas condendasque pacis leges. His Burgundio Siclinij colloquium indulsit, eoque Stamanpan comitem misit, quo etiam Gandavensium nomine prior carthusiæ ac novemdecim primi ordinis viri convenere. Quamquam nihil æquum eo potuerit/[potierit](#) consessu ab Gandensis/[Gandensibus](#) comes impetrare.

1453

Consideranti ac profundius intuenti casum huius urbis mirum fortasse videbitur quare Deus illam seminariam urbem quondam Martyrum tradiderit sine spe vel ægra admodum recuperandi in manus impijssimi hostis, vel quare passus sit occidere funditus orientale istud imperium ! Ratio fatalis huius excidij non est alia quam Hierosolymitani, quamvis diverso fomite, fax et flamma utriusque sit accensa, communis et una fere fuit utriusque ratio nimirum contumelia Græcorum (ut dixi) in Spiritum Sanctum, Judæorum in filium. Quod si quis eversionis antiquæ Romæ dicat eandem quoque fuisse causam, videlicet contumeliam in Deum Patrem, non aberraverit fortassis a vero. Nam propter reliquias idololatriæ, sub Theodosio clarissimum terrarum caput truncatum est teste dominus Hieronymo et Baronio qui etiam hoc boni Gothos attulisse dicit urbi, quod urbem deliberaverint a cultu et ornatu simulachrorum, cum hoc nullus ante id tempus Christianorum imperatorum officere potuisset: atque ita procedente Dei Patris vindicta in urbem Romanam ob idololatriam, urbs illa quæ posita videbatur in superbiam seculorum detracta est in terram, similiter indignatione filij procedente et componentem se contra Hierosolymitanam urbs illa populi Dei deleta est, et posita in stuporem et sibilum. Ac novissime denique urbs hæc/[hac](#), nova Roma dicta et antiquæ Romæ semper æmula propter superbiam, quæ toties Spiritui Sancto fuit rebellis, et lumini, zelante pro se Spiritu Sancto, Victoris arbitrio tradita est. Et merito in ipsas urbes et capita orbis terrarum animadvertit Deus Trinitas, utpote quæ fontes essent malorum omnium, ex quibus vitia derivabantur in subditos populos.

⇨ Plusquam duodecies processum Spiritus Sancti relapsi negaverunt.

Dedicata fuit olim hæc urbs anno Christi 330 et 1453 capta, quæ postquam in potestatem hostium venit, accepit statim alias leges. Templum ipsum quod totius Thraciæ spolijs et urbium denudatione fuerat erectum et ornatum post primam eversionem quæ sub Anastasio imp. bello plebeio inter Byzantinos exorto facta fuerat, hoc demum anno captæ urbis direptum ac profanatum titulum et nomen amisit. Fama Constantinopolitanæ civitatis templi que devicti statim omnes totius orbis Christiani provincias pervagata est, ad cuius primum nuntium Europæus orbis ingemuit. Inclyta Germania tota contremuit, horrerunt reges et principes, filij regum et principorum eorum, quorum dissidijs factum est, ut duo maxima imperia Trapezuntinum et Byzantinum, quatuor regna, viginti provincias, ducentas urbes Turca nobis ademerit.

⇨ Erant nongenti presbijteri in templo S. Sophiæ qui divinum officium die ac nocte sine ulla interpolatione peragebant.

Joannes Heinsbergius præsul Leodiensis Traiectensibus bellum minatur, sed mox Philippus dux Brabantia negotium componit.

Gandensis rogati a rege Gallia de pace ineunda cum principe suo Philippo tergiversantur quod illum nova et iniusta vertigalia introducere velle dicerent.

Circa hunc anno/[annum](#) obiit egregius et magnificus dominus Bonifacius, marchio Ceve ex fundatoribus domus Casularum.

⇨ Obitus Beati Laurentij Justiniani, qui dum vixit fuit cartusianis familiaris. Vide vitam et opera eius.

Hoc anno 1453, 6 idus januarij in cœlestem patriam commigravit B. Laurentius Justianus ... patriarcha Venetus/[Venetiis](#) qui aliquando cum sedisset inter fratres cartusianos ad Umbram patulæ fagi, et dicere aliquid parraret extemplo nimbis et tonitruis incredibili cum fragore misceri cœlum visum est. Cum vero fratres hinc pluviam grandinemque metuerent, hinc ægire ferentes concupita prædicatione fraudari, subridere cæpit Laurentius et manu movere quiescite, inquiens fratres, hæc sunt Satana Ludibria, qui mendax fuit ab initio, et in veritate non stetit, nunquid verbum Dei alligare poterit ? Vix igitur sermonem instituit, et ecce cœlum visum est aperiri, diesque lætissimus pro fratrum desiderio obsequentissimum præbuit obsequium.

Iam præscripta capella in Schuete, ut præscribitur, ædificata, cooperta, et ad Dei et Beatæ Virginis honorem completa ac hominum peregrinantium spatio iam fere quatuor annorum continuata devotione, ac comparatis ex supercrescenti apportu certis terris circumcirca eandem capellam iacentibus, nec non uno hæreditario reddito sex florenorum renen. et duorum petrorum auri annuorum. Et eleemosynarum seu/[se](#) apportatus elargitione tam propter reliquias tunc instantis guerræ Flandrensium quam etiam propter communem mortalitatem ac blandorum caritiam. Iam duobus annis et plus decrescente ac tepescente iuxta illud Matthæi 24: cum supervenerit iniquitas cessabit caritas, quandoquidem defectus obvenire solent testante imperatore Justiniano in quodam suo authentico propter peccata hominum contra naturam peccantium et blasphemando Deum, per caput et capillos Dei iurantium, dicitur/[dicitur](#) enim in textu illius authentici ad literam/[litteram](#) quod propter hæc et huiusmodi crimina et fames, et terræ motus et pestilentie fiunt.

Ut autem divina officia ibidem publice et tute ad honorem Dei salubriter possent celebrari, institerunt magistri fabricæ prædictæ capellæ apud dominus/[dominum](#) Joannem de Burgundia, episcopum Cameracensem, ut eandem/[eamdem](#) capellam vellet consecrare. Pro illa vice noluit consentire, sed eandem consecrationem distulit donec et quousque desuper maturius cum prudentibus deliberatus esset.

Post hæc paucis effluxis diebus, cœpit vulgus aliquid in pristinam devotionem ad Nostram Dominam de Gratia Spiritu Sancto cooperante reductum mediantibus certis personis dicere et dominos de senatu Bruxellensium avisare quod locus circa dictam capellam esset valde aptus et idoneus pro uno monasterio, ex qua avisatione et fama quidam crucifer presente magister Adriano Dullaert opidi/[oppidi](#) secretario senatum Bruxellensem adiit rogans instantius ut prædictam capellam cum suis pertinentiis idem senatus sibi dare et assignare vellet. Sed denegata petitione amplius non est reversus. Similem etiam instantiam dicitur fecisse quidam ordinis Cisterciensis professus dominus de Molinis civis Bruxellen.

Prædicta omnia et singula in mente revolvens et considerans magister Adrianus Dullaert prædictus quod absque divino instinctu et sine magnarum futurarum et sperandarum rerum mysterio prædicta prodigia signa et prosperitates capellæ usque ad illum statum in tam parvo temporis spatio deducta non fuerunt. Et specialiter attendens ad verbum decreti quo dicitur quod devotis locus non debeat a iste/[mysteriorum](#) gratia diu vacuus permanere, sed quod populorum frequentia quæ avide et dietim contingebat ibidem servatis regulis ecclesiasticis et canonibus integrum habere deberet probata firmata religione conventum. Attendens etiam quod dictus locus de Schuete esset campestris et satis longe ab opido/[oppido](#) Bruxellensi distans, pro monasterio monialium inidoneus esset, nec propitius alijs monasterijs mendicantium qui in publico incertum habent quærere victum. Ascenderunt in cor meum recommendatæ vitæ probitas morum honestas, excellens scientia ac antiqua, honesta et scholastica Lovaniensis notitia venerabilis et constantis ac probatæ religionis viri magistri Henrici de Loen in sacra theologia per rigorem examinis licentiati pro tunc domus cartusiensis Capellæ de Herne extra Angiam professi et prioris.

Et potissimum quod illa cartusiensis percelebris vita quæ multos viros excellentis/[excellenter](#) litteratos et beatos ac sanctæ sedis apostolicæ ministros et rectores enutrivit. Et quod ordo ille in Ecclesiæ militante propter ipsius constantiam et pœnitentiam ac regularis vitæ contemplativæ excellentiam specialiter extitit commendatus. Et quod ordo ille cartusien. in vicino seu districtu Bruxellensium monasterium non haberet. Hæc omnia primitus detexit domino amano Bruxellensi tanquam domino et patri suo prædilecto quem scivit et cognovit sincera mente dictum ordinem cartusiensem, et prospera dicti loci Nostræ Dominæ de Gratia cordialiter diligere. Qui etiam in hæc verba respondit: Laudetur nunc Deus omnipotens, optimum habetis propositum, nosco et scio ordinem cartusiensem esse valde honestum et propitium isto loco, nec est ordo quem præscriptum locum prædiligenter occupare præter illum. Dictus autem amanus dominus

1454

Joannes de Angia alias de Kestergate, magnum amorem gessit ad ordinem nostrum, ex eo quod predecessores sui aut de parentela sua fundatores fuerint domus cartusienis in Hernijs. Sicque proposito magistri Adriani acquievit contulens, ut dominus/domnum Henricum Loen priorem Capellæ per litteras Bruxellam vocaret. Quo personaliter comparente habiti sunt diversis et repetitis viribus sermones inter eum et dominum amanum et quosdam amicos de lege, qui tandem in hanc conclusionem convenerunt. Ut ipse prior Capellæ desuper loqueretur cum magistro Jacobo Rubs priore cartusiæ Gandensis ac provinciæ visitatore, locumque visitarent, an esset congruus monasterio ædificando, cunctaque in proximo Capitulo Reverendo Patri et diffinitoribus patefacere, sine quorum scientia, auctoritate et consensu in hac materia ulterius progredi non possent. Et pendente hoc tempore avisarent secrete prædicti amici de modo forma et ordinatione fundatione futuri monasterij et de annuis redditibus quibus septem fratres religiosi sacerdotes, unus conversus, duo aut tres donati rationabiliter sub observantia regulæ cartusienis vivere Deo et B. Virgini servire possent.

Hoc anno 1453 obiit dominus Marianus in seculo dictus Nicolaus, patria Volaterranus qui ordinem nostrum ingressus est in domo Florentiæ anno 1406, in qua procuratorem egit anno 1419, post anno 1424 ordinatus fuit primus prior Venetiarum, ac etiam Paduæ edidit insignem librum carmine heroico de verbis Domini in cruce pendens. Quem anno 1447 dedicavit dominus/[domino](#) Petro Donato episcopo Patavino, domus eiusdem Paduæ fundatori etc. Vide Bibliothecam Cartusiana.

Anno 1454 Philippus princeps rebus patriæ compositis contra Turcas moturus convocatis Artesiæ ordinibus centum viginti aureorum coronatorum millia stupentibus cunctis exposcit: Verum non amplius 56 (Meyero 42) ordines obtulerunt, hac tamen lege, ut nihil penderent, nisi in Turcas proficisceretur. Respondit dux, nihil alias se velle. Ex archivis Atreb. Locrius.

⇨ Magister Adrianus neglexit ordinationem sibi commissam X mensibus.

Quamvis autem magister Adrianus commissionem scribendi modos et conventiones fundationis futuri monasterij in Schuete acceptasset tamen impediante Diabolo et alijs causis lucrativis occurrentibus, spatio quasi decem mensium præpeditus, Deum ac huiusmodi sanctum propositum penitus neglexit. Tandem hoc anno 1454 dominica reminiscere tempore quadragesimali (⇨ Exemplum pœnitendi et negligentias recuperandi sancto tempore Quadragesimali) hæc in animo suspirando revolvens recognovit se graviter per huiusmodi negligentiam Deum offendisse, sed ad cor rediens confitens et pœnitens Dei ac gloriosæ Matris invocatus/[invocatis](#) auxilijs mox et celeriter ad totius propositi et præconcepti negotij ordinationem in solitudine rediens et rememorans vovit Deo et B. Virgini se nullam aliam causam quantumcumque lucrativam accepturum aut expediturum, nisi eadem ordinatione conscripta et perfecta quod Deo auxiliante primo et unico die perfecit. Quæ visitata fuit per ammanum et amicos atque correctata, et per magistrum Adrianum eadem subsequenti nocte in mundo redacta, spectra omni diaboli suggestionem quæ sibi et clerico grossanti supervenit.

Altera die in hora congregationis senatus per eundem magistrum Adrianum facta est in eodem senatu, humilis petitio, ut ipsi domini de lege prædictam ordinationem ad honorem Dei et Beatæ Mariæ Virginis per dominos deputatos avisatam et conscriptam benigne audire et desuper deliberare vellent, cui omnes consenserunt salvo uno qui suam causam diu coram lege pendentem decidi primo voluit.

⇨ Dubitatio quædam.

Prælecta igitur ordinatione dubitatum fuit: an scilicet iustum et honestum esset ac nationi/[rationi](#) consorum/[consonum](#) bona septem fratrum saccitorum ad usum fundationis novæ plantationis monasterij cartusienis in prædicto loco Nostræ Dominæ de Gratia applicare, et illa eisdem fratribus Saccitorum auferre.

Prædictæ autem dubitationi fuit incontinenti per os magistro Petri de Thimo, advocati oppidi/[oppidi](#) responsum bona fratrum Saccitorum antiquitus originaliter et primo

fuisse instituta pro distributione eleemosynarum pauperum peregrinorum transeuntium, et per quosdam fratres S. Nicolai in Bruxella eisdem peregrinantibus elargita. Et illa postmodum successu temporis per fratres Saccitorum ad suos proprios usus usurpata, et per episcopum Cameracensem ordinationi opidi/**oppidi** sub conditione et spe reformationis fratrum Saccitorum pie commissa, quam cum non servarent neque alias conditionis etiam Dei servitium et eleemosynarum elargitionem negligerent mercantijs vacarent. Idcirco non solum licuit imo ex Dei iustitia debuerunt ad meliorem et sanctiorem utilitatem convertere. Atque ex speciali et antiqua ordinatione potuerunt legislatores dicta bona conferre in usum cartusiensium maxime summi pontificis et Cameracensis hinc ex traditione nostri referunt Philippum Bonum dixisse optimatibus suis frequentius Bruxellas venire, si meos ibi cartusianos haberem. Antistitis consensu et auctoritate accordentibus et ad complacendum duci et ducissæ qui multum ordini cartusienfi afficiuntur, et in magno reverentia habent, qui fratres cartusienfis pro benefactoribus ac illis qui bona Saccitorum reliquerunt, (plusquam Sacciti fecerunt) ac pro toto opido/**oppido** Deum devotius et attentius die noctuque possint exorare, nec non etiam viatoribus et peregrinis pauperibus ad portam eiusdem monastrij iuxta bonorum facultatem eleemosynas elargiri.

⇒ Ex hoc perpendat lector quantum intersit religiosis hominibus viros principes fautores habere.

Bona Saccitorum pro tunc valebant circa quatuor modios tritici LXXXI modios siliginis, XV modios avenæ **XVII noc, ...** en groot Brabants.

⇒ Notent officiales se pergrinis pauperibus debitores esse.

⇒ Bona albarum Dominarum respuentur a cartusianis.

Et quia dicta bona Saccitorum non sufficiebant intendebant amici addere bona albarum Dominarum de Jherico eo quod minus honeste regulariter que se gerebant. Sed quia dictæ dominæ approbatæ religionis S. Victoris erant non consenserunt priores ordinis nostri quod propter ordinem nostrum privarentur suis hæreditatibus aut redditibus. Imo maluerunt esse contenti pro principio de bonis Saccitorum sicut et fuerunt.

Præscripta igitur ordinatio, ut præmittitur in senatu admissa et conclusa una cum alijs materijs in magno concilio opidi tunc temporis ad numerum sexaginta personarum notabiliter congregato publicata fuit. Et quamvis aliqui sibi timerent a dæmonio meridiano, et de acquisitione bonorum et divitiarum. Tandem tamen 22^a martij ante Pascha post meridiem præscripta ordinatio erectionis et foundationis cum gloria, gaudio et honore et Beatæ Mariæ Virginis in dicto loco exaltatione approbata conclusa et confirmata est.

Quæ omnia sicut gesta fuerant, cum retulisset reverendo patri et ceteris diffinitoribus capituli venerabilis prior Gandensis sic rescripserunt legislatoribus opidi Bruxellensis. Honorabilibus et magnæ circumspectionis dominis, dominis burgimagistris et rectoribus inclyti opidi Bruxellensis dominis suis et fautoribus præcipuis.

Post labilis huius viæ et vitæ cursum vitam consequi sempiternam.

Honorabiles domini relatione venerabilis nostri prioris Gandavi ac scriptis venerabilis fratris nostri prioris Capellæ, didicimus quod qualiter pro divini cultus affecti augmento, altissimo aut dubium id dante in corda vestra unam novam domum ordinis nostri non longe a mœnijs per orbem terrarum famati opidi vestri in loco qui dicitur Nostra Domina de Gratia construere et fundare geritis in affectu. Nos igitur in huiusmodi sancto proposito vestro non immerito lætificati, vestras dominationes rogamus, et in visceribus Domini Nostri Jesu Christi hortamur quatenus tam sanctum propositum, quod Deo inspirante, concepistis ad omnipotentis Dei et cœlestis curiæ honorem et gloriam ac salutem animarum vestrarum ad finem debitum perducatis, æternam remunerationem ab eo expectantes in cœlis, cuius laudes amplificare quæritis in terris. Sed et si quid pro executione tam sancti vestri propositi per personas ordinis nostri cooperari poterimus, vobis voluntarios nos exhibemus et paratos, prout et venerabilibus fratribus nostris prioribus Capellæ, Gandavi et Antverpiæ commissimus desuper loqui et conferre vobiscum. Altissimus vos conservet et dirigat feliciter cunctis

1455

in agendis. Datum Cartusiæ sedente capitulo nostro Generali vicesima prima mensis maij anno M.CCCC.LIIII. Vestri devoti oratores Sanctus Franciscus prior Maioris Cartusiæ ac ceteri diffinitores Capitulo Generalis ordinis eiusdem.

⇨ Inchoatio cartusiæ Ferrariæ.

⇨ Præbendarij qua conditione recipiendi.

Iniuncta est missa pro illtrissimo principe et domino, domino duce mutinæ et marchione Ferrariæ qui nobilissimam fundationem ordinis nostri incæpit erigere circa hoc tempus. Ordinamus quod amodo præbendarij in ordine nostro non recipiantur nisi in manibus priorum suorum, coram toto conventu obedientiam promittant et se correctioni ordinis submittant.

⇨ Subsidium pro Capitulo Generali petitur et commendatur diligentia Reverendi Patris.

Nos diffinitores Capituli Generalis attendentes solerter diligentiam et labores continuos et fere importabiles nostri Reverendi Patris Cartusiæ circa conservationem ordinis nostri et prosperi status dicti Capituli Generalis. Et alias visitatis per nos diligenter omnibus retroactis computationibus ad ipsum Capitulum et ad totum ordinem spectantibus repperimus statum præfati Capituli pro suis omnibus necessitatibus non esse sufficienter fundatum. Eapropter cum utilitas publica pleno iure sit præferenda utilitati privatæ, ordinamus seriose quod quælibet domus ordinis amodo solvat quolibet anno ad minus, unum ducatum pro subsidio dicti Capituli invitivo. Quem ducatum visitatores a domibus provinciarum suarum habeant recuperare et sollicitè exigere et tempore Capituli ad Cartusiam apportare, vel transmittere. Et ex tunc visa experientia quomodo res se habebit, Ordo poterit statum ipsius Capituli utilius dirigere et consultius isto modo vel alio consevare. Huius ordinationis habebimus declarationem anno sequenti.

⇨ Henricus IV Castellæ rex.

Joanni II, Castellæ regi successisse filius eius, Henricus quartus. Scribitur qui sunt fundatores cartusiæ de Mira Flores.

⇨ Successio pontificum.

Anno 1455 Nicolaus 5 papa obiit nono calendas aprilis cum sedisset annis septem diebus novemdecim, atque post die quatuordecim successit Calixtus III, Valentinus Alphonsus Borgia dictus Joannis filius nobili genere natus. Unus omnium qui suo tempore scientiam iuris profiterentur eminentissimus, et qui consilium, Alphonsi regis, in quo multis annis præsederat, illiusque artes et cautiones præseferret. Inito pontificatu animum ad delendam Turcarum et legem et gentem convertit, et toto, quod vixit triennio multis eos cladibus afflixit.

⇨ Quo tempore incæptum est monasterium ædificari in Scheute.

Feria 2^a post octavas Paschæ scilicet 14 aprilis huius anni 1455 inceptum est operari pro construendo monasterio fratribus ordinis nostri in Schuete quo prior Capellæ frater Godefridum, conversum miserat. Ut/ **Et** intenderet operi faciendo, et quærentes primum regnum Dei inceperunt a domo Dei capellam levi ædificio prolongantes ex eleemosynis fidelium et apportatu peregrinorum.

⇨ Obitus confundatoris Partis Dei.

In charta huius anni invenitur obijsse circa hoc tempus domnus Joannes de Guerra, confundator domus Partis Dei. Et domina Paroneta, filia Joannis de Blonnay, militis, uxor eius.

⇒ Secreti concilij origo apud Belgas.

Philippus Bonus Belgarum princeps magno suorum commodo perpetuum instituit concilium cui præsidem ac procuratorum principis (generalem vocant) dedit, suamque semper senatores aulam sequi voluit, hac ratione subditorum lites per appellationem cogniturus, et quæ alicuius ferent momenti, suo iudicio finiturus. Cum antea pugnis et latrocinij dissidentes inter se homines ius suum tueri essent soliti; infirmiores vero a potentioribus semper opprimerentur. Senatus et curia Parisiensis (parlamentum Franci vocant) ægermine institutionem novi concilij tulit quod Flandri atque Artesij magno iurisperitorum Parisiensium/**Pariensium** quæstu in eius urbis curia per appellationem litigare essent consueti. Verum Bonus in proposito perstitit; nec tamen cuiquam appellare ad Parisienses/**Parienses** prohibuit. Secretum hoc concilium vocari voluit. Crescentibus successu temporis litibus anno 1505 Philippus I Austriacus in Hispaniam (⇒ diviso/**divisio**) profisciscens huius concilij senatores divisit, et fixam cuique parti sedem assignavit. Una Machliniæ (indito concilij supremi nomine) principis iussu sedem figente ad quam e provincialibus curijs Flandri, Artesij, Hollandi, Zelandi, Frisi et Limburgij appellant: altera in urbe Bruxellensi permanente, sevato arcani concilij nomine unicuique præside ac procuratore adtributo Huterus.

Sic Josaphat 2 parib. 19 constituit Iudices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca, et præcipiens Iudicibus: videte ait quid facitis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: et quodcunque/**quomodocumque** iudicaveritis in vos redundabit, etc.

⇒ Declaratur ordinatio facta anno preterito pro subsidio Capitulo Generalis.

De concilio Belgico transeamus ad Cartusiense in quo hæc diffinitores infiunt. Declaramus quod ordinationem anno preterito factam super ducato a quolibet domo ordinis solvando pro subsidio Capituli innativo non fuit nec est in præsentiarum intentio prioris cartusiæ nec non patrum diffinitorum quod illa solutio ducati habeat/**habet** perpetuari, nec etiam per multum temporis durare, maxime si illa quæ Pater Cartusiæ quæ/**qui** concepit in favorem Capituli prout speratur venerint ad effectum. Ideo pro pace communi omnium et quiete. Nos diffinitores una cum Patre Cartusiæ materiam istam zelantes intimamus omnibus provincijs ordinis nostri quod res ipsa modicum habeat durare, et si interim occurrerit melius in favorem ipsius Capituli poterit dictus ducatus in totum relevari. Et nos diffinitores erimus valde gaudentes et præfatis provincijs quam citius intimare.

⇒ Instantia de consecranda novæ plantationis ecclesia.

Post impetratum consensum domini Cameracensis super erectione et fundatione novæ plantationis monasterij ordinis cartusiensi/**cartusiensis** loco sæpe narrato, ipsum opidum per suis/**suos** deputatis/**deputatas** ulterius institit apud eundem, ut eandem capellam qua nondum erat consecrata ac aliud ædificium eidem annexum quod quotidie fiebat in quantum futuris fratribus erat necessarium consecrare vellet per se aut per alterum alterius diœcesis suffraganæum cum pro presenti proprium non haberet, permitteret consecrari, cui supplicationi etiam gratiose annuit. Et per missivam rogavit suffraganeum Leodiensem dominum Dionysium Rossensem episcopum ut vices eius in consecrando dictum locum supplere vellet. Quæ missiva scripta fuit hoc anno 1455, 25 augusti.

⇒ Suffraganeus Leodiensis rogatur ad consecrandum.

⇒ Non incongrue igitur in prædictæ/**prædicto** festo Nativitatis celebratur dedicatio sacelli novi intra civitatis muros.

Igitur per dictum episcopum in solemnitate Beatæ Virginis Mariæ qui/**quæ** in hunc mundum natu fuit 8 septembris consecrata fuit capella cum choro fratrum et parvo cœmeterio præsentibus prioribus ordinis cartusiensis dominis de lege et capitulo Anderlectensi, quod cum decano aliquam quærimoniam et protestationem fecerunt retro altare super iure quod habebant in dicta capella, qui verbis dulcibus et personis discretis intervenientibus placati, quod de his postea tractarent et concordarent, reversi sunt ipsi et ceteri alacres et læti ad sua.

⇒ Conditiones habentur in particulari littera et in libro foundationis fol. 14

Altera die a dictis tribus prioribus ex parte ordinis cartusiensis et ad usum eius, dicta capella et locus cum sua fundatione accepti sunt et recepti ad construendum/**constituendum** novam domum dicti ordinis secundum omnes conditiones per opidum Bruxellense præscriptas quod et D. suffraganeo expensas itineris solvit.

1455 1456

⇨ Episcopus Leodiensis Philippo duci reconciliatus Ludovico Borbonio episcopatum resignavit.

Non abs re putari debet [quoniam suffraganei Leodiensis mentionem fecimus si de episcopo etiam narrationem historiæ prosequamur. Hoc eodem anno Joannes de Heynsberch qui episcopatum Leodiensem prudenter et magnifice rexerat annis circiter triginta sex. Nescio quo tactus instinctu aut sponte vel coacte, pertæsus (ut aiebat) curarum quas in præsulatu sustinebat resignavit et reportavit in manus domini Ludovici de Bourbon (pro tunc præpositi S. Donatiani Brugensis ætati pro tunc annorum circiter octodecim qui studiorum gratia Lovani agebat). Præsulatum suum admirantibus multis, cui tamen resignationi summus pontifex prima facie præbere volebat assensum. Tandem per medium regis Arragonum, ut famabatur pro tunc residentis apud Neapolim, approbavit quod factum fuerat. Addit cardinalis Piccolominæus Papiensis quod cum eodem tempore præcipuum pontifici studium esset parandæ classis in Turcas, Philippus spondebat missurum se terra et mari grandia ad conceptum opus subsidia. Credidit senex Calistus civitatisque tam populosæ administrationem inveni, credidit munerum Ecclesiæ omnino inexpecti, æstimans annorum paucorum iacturam emolumento tanti boni pensari æquo animo posse. Quidam anno sequenti dictum præsulem Heynsbergi mortuum et sepultum fuisse anno ætatis suæ 59. Verum Zantfliet fidelissimus et diligentissimus scriptor dicit obiisse demum anno 1459 die octobris 18. Hic est heu! Episcopus quem (cum pro eodem Dionijsius cart. post matutinas in festo D. Catharinæ Virginis in cella vigilans oraret) vidit a duobus teterrimis gigantæ formæ spiritibus ante se adductum et circa ventrem et genitalia eius immensum agmen serpentum et busonum qui miserum corrodebant. Fuerat enim in vita præter vanitates alias episcopo indignas in concupiscentijs fæminarum virginum stuprator. Expavit vehementer vir sanctus, admirans æquitatem iudiciorum Dei, et cogitans illud quod potentes potenter tormenta patiuntur.

Philippus princeps Lilæ in S. Petri sacello Virgini Matri nuncupato superbissimum mausoleum maioribus suis Ludovico et Margaretæ Flandriæ atque Artesiæ comitibus, Jacobo Bruxellano opifice curat elevari.

Anno 1456 secunda maij idem Philippus princeps apud Hagam comitis in Batavis ubi agit convocatis velleris aurei equitibus comitia nonum celebrat in quibus demortuorum partes susceperere Joannes Burgundus comes Stampensis, Antonius Nothus Burgundiæ comes Rochensis in Ardenna, Adolphus Clivensis Ravestini regulus.

Borbonius præsul confirmatione a pontifice obtenta ingreditur Leodium mense julio ipso die B. Margarethæ. Verum huic solemnitati neque dux ipse Philippus neque filius eius Carolus præsens intererat. Uterque enim tum temporis in expeditione erat suscepta contra Daventrienses ut Davidem Philippi filium episcopum constituerent Ultraiectinum, cui civitates Transinsularæ potissimum resistebant.

⇨ Introitus feriæ quartæ hebdomadæ sanctæ flexis genibus inchoandus.

In Capitulo Generali hæc celebris ordinatio facta est: Ordinamus ut cantore chori stante more solito et incipiente feria 4 post festum Palmarum introitum missæ qui sic incipit: in nomine Domini omne genu flectatur, omnes super formas procumbanus quousque prædictæ sex dictione eiusem introitus finitæ sint sic manentes.

⇒ Indulgentiæ Calixti tertij.

Item intimamus omnibus personis ordinis nostri quod sanctissimus in Christo Pater et D. N. Calixtus papa III erga totum ordinem nostrum sui gratia charitatis affectu sincero permotus ex dono singulari de novo concessit omnibus personis ordinis plenam indulgentiam ad instar anni jubilæi certis sub conditionibus motivus et respectibus prout et quemadmodum in litteris patentibus reverendissimi in Christo Patris et dominus, dominus Alani cardinalis Avinionis vulgariter nuncupati desuper confectis et super annum reverendo patri cartusiæ Domino Nostro exhibitis, et est talis. Alanus miseratione divina tituli S. Praxedis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Avinionis vulgariter nuncupatus, etc.

⇒ Preces contra Turcas.

Et nihilominus pro successu prospero præfati S.D.N. papæ Calixti et suorum desideriorum fervore conservando, et in favorem Christianitatis per amplius adaugendo et pro felici triumpho universalis Ecclesiæ Sanctæ Dei citissime obtinendo contra istos Turcas pessimos Christianæ fidei inimicos fiat in qualibet domo unum tricennarium de Spiritu Sancto cum penultima oratione omnipotens sempiterne, Deus, in cuius manu sunt omnium potestates in qualibet missa ipsius tricenarij dicenda. Et nihilominus continetur/[continetur](#) prædicta oratio in omnibus missis de vivis conventualibus et privatis. Exhortantes superinde omnes personas ordinis et sinceris affectibus provocantes/[procurantes](#) ut in suis peculiaribus et secretis orationibus et devotionibus maxime tempore nocturno contemplationi dispositis habeant dictum S.D.N. papam est statum militantis Ecclesiæ propensius recommissas.

⇒ Contigit festo Mariæ Magdalenæ victoria de Turcis.

Nec spe sua frustratus est optimus pontifex, nam hoc eodem anno VIII idus augusti, in Pannonia Joanne Vaivoda duce et adhortatore ad pugnam Joanne Capistrano Minorita circiter sexaginta millia Turcarum cæsa Mahomete Tyranno saucio ac fuga salutem quærente, ob eam victoriam festum Transfigurationis Domini instituit eodem die celebrandum. Idem pontifex et eiusdem diei ecclesiasticum ordinavit officium, non tamen puto hoc ipsum quod iam habemus, quia aliud antiquius invenitur in quibusdam domibus ordinis.

⇒ Festum transfigurationis institutum 6 augusti quod optior Deus/[dies](#) non videbatur.

⇒ Mahumeti replicavit postea Pius 2 quam potens sit Deus Christianorum, etsi non semper potentiam suam ostendit.

Obsedebat Mahumetes, Belgradum quod nunc Albam vocant, cum exercitu 150.000 hominum. Christianis qui intus erant, muros, turres, et moenia fortiter defendentibus. Verum Turcis ad muros cum machinis audacter properantibus nostri exhortatione Joannis Capistrani ordinis Minorum de Observantia (ut dictum est). Viri docti et religiosissimi ad pugnandum pro Christiana fide animati portas civitatis erumpunt. Joanne cardinali S. Angeli legato Apostolicæ vexillum Sancti Crucis præferente Turcosque tam fortiter cum tanta audacia invadunt, cædunt, pecutiunt, omnesque mox in fugam convertunt, quod præ nimia festinatione multi eorum in flumine se submersi fuerunt.

⇒ Joannes Bolhusen cartusianus Gandensis alter huius sæculi Antonius.

Domnus Johannes Bolhusen cartusiæ Gandensis vicarius omni virtute claruit cunctorum fratrum quibuscum vixit testimonio sanctus. Fuit austeræ vitæ et sicut durus sibi, ita et alijs affectu charitatis lenissimus exstitit. In disciplinis erat severus, in oratione assiduus, in contemplatione fervidus quem cum diabolus supplantare nequiret, frequenter ei varia obiecit terriculamenta animalium, ursi præsertim formam induens, cuius ille conatus omnes allicit ad Christum. Obiit hoc anno. (*Was een levend voorbeeld van verstorven leven. Werd op vele wijzen bekoord door de duivel*).

1456

⇨ Apportatus et eleemosynæ minuuntur in Schuete.

⇨ Oppidum Bruxellense contribuit in dificationibus monasterij

Ex eo quod fama publica cucurrit in plateis quod oppidum Buxellense prædictam novam plantationem ordinis Cartusiens. fundavit, et quod sic idem oppidum de sua pecunia publica ipsum monasterium velut patronus faceret ædificari (quod et verum et satis iustum et congruum rationi videbatur) homines parum aut nihil conferre curabant cum tamen contrarium sperabatur per eleemosynas et apportatum peregrinorum posse construi/constitui et ædificari monasterium. Etiam tunc temporis populus afflictus/affectus fuit peste, fame, nec non bello. Igitur in senatu per amicos propositum fuit an prædicta ædificia iam incepta ruinæ dimitterentur subiacere, an de pecunia publica perficerentur, et tandem conclusum est magis ad Dei et Beatæ Virginis ac oppidi honorem ac eiusdem oppidi utilitatem fore ut quingenti floreni renenses de ærario publico ad opus prædictæ primæ levis structuræ dari et persolvi deberent et notarunt pij homines quod altero die sequenti (⇨ libro fundat. fol. 18) eiusdem anni et mensis scilicet 26 aprilis anni 1456 extitit ordinatum tricennarium de Spiritu Sancto pro benefactoribus dictæ novæ plantationis. Velox enim fuit nuntius, seu Spiritus ille qui corda rectorum et consiliorum oppidi Bruxellensis ad huiusmodi pecuniæ per rectionem uno die et altero corda patris cartusiæ et diffinitorum Capituli ad compensationem et (⇨ nota calamum scribæ velociter scribentis) retributionem perlustravit ac promovit hisce verbis: pro rectoribus, consiliarijs oppidi Bruxellensis, et omnibus fautoribus et operarijs gratis laborantibus et manum adiutricem porrigentibus circa novam plantationem, per dictos consiliarios et rectores præconceptam et iuxta dictum oppidum de novo erigendam fiat in qualibet domo ordinis unum tricennarium de Spiritu Sancto. lego quidem in monumentis huius domus hanc ordinationem factam hoc anno 1456 sed alibi ex chartis notavi annum præcedentem. Sed non audeo affirmare nisi quod utramque ordinationem, pie credim, eodem tempore sicut narratur contigisse, factam fuisse.

In eodem Capitulo huius anni 1456, commissio data est visitoribus et priori Antverpiæ quatenus evocare valeant personas compositas de domibus provinciæ sine priorum et conventuum suorum contradictione cum pace tamen, vocandorum ad honorem Dei et ordinis in nova plantatione prope inclytum oppidum Bruxellense collocandas.

Item anno prædicto mense augusti dederunt domini legislatores ultra prædictam summam quingentorum renensium ad opus emptionis utensilium pro fratribus proxime venturis centum florenos rhenenses et tractatum est de priore Capellæ domno Henrico Loen in restorem novæ domus instituendo. Quare ad instantia oppidi alij priores comissarij certum nuntium diexerunt ad Cartusiam cum litteris.

⇨ Visio cuiusdam matronæ.

Quædam devota matrona Bruxellensis Margareta Vuyten Berghe, uxor Wilhelmi Mesmakers, in visione nocturna videbat ipsos fratres cartusienses cum eorum habitu venire ad dictam novam plantationem, et ut fertur, dictum est ei quod iidem fratres consolarentur eam in suis necessitatibus et infirmitatibus quas crebro patiebatur. Cum igitur postea rector sive procurator huius domus venisset ad eam visitandum retulit eis quod per omnia eiusdem habitus erant fratres qui eidem in visione apparuissent. Unde miram et valde magnam cæpit devotionem ad hanc plantationem, in qua cellam construi fecit, et propter alia beneficia in esculentis et poculentis mater domus dicta sit.

⇨ Ludovicus postea rex Galliæ huius nominis XI profugus apud principem Belgarum.

Ludovicus Galliæ delphinus patri Carolo VII Galliæ regi insensus ad Philippum principem confugit, et annos quinque apud Belgas humanissime/humanissiric est habitus. At magno nostro malo et damno quod postea sensimus, non sine præsagio ipsius regis qui (ut fertur) dixit Philippum recepisse vulpem quæ postea Gallinas ipsius devoraret.

1456

Ad hunc igitur, electus Leodiensis quoniam susceptor suus ille erat gratulandi, ergo Bruxellas cum splendidissimo comitatu advolavit, ubi aliquandiu versatus, Leodium tandem reversus est.

⇒ Prima missa quæ fuit de Spiritu Sancto cantatur in Vigilia Nativitatis Beatæ Mariæ, qui dies est natalis S. Stephani episcopi Diensis.

In ipsa Vigilia Nativitatis gloriosæ Virgins Mariæ, congregatis patribus et fratribus incepterunt secundum modum ordinis a missa de Spiritu Sancto (quam cantavit prior Antverpiæ domnus Arnoldus de Helmont cuius diaconus fuit domnus Arnoldus Karman) divinum officium. Die autem Nativitatis eusem summam missam cantavit de eadem solemnitate domnus Henricus Loen prior domus Capellæ et convisitator provinciæ.

⇒ Primi monachi deputati ad inchoandam hanc novam plantationem, et quas obedientias acceperunt.

Venerunt igitur in principio inchoationis huius domus pro divino officio celebrando, sex monachi cum uno converso et duobus donatis in servitium dictorum monachorum. Patres commissarij in principio aliquem pro rectore huius domus non constituerunt eo quod ad instantiam oppidi scripsissent ad cartusiam pro domno Henrico Loen habendo. Sed de dictis sex monachis ordinaverunt domnum Arnoldum Karman professum domus Capellæ in vicarium huius novæ domus et plantationis, in procuratorum domnum Nicolaum de Harlem professum domus Antverpiæ et domnum Jaspas vander Stockt, professum domus Capellæ in sacristam, domnum Cornelium Block de Tolnis professum domus Diestensis et domnum Petrum de Casleto professum Sylvæ Sancti Martini, cantores, et domnum Joannem de Blisia, professum domus Leodiensis, infirmarium, quem domnus Jacobus de Gruytroede, prior domus Leodiensis sanctitate et doctrina celebris in propria persone adduxerat. Et sic quilibet monachus officium et obedientiam specialem habebat. De laicis vero fratrem Joannem Collaert, conversus professu domus Brugensis in coquinarium, fratrem Joannem Coese donatum domus Diestensis in coquum et fratrem Simonem Hunettre domus Sylvæ in protarium, et sic quilibet eorum etiam specialem habuit obedientiam et officium.

⇒ Locus luctus versus est in locum gaudij.

Et notandum quod hic annus centesimus sit ab anno quo prælium commissum est inter Brabantos et Flandros, scilicet 1356, regnante Joanna ducissa Brabantia sicut præfati sumus in initio huius scriptionis et strages magna contigit in præfato loco ter Schuete. Unde pie credendum est tam ex divina providentia quam etiam ex cœlesti influentia prædictam capellæ et monasterij erectionem a longe ex principijs remotis sumpsisse exordium. Ut/[Et](#) ubi pridem mors oriebatur corporum ibi vita resurgeret animarum. Et locus qui tempore belli prædicti, factus est locus stragis, mortis, luctus ac tristitiæ, anno centesimo qui jubilæus gratiæ dicitur ex divina gratia pacis, vitæ, gaudij et consolationis gratiæ et gloriæ triumphalis Vincentium in bello spirituali. Et sicut quam plures diversarum tunc patriarum ad pendenda corpora non tantum proximorum, sed etiam sua cum armis et fustibus et sonitu bellico ad dictum locum convenerunt. Ita et nunc post tanta tempora ex diversis mundi partibus ad dictum locum ad lucrandas animas cum devotis orationibus et varijs exercijs/[exeniis](#) et oblationibus conflueren, aut etiam per ingressum religionis se totaliter Deo et Beatæ Virgini mundo moriendo et renunciando offerrent.

Notant insuper vexilliferum ducisse qui standarium ducale in acie cadere in terram permisit cognominatum fuisse de Ascha de sic per alium eiusdem cognominis simplicem et timoratum videlicet per Petrum de Ascha (de quo superius scripsimus) in eodem loco novo standario et vexillo Reginæ Cœli et Terræ cum armis Beatæ Virginis Unigenitum suum in brachio deferrentis sursum deberet sublinari et reparari ad salutem.

⇒ Domnus Henricus Loen, rector novæ plantationis Bruxellensis.

Eodem mense septembri cum patres essent Antverpiæ in nundinis nuntius redijt ex cartusia qui obedientiam detulit domno Henrico Loen, priori Capellæ ut regimen susciperet novellæ plantationis Bruxellensis qui hactenus ignonraverat Sibi fabam cudi conventus igitur Capellæ elegerunt sibi in priorem domnus Arnoldum Karman, qui fuerat missus ad domum Bruxellæ tanquam vicarius. Et cum commissarij huc pergerent, ut electionem de se factam significarent, duxerunt secum domnum Joannem Balen, professum dictæ domus Capellæ qui eius vices susciperet et fuit aliquot annis hic vicarius, postea prior Diestensis.

1457

⇨ Senatus Bruxellensis visitat novos fratres.

Penultima die octobris eiusdem anni visitavit senatus Bruxellensis personaliter dictum monasterium et novos fratres quibus pro iucundo adventu dedit pro vino et cibarijs prandij summam quatuor librarum trium cum dimidio solidorum Brabantiae.

⇨ Item illustrissimus dux Brabantiae Philippus qui ligna et carbones domui dedit in annos singulos.

Item illustrissimus princeps dominus dux Burgundiae, Brabantiae etc. Philippus in Vigilia Omnium Sanctorum, anno praedicto, praesente domino Ludovico delphino et domino Carolo iuniore principe domino de Charlois ac alijs pluribus nobiles in capella anteriori Nostrae Dominae de Gratia procurante hoc praecipue domino Joanne de Angia, domino de Kestergate, amano Bruxellensis opidi contulit et gratuite dedit domui IIIJ^c eselayen lignorum et tres foveas carbonum singulis annis et perpetuis temporibus in futurum de quibus postmodum litteras patentes gratis dedit. Quam donationem dominus Carolus filius eius antedictus, eodem anno amano procurante suis patentibus litteris gratis datis benivole confirmavit.

Ultimo die huius anni, rector primo incæpit recipere apportatum et eleemosynas.

Hoc eodem anno circa adventum domini venit ad hanc domum domnus Henricus de Mari, professus domus Antverpiae cuius parentes nonnulla beneficia domui praestiterunt propter quæ anniversarium habent.

⇨ Domus S. Marci.

Hoc pariter 1456 domus S. Marci Vedanen aedificata est a venerabili capitulo R.R. canonicorum civitatis Belluni ditionis Venetae.

⇨ Natalis Mariae Burgundae

Anno 1457 idibus februarii Maria Burgunda Belgij princeps futura Bruxellae nascitur Carolo Audace comite et Elizabetha parentibus. Illam e sacro fonte susceperunt Ludovicus delphinus, Elizabetha Lusitana Avia paterna, et Beatrix amita Adolphi Clivij Ravestani, toparchae uxor.

In aprili incæpta est aedificari parva capella ad borealem partem capellae anterioris Dominae Nostrae de Gratia, et post Pentecosten quoad fundamenta braxatorium, et portale ante capellam .

⇨ Continuantur preces contra Turcos.

In Capitulo ordinamus, (inquiunt diffinitores) pro statu prospero S.D.N. papae Calixti et felici triumpho ac gloriosa victoria universalis Ecclesiae Sanctae Dei contra Turcos istos pessimos Christianae fidei inimicos, ut oratio omnipotens sempiterno/semperterno Deus in cuius manus sunt omnes potestates continuetur in omnibus missis de vivis conventualibus et privatis, et post Deus venerunt gentes tempore sacris vigilijs deputato.

⇨ Hospitium cartusiense Bruxellis venditur.

Commissio data pro venditione domus ter Arcke Bruxellae quae ex donatione quondam Aegidij de Monte pertinebat ad domos cartusiae, Antverpiae et Capellae, et eius capella auctoritate Apostolica per indultum dominus Calixti in prophanum locum redacta, et ut missae celebrarentur in capella Beatae Mariae Magdalenae. Et hoc in favorem huius novae plantationis, Cartusia Maior reservavit sibi censum annum. Aliae domus cesserunt iuri suo.

Domnus Joannes de Blisia, professus domus Leodiensis qui ex infirmitate nequivit sufferre onus domus et aërem huius patriae, inclinatus ad hydropisim reversus est ad domum suae professionis, in qua fuit aliquando sacrista, bonus religiosus et adiutorius in omnibus.

In cuius locum missus fuit domnus Wilhelmus Yserloe professus domus Monachorum. Vir satis idoneus qui scripsit Evangelia quae adhuc (*au-dessus de la ligne* :1627) in colloquio leguntur.

Sed indignatus quod domnus Gerardus prior suus solveret hic expensas suas post biennium reversus est ad domum suae professionis obtenta/obtentae licentia.

Vidua Petri Pot dedit L renenses pro scribendis biblijs quae Gerardus Brilis in domo Capellae conscripsit in pergamento, et puto illae esse quae in tres partes divisa, adhuc habemus.

Ladislaus Hungariae et Bohemiae rex Alberti II Austrij imp. filius posthumus dum sponsam expectat/spectral Caroli VIJ Francorum regis filiam, veneno ab Hussitis propinato in ipso nuptiarum apparatu Pragae moritur, annos nactus octodecim. Ibi in templo S. Viti apud Carolum quartum impertorem fuit sepultus in novembris.

1458

Georgius Podiebradius Hussita per tumultum et vehementem Joannis Roquæسانی Hussitarum ministri orationem est intrusus: quem tamen nec Moravi nec Silesij unquam pro rege agnoverunt.

⇒ Matthias I rex Hungariæ propugnator Christianitatis et ordini nostro devotus.

Anno 1458 Matthias filius Huniadis Hungariæ rex declaratur, qui ordini nostro se devote commendabat, et multas victorias habuit contra Turcos et Hæreticos Bohemos: ita quod fere omni anno in procinctu bellorum erat tanquam fidelissimus propugnator Christianitatis.

In festo S. Antonij obiit illustrissimus dominus Ludovicus lantgravius Hassiæ fundator domus Sancti Joannis Baptistæ.

⇒ Nova domus iuxta Bruxellas ordini incorporatur.

Venerabilis pater Henricus Loen ad Cartusiam pro celebrando de more Capitulo se contulit, et tunc hæc domus ordini/[ordinis](#) fuit incorporata his verbis : novam plantationem prope Bruxellam, certis et honestis respectibus, et pro favore eiusdem ordini nostro incorporamus, et domum Nostræ Dominæ de Gratia appellari volumus in Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti, [Amen, et præficimus in priorem dictæ domus domnum Henricum rectorem eiusdem](#). Termini quoque spaciamentorum per visitatores assignati confirmati et sigillati fuerunt; sed non possessionem propter domus novitatem, quæ multis adhuc indigebat. Item licentiam dedit Capitulum conveniendi cum Capitulo Anderlectensi.

⇒ Calixtus papa zelatur disciplinam ordinis verum pontifex sinistre fuerat informatus de ordine nostro.

Vide bullam Pij secundi datam anno 1460. Privilegiorum nostrorum, fol. 42.

Intimamus omnibus personis ordinis quod S.D.N. papa Calixtus ex sua singulari devotione, quam gerit ad ordinem nostrum, ad conservationem eiusdem ordinavit per litteras suas plumbatas, quas voluit de verbo ad verbum in statutis domus Cartusiæ inseri, et annis singulis in publica audientia ipsius Capituli recitari, quod amodo domus ordinis singulis ad minus biennijs secundam formam statutorum eiusdem visitentur; incipiendo in præsentis Capitulo Generali a domo principali Cartusiæ, unde cetera monasteria originem ducunt. Eapropter omnes visitatores provinciarum ordinis nostri attentos esse volumus et circumspectos quatenus insequentem prædictam devotionem et ordinationem præfati S.D.N. papæ et formam statutorum nostrorum cum magno fervore et zelo ordinis sancto, universis domus ordinis eis commissas abinde curent diligenter visitare.

Nos satis capio quid sibi velit hæc ordinatio, cum in antiquis statutis idem ordinatum inveniatur, ut domus ordinis visitentur singulis biennijs.

⇒ Domnus Nicolaus Harlem eligitur in priorem domus Ultraiectinæ.

Domnus Joannes Vos, Delphensis professus et prior domus Ultraiectinæ absolutus fuit a dicto officio per visitatores in actu visitationis, et domnus Nicolaus Gerardi de Harlem circa festum Nativitatis Beatæ Mariæ electus fuit in priorem dictæ domus. Erat promotus in artibus professus domus Antverpiæ, et primus procurator huius domus, in cuius locum subrogatus est domnus Jaspas van Stocken pro tunc hic sacrista professus domus Capellæ, et sacrista institutus domnus Cornelius Block de domo Diestensi.

⇒ Hermanus de Lochem venit ad hanc domum.

Item post recessum domni Nicolai de Harlem procuratoris, eodem anno post festum Dionysij, venit ad hanc domum frater Hermanus de Lochem in Geldria, monachus professus domus Sylvæ Sancti Martini iuxta Geraldum Montem

⇒ Simon Vlecoten, magister scholarum fit donatus ordinis nostri in mortis articulo.

Anno 1458 circa festum Bartholomæi obiit magister Simon Vlecoten, rector scholarum primo in Geraldimontem, 2° Angiæ, 3° Gandavi. Inde Geraldimontem veniendo apprehendit cum mortalis infirmitas et fecit se portare ad domum Sylvæ ubi defunctus est tanquam donatus ordinis nostri sicut instanter petiit ibi. Fuerat antea novitius sed non perseveraverat; legavit aliqua domui Capellæ.

1458 1459

qui ut huc veniret addixit quod diligenter scriberet, qui postmodum in sequenti prima visitatione huius domus fecit professionem, qui fuit circa annum cum medio hic sacrista, diversis temporibus succenter: de quo inferius suo loco.

In principio huius anni primus omnium ad osculum receptus fuit dominus Joanne de Bruyne, sacerdos secularis natus in Flandria prope Hersele existens capellanus domini de Robbaijs, militis in Insulis. Erat quasi 40 annorum quando suscepit habitum ordinis nostri, de quo plura dicentur in sequenti**bus**.

⇨ Isabellæ ducissæ liberalitas in cartusianos Bruxellensis.

Illustrissima domina Isabella Philippi ducis Burgundiæ et Brabantiae uxor, filia regis Portugaliæ, hoc anno aut statim post adventum monachorum, proprio motu non rogata pro quatuor primis cellis ædificandis signatis/**significatis** per A.B.C.D. dedit VI^c coronas quamlibet de XIIIJ. Unde dictæ cellæ fuerunt constructæ .

Item eadem domina pro quinta cella ædificanda signata per E (quam filius eius Carolus dominus de Charlois debuisset facere cuius et primarium lapidem posuit) de proprijs bonis misit anno 1467 centum quinquaginta coronas prædictæ autem sexcentæ coronæ receptæ sunt anno sequenti in quo et cellæ ædificari cæptæ sunt quamvis sub finem huius anni pro eis fundamenta posita fuissent, et sequenti et alio loco posita.

Braxatorium perfectum fuit et parva capella ad borealem partem alterius.

Alphonsus Arragoniæ et Siciliæ rex æternum gentis Hispaniæ decus anno ætatis 65 Neapoli moritur. Joannem (*au-dessus de la ligne* : fratrem) Navarrorum Vasconumque regem regni hæredem scripsit: Neapolitanum vero imperium quasi armis partum Ferdinando filio Nostro legavit. Unde magni bellorum motus inter ipsum et Joannem Lotharingum Renati filium exorti sunt. Calixtus etiam regnum repetebat

⇨ Pius II

Verum mensis augusti die 6 (quo festum Transfigurationis dominicæ instituerat) Calixtus III octogenario maior e vivis eripitur. Vacavit sedes diebus 13. Succedit Æneas Sylvius poëta doctissimus qui aliquando familiæ Albergatio cardinalis adscriptus fuit, dictus Pius secundus.

Anno 1459 Pius II summus pontifex confirmavit hanc domum Dominiæ Nostræ de Gratia prope Bruxellam. Ordinis Carthusiensis cum extensione privilegiorum omnium et singulorum totius ordinis ac alijs domibus concessis quinto idus januarij, pontificatus sui anno primo.

Hoc anno Maximilianus imperator atque Belgarum princeps futurus nascitur S. Antoninus ordinis Prædicatorum archiepiscopus Florentinus et Historicus celebris ex hac vita migrat.

⇨ Frater Henricus vanden Heetveld conversus recipitur.

Circa festum S. Marci Evangelistæ, frater Henricus vanden Heetvelde nobilis Bruxellensis, quadragenario maior recipitur ad statum conversi, qui multa bona domui legavit, cum consensu hæredum fratrum et sororum, pro quo fiebat etiam cella in anteriori parte domus. Sexta juniij fuit vestitus et sequenti anno emisit professione.

1459

Interfuit Capitulo Generali magister Angelus de Amelia notarius apostolicus et gubernator Veneseni comitatus, qui ordinationem Calixti confirmabat ex parte pontificis et censuras intendebat. Unde personæ nostri ordinis variis scrupulis litigiis et quæstionibus turbabantur, quæ omnia Pius II revocavit. Vide bullam fol. 42 Privilegiorum.

⇒ Ordinatio pro confessionibus.

Non ita Deus irascitur quia/**quim** misericordiæ recordetur, ordinamus, inquit diffinitores in favorem animarum quod priores eligere valeant aliquos de confessionibus/**confessoribus** per ipsos deputatis qui possint absolvere subditos de peccatis mortalibus, nec illa teneantur iterum confiteri quam ordinationem erga priores ducimus quatenus extendendam, qua/**quæ** ordinatio proficua erat sed non bene intellecta, propterea sequenti anno revocata. Quia ut dominus Franciscus a Puteo in tertia compilatione recte explicavit statutum antiquum non de quolibet peccato mortali. Sed de criminali loquitur. Quamvis etiam iam liceat priori/**prioribus** constituere confessarios qui a reservatis absolvent, et forte debeant vigore bullæ Clementis 8 non tamen video fieri aut rarissime.

⇒ Donati induti caputijs conversorum ecclesiam frequentare habent.

Ordinamus pro uniformitate ordinis observanda quod de cetero omnes donati quando diebus dominicis et festivis veniunt ad ecclesiam pro divinis audiendis ut ad Capitulum induantur caputijs conversorum iuxta formam statuti, sicut in domo cartusiæ alijsque multis domibus ordinis est consuetum. Iniungentes visitoribus et prioribus domorum ut hoc inviolabiliter faciant observari, quamvis sequenti anno dicatur, ut consuetudines domorum et provinciarum circa vestitum donatorum observentur secundum illam ordinationem statutum habemus in nova collectione 3 part. cap. 23 n. 6 et sic observatur.

In hoc Capitulo prior huius domus depositus fuit ab officio convisitoris propter negotia novæ emergentis domus. Ut/**Et** præsumendum **est**, et quod onus excepit dominus prior Amstelredamensis dominus Joannes Versaren, professus domus Gandensis.

⇒ Joannes Balen eligitur in priorem domus Diestensis.

Eodem anno circa festum Mariæ Magdalænæ electus fuit vicarius huius domus professus domus Capellæ in priorem domus de Zeelem prope Diest, et benefecit huic domui in cuius locum subrogatus est dominus Jacobus Russche professus domus Hollandiæ, postea obiit Prior in sua domo anno 1473.

Circa hoc tempus venit huc hospitatum dominus Adrianus Keppel et scripsit hic parvum librum pro cantore hebdomadario/**hebdomario** quem puto me adhuc habere. Erat professus domus Brugensis quæ etiam solvabat/**solvebat** expensas ipsius post annum recessit hinc ad domum Gosnay.

Hoc anno 21 augusti concordatum fuit cum Capitulo Anderlactensi mediante arbitro domino Petro de Thimo, cuius concordiæ articulos. Vide in Libro Foundation. fol. 28.

⇒ Dominus Raso cæsarius sanctissime moritur in domo Capellæ. Vide Dorlandum, lib. 7 cap. 26

In profesto Nativitatis Beatæ Mariæ, dominus Raso Wiel alias Keyser de Alosto aut prope receptus ad ordinem a dominus Laurentio, priore domus Capellæ. A quo etiam plurimum dilectus propter sanctitatem suam. Hic fuit sacerdos antequam intraret ordinem et etiam coniugatus quia habuit filiam quæ facta est mater sororum in Sion iuxta Aldernardum. Ipse vero circiter XX annis vivens in ordine valde religiose se habuit, et fuit vir multum devotus et timoratus. Et erat devotus Beatæ Mariæ, unde nobis (inquit auctor parvi Chronici domus Capellæ dominus Arnoldus Beelensen) qui affuimus in obitu eius videbatur quod aliquam visitationem et consolationem ab ea acceperit/**accepit**, propter quoddam signum reverentiæ quod fecit detegens caput suum. Fuit magister novitiorum.

In profesto Sanctorum Cosmæ et Damiani parva capellæ annexa capellæ Nostræ Dominæ de Gratia ad eius septentrionalem plagam consecrata fuit in honorum Sanctorum Trinitatis et omnium Apostolorum per reverendissimum patrem dominum episcopum Dagnensis, suffraganeum episcopi Cameracensis, ordinis Carmelitarum Geldrensem, et eodem die alia tria altaria in choro religiosorum annexo capellæ ad occidentalem plagam, nam statim post adventum fratrum capella muro fuit divisa, et ut dictum est, prolongata, ut religiosi essent separati a populo illuc confluentem.

Ipsa die Cosmæ et Damiani obiit e vivis dominus Warmboldus Overstege, Campensis. Hic erat arte medicus et consueverat fratribus nostris satis charitative assistere in infirmitatibus eorum. Unde quidam sumpserunt quasi pro omine quod obiit in festo Sanctorum Cosmæ et Damiani qui fuerunt medici et medicorum patroni ex monumentis cartusiæ Ultrajectinæ cuius professus erat.

⇨ Unius perturbatoris ordinis miser et miserabilis ex hac vita exitus.

Circa idem tempus seu modicum post, fuit in Schuete sepultus in parvo cæmeterio iuxta prædictam parvam capellam dominus Ludovicus, quondam prior et professus cartusiæ Divionensis, quondam visitator provinciæ Franciæ qui obiit circa Buxellam. Notandum quod dictus dominus Ludovicus per Capitulum nostrum fuit absolutus a prioratu dictæ domus quod ipse ægre ferens et putans non meruisse absolutionem, transtulit se ad ducem Burgundiæ Philippum sibi favorabilem, ut adiutorio ipsius restitueretur in priorem/[prioratum](#) suum, propter quod etiam Romam tetendit impetrans/[importans](#) ad eundem (vel ad idem negotium) litteras summi pontificis (et considerato tempore et statu ordinis puto eundem fuisse qui eosdem summos pontifices Calixtum 3 et Pium II sinistre informavit de ordine. Et videbimus ordinationem anno sequenti, qui eum/[cum](#) aut potius eius similes (nam obierat perstringere videtur). Et cum cuncta impetrasset et descendendo venisset iuxta Bruxellam, in qua tunc dictus dux manebat subita infirmitate correptus diem sine loquela/[sequela](#) clausit extremum. Unde admirans dicti ducis cancellarius a similibus dixit patribus ordinis qui propter dictum dominum Ludovicum missi fuerunt ad præfatum ducem pro eodem placando ne indignaretur toti ordini propter dictum Ludovicum. Ô nunc cognosco quod Deus diligit ordinem vestrum et tuetur (⇨ Deus tuetur ordinem Cartusiensem) Quia si dictus Ludovicus potuisset venire ad prædictum principem et illi fuisset locutus de causa sua, ordo vester valde habuisset pati. Sed Dominus Jesus liberavit ordinem vestrum ab inimico et turbatione magna. Idem patres innuerunt eundem hic sepelire. Sed prior Capellæ et visitatores noluerunt ut pro eo solveretur brevis, et alia communia suffragia ordinis a fratribus. Unde audivi quod postmodum revelavit se cuidam in domo sua et dixit: si beneficia ordinis fuissent pro eo soluta, quod fuisset liberatus a pœna. Sed utrum sic sit vel non, Deo totum committamus. Item frater Henricus vanden Heetvelde, converus huius domus satis devotus, pro certo affirmabat se vidisse sepultum/[spiritum](#) huius Ludovici vel formam eius, iuxta altare S. Crucis tempore matutinas/[matutinali](#).

⇨ Magister Henricus de Piro, canonicus Leodiensis, benefactor ordinis.

Nec prætermittendum in charta huius anni haberi magister Henricus de Piro diaconus et canonicus ecclesiæ Sancti Pauli Leodij qui diversis domibus ordinis de bonis suis legavit. Vixit eodem tempore alius Henricus de Piro professus domus Coloniensis quondam etiam Leodij prior et in alijs domibus.

⇒ Jacobus Rubs, prior Gandensis laudatur.

Anno 1460 ad meliorem vitam migravit venerabilis pater dominus Jacobus Rubs, nono/[nonis](#) martii. Professus et prior cartusiae Gandensis nominatissimus et nunquam satis laudandus, raræ namque virtutis fuit et gratiæ, prius prior domus Vallis Sancti Spiritus in Gosnay. Dilectus fuit a suis et honoratus ab exteris. A Burgundionum duce, magnatibus et nobilitate plurimum cultus. Senatui populoque Gandensi gratissimus/[gratissimo](#), præcipuus pacis inter duces et Gandenses cooperator et auctor, cuius gratia frequenti legatione functus fuit. In spiritualibus vero pietateque (quæ ad omnia utilis) exercitatissimus extitit. Fuitque prior 30 annis, convisitor 18, visitor 11. (*Nooit genoeg te loven, door iedereen geliefd, o.m. door de graven van Boergondië. Was eertijds prior Val-St-Esprit in Gosnay*).

⇒ Joannes Meert sacellanus Sanctæ Gudulæ ordinem Cartusiensem in Schuete profitetur.

Hoc anno 1° aprilis nomen dedit ordini dominus Joannes Meert, Bruxellensis capellanus Sanctæ Gudulæ et unus ibidem hebdomadalius sacerdotum, qui fuit hic multo tempore cantor chori, ligator librorum et formator brillorum cuius parentes sunt sepulti in Schuete, qui monasterio legaverunt domum suam Bruxellis prope S. Catharinæ.

⇒ Turris affixa capellæ Nostræ Dominæ fabricatur.

In eodem mense campanile sacelli Dominæ Nostræ fabricatum fuit per Joannem Herentals carpentarium. Nam prima turris nimis exigua erat campana erat ponderum II^cLXXXV et Melchior vocata fuit quam dederunt in eleemosynam dominus Franciscus, miles Cathalanus servitor ducis et Jacotten adiutor eius et magister Joannes Buscoducensis.

Item dominus prior fecit fieri, seu emit unam minorem campanam vocatam Mariam ponderum centum quinquaginta quinque quæ servit pro horlogio/[horologio](#), venditis alijs duabus campanis minoris ponderis quæ fuerant ante adventum fratrum

Magister Michael habuit pro horlogio/[horologio](#) XL/[XI](#) coronas.

⇒ Vivaria fiunt.

Eodem anno feria quinta post festum Paschæ incæpta sunt fieri vivaria versus boream et deinceps completa, adiuvante domino Waltero Vanden Winckele pio memoria.

⇒ Visitatores.

Hoc anno in Capitulo Generali instituti sunt visitatores huius provinciæ dominus Joannes Versaren prior Gand. et dominus Arnoldus Kaerman, professor Capellæ. A quo Capitulo talis emanavit ordinatio quæ satis indicat per quos et quales turbatus et afflictus fuerit ordo et sequitur de verbo ad verbum huc translata.

⇒ Ordinatio.

Cum iuxta tenorem ordinationem Capituli Generalis anni 1413 quæ incipit: ad reprimendum ambitionum temeritatem etc. Quæcunque persona ordinis quæ per se vel per alium impetraret vel afferret litteras quorumcumque principum, vel dominorum ecclesiasticorum vel laicorum ad Capitulum Generale vel ad Reverendum Patrem priorem Cartusiae deprecatorias vel comminatorias super institutione vel destitutione cuiuscunque personæ officij vel administrationis cuiuslibet ordinis nostri si persona pro qua scriptum esset obedientiam obtinisset ipso facto illa obedientia essent privati, vel alias inhabiles pro quacunque nostri ordinis in posterum obtinenda. Et licet dicta ordinatio fuerit sollemniter confirmata, nonnulli tamen suæ salutis obliti et diabolica ambitione cæcati procurare similes litteras callide in sui ipsius confusionem quam et/[ut](#) decipiant favorem dietim non cessant ad dictum Capitulum vel præfatum Reverendum Patrem cartusiae similes litteras mendicantes multiformiter asportare sive mittere vel alias per indirectum asportari facere. Idcirco volentes merito, ut tenemur, periculis animarum intollerabilibus obviare, intimamus omnibus personis ordinis, qui talibus fuerunt hactenus temeritatibus implicati, quod vigore dictæ ordinationis absoluti sunt ab administrationibus ipso facto. Ideoque debent tam sibi quam ceteris personis ordinis sibi subditis providere, cum privati regimine potestate caveant ligandi atque absolvendi.

⇨ Pius 2 laudat et diligit ordinem cartusien.

Pius secundus vere pius erga ordinem nostram dedit bullam super communi pace nostra quæ habetur folium 42 privilegiorum hoc anno 1460 idibus augusti. Nos, inquit, qui ordini vestro Cartusensi ex corde afficimur propter ipsius perseverantiam inter cæteros et sanctimoniam singularem, etc.

⇨ Philippus Burgundus Ludovicum delphinum in regnum paternum introducit.

22 julij obiit Carolus septimus rex Francorum, cuius rei nuncio accepto Philippus Burgundus Brabantia dux defuncti regis filium Ludovicum delphinum quem hactenus liberalissime foverat, patri successorem constituere proposuit.

⇨ Ludovicus sexennio in castro Genappæ prope Nivellas habitavit ibi nata dicitur Joanna filia Ludovici, qui insigni pietate auspiciam dedit religioni Annunciationis in civitate Bituricensi.

Fit igitur ingens ad eam rem apparatus, accitis et evocatis omnium provinciarum principibus ac nobilibus, ut/[et](#) collectis universis imperij sui viribus vim vi si qua conatibus eius objiceretur, repellere posset. Atque est quidem tum felici successu delphinus ipso die Assumptionis Remis in Fracorum regem coronatus. Aduere plurimi episcopi Remensis, Laudunen, Lingonen, Cathalannen, Noviomen, Bellovacen, Constantien. Lugdunen, Biturix, Burdegalen. Leodiensis cum splendidissimo comitatu, Cameracensen, Tricarien, Carnuten, Tornacen, Morinorum, Ambianorum cum nobilitate indicibili pœne numero. Unde Parisios cum omni comitatu suo rex profectus summo cum honore exceptus est. Finita solennitate dux Philippus una cum episcopo Leodiensi nepote suo in Brabantiam reversus est.

Basiliensis academia a Pio II papa instituitur.

Hoc pariter in Schuete emptum fuit horreum LXXXVI petris, dominus de Cernij suis expensis curavit fieri testitudinem ligneam in parva capella.

⇨ Jacobus 2, rex Scotiae moritur.

Jacobus 2 rex Scotiae domum Vallis Virtutis promovit; Et obiit hoc anno 1460, 3 nonas septembris anno ætatis suæ 30 regiminis 14. Hector Bostius Reususus/[Rensuerus](#).

Domus S. Christophori prope Ferrariam ab illustrissimus dominus Barso primo duce fundatur.

Anno 1461 Synopen Trapezuntem Mahumetes Turcarum imperator occupat Davide Comneno rege cum filijs capto ac/[et](#) cæso.

Dionysius Cart. hoc anno crebras et notabiles habuit a Deo revelationes de statu Ecclesiæ.

⇨ Domnus Joannes Biest recipitur pro monacho et frater Joannes de Coese pro converso.

Domnus Joannes Biest sacerdos habitum ordinis suscepit hoc anno, altera die Priscæ Virginis qui multos scripsit libros pro ecclesia ut dicitur postea.

In die Conversionis S. Pauli, frater Joannes de Coese donatus de Zeelem qui fuit missus ad inchoandam /[inchoandum](#) hanc domum receptus est ad statum conversi. Fuit valde laboriosus in omnibus officijs et obsequijs domus gratus hospitibus.

⇨ Agricultura exercetur in Schuete.

Circa martium necessaria ad agriculturam exercendam emuntur utpote equi currus et similia. Et pro summo altari calix magni fieri curatur.

⇨ Fundator in Ilembach.

28 martij obiit nobilis vir Balthasar de Faer (de Perg) fundator novæ plantationis in Ilembach in Franconia, et nobilis domina Magdalena de Faer de Vestamberg (forte eius uxor) fundatrix. His verbis domus sequenti Capitulo incorporatur. Novam plantationem in Illymbach in Franconia propter eius prosperum incrementum, ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filijs et Spiritus Sancti. Amen. Et quam suum devotionem fundatoris Hortum Mariæ nominari volumus.

Et præficimus in priorem ibidem frater Ulricum dictæ plantationis rectorem.

⇨ Domnus Antonius Tornes de Colalto de fundatoribus domus Montelli.

Item in charta huius anni habetur egregius et magnificus dominus dominus Antonius Tornes de Colalto de fundatoribus domus Montelli.

1461

⇒ Pius secundus papa pietatis suæ sinum aperit ordini nostro.

Intimamus omnibus personis ordinis quod S.D.N. Pius divina providentia papa II ex magna devotione quam gerit ad ordinem nostrum primo gratiose concessit omnibus personis ordinis nostri illis tantum qui usque ad diem decimam nonam mensis augusti anni 1460 habitum ordinis nostri susceperunt quod ipsi et eorum quilibet valeat eligere confessorem, ut cum absolvat semel de reservatis pœnis quoque atque censuris extra tam/[tum](#) a iure quam ab homine latis, cum dispensatione super irregularitatibus et insuper plenarium/[plenam](#) indulgentiam omnium peccatorum suorum in vita semel ——— reservata indulgentia plenaria quam pro mortis articulo habemus de Apostolica sede.

2^o Concessit Sanctitas sua in favorem divini cultus et religionis quod conversi, donati et præbendarij ordinis nostri præsentis et pro tempore possint et valeant quantumcunque irregulares ad missas privatas iuvare atque servire.

⇒ 1 part. Stat. cap. 32 n. 14.

⇒ Communicatio privilegiorum in ordine nostro.

Tertio Item præfatus S.D.N. papa gratiose/gratiæ concessit per bullam toti ordini nostro quod singulæ eiusdem [ejus](#) ordinis domus et personæ gaudeant et libere utantur privilegijs et gratijs et libertatibus per suos prædecessores Romanos Pontifices singularibus dicti ordinis domibus gratiose indultis et quod ipse etiam de sui gratia in favorem ordinis motu suo proprio et ex certa scientia de novo ad omnes et singulas domos dicti ordinis nostri tam ante quam post fundatas et in posterum fundandas nec non ad singulares earundem domorum pro tempore personas concedit, indulget, pariformiter et extendit. Propterea ordinamus quod priores qui habent pro suis domibus singularia privilegia libertates et gratias a Romana Curia impetratas portent vel mittant ad futurum Capitulum in sua forma originali, ut inde valeant in Curia domini episcopi Gratianopolitani pro utilitate totius ordinis registrari. Securi quod absque difficultate aliqua vel impedimento ipsis registratis/[magistratis](#) reportabantur.

⇒ Domnus Dominicus vita sanctissimus vicarius cartusiæ Treverensis migrat ex hac vita. Dorlandus lib. 7 cap. 2, 3 et 4.

Dominicus cartusiæ Treverensis/[Tenerensis](#) alumnus et vicarius natione fuit Pruthenus, conversatione devotus ac vitæ sanctimonia admirandus, hoc anno gratiæ et indulgentiæ migrat ex hac vita post diuturnam ægritudinem anno ætatis suæ septuagesimo tertio. Ipso D. Thomæ Apostoli festo reparatæ salutis 1461.

In festo S. Bernardi ordini nomen dedit magister Joannes Hac Gandensis promotus in artibus Parisijs. Fuit tum receptus ad osculum præcedenti anno (⇒ annus inchoabatur a Paschate) ante domnus Joannes Biest. Hic dedit annue unum leonem et multos conscribi fecit libros, sed et ipse plures conscripsit.

⇒ Mutatio officialibus.

Recepta charta circa septem V. sacramenti recessit hinc domnus Jacobus Russche professus domus Hollandiæ, vicarius huius domus in cuius locum substitutus est domnus Jaspas Van Stocken procurator et domnus Joannes Bruijne primus professus institutus est procurator. Et in festo S. Thomæ (quo die obiit domnus Dominicus) indutus est hic domnus Joannes Roberti de Merchtene sacerdos secularis, et postea anno 1470 missus ad domum Delphensem inchoandam.

Anno 1462 Mahumetes insulam Mytilenem quæ et Lesbos dicitur, occupat cæso domino/[Dominico](#) Cætacasio.

⇒ Prima sepultura sæcularis in Schuete.

XII maij fuit sepulta in parvo cæmiterio domicella Joanna vanden Wege, mater magister Zigeri van Hasselt, et anno 1471 translata ad magnum cæmiterium et posita sub magno lapide.

1462

⇨ Collecta omnipotens Deus Christiani, etc. confirmatur.

Ad mitigandum multiplicationem orationum tam in missis conventualibus quam privatis secundum piam statutorum nostrorum et aliarum doctorum intentionem est rationabiliter advisatum quod oratio omnipotens Deus Christiani nominis inimicos, etc. more solito in conventu dicenda potest sufficere contra Turcas eiusdem fidei inimicos, et oratio contra Turcas alias ordinata isto respectu potest cessare, monentes priores ordinis ne amodo sint inclinati ad orationes in missis præfatis multiplicandas.

⇨ Festum S. Catharinæ de Senis instituitur.

Concedimus domibus ordinis, ut quæ voluerint, valeant festum Sanctæ Catharinæ de Senis nuper canonizatæ (a Pio Secundo) cum tribus lectionibus et missa propria celebrare.

⇨ Domus Ferrariæ incorporatur ordini nostro.

Novæ plantationis incorporationem domus prope Ferrariam per R.P.N. domum Cartusiæ super annum ordini nostro factam et iuxta devotionem illustrissimi principis dominus ducis Mutinæ dictæ plantationem /plantationis/ fundatoris domus S. Christophori nominatam et promotionem prioris in ea laudantes et appropantes ex abundantia confirmatus.

Per hoc Capitulum domnus Wilhelmus Apsel, professus Capellæ institutus est prior domus Brugensis de quo scribit Dorlandus.

⇨ Joannes Vos, professus domus Ultraiectinæ moritur, vir magnus in seculo et in ordine.

Obierat hoc anno altera die Valentini domnus Joannes Vos, Delphensis professus et quondam procurator et prior domus Ultraiectinæ, etiam fuerat prior Brugis et ante ingressum ordinis erat ordinis Theutonicorum commendator et Scaffenaer in domo Ultraiecti.

⇨ Remittuntur aliquot religiosi ad domos professionum suarum.

In nundinis Pentecostes domnus Cornelius, professus domus de Zeelem, qui fuit cantor et sacrista, reversus ad domum professionis suæ, in cuius locum successit frater Judocus.

Item domnus Petrus de Casleto professus Sylvæ ad propriam domum remeavit. Obijt anno 1472.

Etiam frater Joannes Colaert conversus domus Brugensis remissus est ad domum suam in qua obiit anno 1480.

⇨ Marcellus de Voet recipitur qui postea fuit secundus prior huius domus.

Eodem anno die Matthei Marcellus de Voet de Steenbergis in finibus Brabantia circa Bergas super Zonam promotus in artibus Lovanij receptus fuit ad osculum et in die S. Hieronymi indutus veste religiosa. Fuit monachus magnæ litteraturæ et secundus prior huius domus. Fuit sub finem huius anni et aliis receptus Godefridus Boelen de Blisia qui non perseveravit, et aliquo tempore inter laicos exterius mansit. Sed nec ibidem permansit, talem et in nova domo habuimus.

25 junij domnus Joannes vande Dilft, Antverpia/[Antverpias](#) obijt et in nostra domo ibidem elegit sepulturam patris sui Petri vande Dilft sepulchro contiguam ante summum altare. Nam gens Dilftica a centum 40 annis/[anni](#) de eadem/[eodem](#) loco bene mereri cæperunt. Cuius quoque/[que](#) familiæ fuit primus professus.

⇨ Reverendus pater domnus Franciscus de Maresme, prior Cartusiæ transit ad meliorem vitam.

Anno 1463, 23 januarij domnus Franciscus Maresme, (*au-dessus de la ligne* : Cathalanus) prior Cartusiæ et generalis ordinis migravit ex hac vita, qui alias fuit prior domorum Portæ Cœli, Vallis Jesu Christi, et Montis Hilaris. Hic fuit scientia et eloquentia insignis ad dandas eleemosynas largissimus, zelator ordinis magnus, et magnæ apud omnes reputationis. Successit ei domnus Joannes de Rosendal de Noviomago vir angelicus. Domnus Franciscus fuit prior Cartusiæ XXX circiter annis, vir magnæ scientiæ et auctoritatis.

Joannes Roesendal anno 1463 ex priore Avenionensis cartusiæ in Generalem electus, anno ætatis octogesimo. Præfuit ordini universo per annos decem. Et nonagenarius/[nonagesimus](#) obijt.

⇒ Memorabile divinæ providentiæ exemplum.

Isto anno fuit hic circa ieiunium penuria pecuniæ. Unde quadam vice, prior domnus Henricus misit frater Joannem Coese conversum ad forum ut emeret pitantiam pro fratribus, et quia non habebat pecuniam misit eum ad Nicolaum Buijs receptorem domus, qui etiam nihil habuit pro nobis tandem venit frater Joannes ad forum piscium ut instaret ad emendum/[emendam](#) pitantiam sub credentia solvendi in posterum, quod cum faceret retro eum venit quidam bonus vir quem tunc non novit qui dixit ei: capiatis pro fratribus ego solvem/[solvam](#), etiam puto quod dedit denarios pro vino; sed in brevi consolatus est domnus suos. Nam eodem tempore procurator domnus Joannes Bruijne ilat ad domum domini de Rabbays, et inde reportavit in eleemosynam ab Henrico de Hersele familiari eiusdem domui XXVI nobilia Angliæ et XXX nobilia Flandriæ, et postmodum 2^a augusti ab eodem Henrico XLII/[XLVI](#) Salucia.

Item postmodum scilicet XI septembris ex parte Hermani Joannis vander Weyden per medium prioris de Monichusen venerunt huc ducenti floreni renenses. Et sic abundanter consolatus fuit dnus servos suos.

⇒ Fons Pippenzype datur conventui a principe.

Item hoc anno dux Philippus dedit huic domui fontem quem ædificavit in Pippezype in agro magistri Ingelberti Spul secretarij opidi Bruxellensis sine fundo qui Ingelbertus postmodum ad preces amicorum dedit huic domui in eleemosynam fundum fontis et fontem et partem agri usque extensionem XII pedum a muris domunculæ dictæ fontis circumcirca quantum ad tres partes, quin/[quia](#) quarta pars respicit hæreditatem Wilhelmi Mesmakers versus Bruxellam.

Item anno prædicto fuerunt aliqua donata a patribus ordinis pro deductione fontis de Pipezijpe et anno sequenti L renenses ab oppido Bruxellensi quæ non sunt apposita pro deductione illius fontis sed eius quem habemus.

⇒ Festum Sanctæ Barbaræ instituitur.

Diffinitores in Capitulo concedimus domibus ordinis, ut quæ voluerint valeant festum Sanctæ Barbaræ cum tribus lectionibus et missa propria celebrare sub die 4 decembris.

⇒ Oppida Ludovico regi ab Philippo principe reddita.

Ludovicus XI Gallia rex numeratis Philippo principi quadraginta aureorum millibus Bononiensem et Pontiniacensem committatus, adhuc Ambianum Corbeiam Peronam Quintinopolim aliaque ad somanam fluvium oppida recipit.

⇒ Maria ducissa Clevensis moritur.

Eodem anno penultima octobris obiit illustrissima domina, domina Maria ducissa Clevensis fundatrix domus Insulæ Reginæ Cœli, circa idem tempus etiam serenissima regina Scotiæ.

⇒ item S. Didacus

S. Didacus in opido S. Nicolai de Portu diœcesis Hispalensis apud Hispanos natus pie obdormivit Compluti. Fuit ordinis S. Francisci et Sixto V papa Sanctorum catalogo abscriptus/[ascriptus](#)

⇒ Item domina Maria Brouckers priorissa monialium Brugensis.

In ordine nostro domina Maria Brouckers priorissa monasterij S. Annæ prope Brugas quæ 57 personas recepit ad ordinem, et reperta est aliquando cum parvo Jesu, etc.

Anno 1464 Matthias Corvinus Hungariæ rex coronatur Frederico III imperatore consentiente, qui fuit, ut supra diximus, ordini nostro devotus.

Nono calendis februarij Ludovicus XI rex et Carolus eius frater Atrebatum veniunt ubi maior urbis campana septemdecim amplius millibus pondo granis/[gravis](#) quum honoris regij gratia pulsaretur, quorundam incuria/[incuria](#) rupta est.

Frater Joannes Moons Lovaniensis fuit receptus in Schuete ad statum donati. Postmodum tamen habitum conversi suscepit et professionem emisit. Servivit in coquina.

In cartusia Scala Dei principatus Cataloniæ obitus B. M. D. Joannis Fort, qui vocem de crucifix sibi loquentem audivit, et alijs multis visionibus ac revelationibus præditus non sine miraculorum gloria feliciter quievit in pace die 14 maji anno salutis 1464. Vitam eius require in nostris alijs chartis.

1464

⇨ Reverendus domnus Joannes de Deducken ex cartusiano abbas fato concedit.

Joannes de Deducken cognomento Sigmide ex cartusiano Coloniensi creatus abbas, ibidem ad S. Pantaleonem (Benedictini incolunt) varia isti monasterio beneficia præstitit. Obijtque hoc anno 1464. Successit illi alter Cartusianus Godefridus Lechnich, sed non pari eventu, nam ante mortem officio cessit, nam idem his/*bis* potatum non æque sapit.

⇨ Item frater Joannes Adornes.

Hoc pariter anno (*au-dessus de la ligne* : ultima julij) naturæ debitum solvit frater Petrus Adornes clericus redditus, domus Vallis Gratia prope Brugas, habens plenum cum psalterijs monachatum in provincijs Picardiae Remotioris, Lombardiae Propinquioris et Tusciae. De quo vide supra anno 1445.

Confirmatur antiquum statutum ut agenda quæ dicitur circa corpus defuncti incipiatur ab antiphona dirige, et post laudes vesperæ ultimo dicantur.

⇨ Impostor

Intimamus omnibus personis ordinis e quod quidam episcopus vocatus dominus Petrus Sorel ordinis S. Benedicti revertendo Roma transivit per quasdam domus ordinis nostri et dixit se esse fratrem domnus vicarij Cartusiae. Et sub hoc colore exegit et habuit multos ducatos. Iam omnes sint cauti, quod si ipse ad aliquam domum declinaverit non credatur verbis suis, quia utitur mendacijs et alijs modis perquisitis ad extorquendum pecunias a personis ordinis sicut iam proh dolor! in pluribus domibus ordinis fecit. Sic recordor me audivisse a moderno priore nostro quendam itidem Benedictinum/*Benedictum* qui dicebat se religiosum S. Vedasti et nepotem reverendi patris nostri accepisse mutuo pecunias a priore nostri ordinis in proxima Germania, qui requisitus talis aliquis non est inventus.

⇨ Personæ ordinis non debent personaliter ire contra Turcas.

Quia percipimus quod quædam personæ ordinis nostri æstimant sibi licere ex bulla S.D.N. papæ quod vadant personaliter contra Turcas. Ideo intimamus omnibus personis ordinis quod non fuit, nec est intentio D.N. papæ quod ipsi vadant prout prior Romæ fecit relationem. Et ideo nullus præsumat aut attentet se movere, vel ire contra dictos Turcas, sub pœna carceris.

⇨ Pius II Anconæ decessit e vita vadens ad bellum quod Turcis indixerat.

Pius Anconæ Piceni urbe 19 kalendas septembris decessit cum totius fere Europæ principes ad pia contra Turcas arma convocasset. Philippi Boni Burgundiae ducis loco ad sacram militiam venerat Antonius filius eius naturalis. Fuit Senensi de cognatione S. Catharinæ de Senis et ipsam canonizavit. Ceterum Pio succedit Paulus secundus Venetus. Ante pontificatum Petrus Barbus nominatus.

⇨ Bellum in Francia

Carolus Carlesius (Audax) Philippi Burgundii filius auxiliaturus duci Britanno contra Francum primus Suiceros ex Helvetia duxit in Galliam quorum virtute memorabili/*memorable* conflictu ad Montem Henrici 2000 passuum a Helvetia/*Lutetia* devictus fuit Ludovicus XI kalendas augusti. Cumque videret se viribus imparem confæderatis, pacem ea conditione fecit, ut fratri Carolo concederet ducatum Normandia, Carolo Carlesio Bononiam Peronam aliasque urbes quæ Philippo eius patri fuerant ablata: Joannem ducem Borbonum antiquo restituit statui, et duci Britanniae non ulterius fuit molestus reddens ipsi comitatum Montfortij. Id omne concessit, ut fœdus inter ipsos ictum rumperet, et Carlesium a fœderatis traheret, cuius vires potissimum habebat suspectas.

Chronicon domus Capellæ sic habet: anno 1465 incæpit bellum Franciæ quod vulgariter dicitur Mons Henry, quando Carolus dux filius Philippus/*Philippi* ducis Burgundiae intravit Franciam iuvante eum comite S. Pauli. Ludovico domino Angiæ (qui postea male remuneratus/*rumenartus* fuit) et prelium commissum fuit in julio. Duravit bellum XII annis, usque ad mortem eius in quibus interpolatim talis qualis pax fuit.

1465

⇒ Nicolaus Cusanus cardinali moritur qui Dyonisium cartusianum aliquandiu in comitatu habuit.

Nicolaus Cusanus a natali vico ad Mosellæ ripas sic dictus, ex archidiaconi Leodicensi episcopus Brixienis et cardinalis post Constantinopolitanam aliasque legationes obitas. Tuderti in Umbria moritur in/12 augusti et Romæ sepelitur. Magnarum virtutum homo, Germaniæ que sydus præclarum; nec silentio prætermittendum quod cum legationem fungeretur in provincijs circa Rhenum animadvertens Dyonisium cartusianum nostrum eruditionem cum pietate coniunxisse, a monasterio abstractum socium sibi aliquandiu adhibuit.

⇒ ~~Nicolaus~~ Marcus de Baden fit administrator ecclesiæ Leodiensis contra dominus Ludovicus de Bourbon. Anno 1465 Leodienses post multas lites et contentiones in curia Romana et extra cum Joanne de Bourbon episcopo suo electo et confirmato habitas, innatam feritatem absque ratione sequuti, illo nec resignante nec deposito Marcum Jacobi marchionis de Baden filium Joannis Episcopi Trevirensis et Caroli (episcopi Metensis) fratrem in administratorem/[administrationem](#) sui et ecclesiæ Leodiensis assumpserunt/[assumperunt](#) quem archiepiscopus et Carolus fratres prædicti cum CC equis Leodium a Colonia perduxerunt. Verum non diu postea improbitate eorum et malitia offensus, et prope interitum positus dimissis omnibus recedens vix manus eorum potuit evadere.

⇒ Adolphi ducis Geldriæ in patrem impius.

Hoc pariter, ut scribit Trithemius, Adolphus dux Geldriæ Arnoldum patrem suum noctu dormientem in lecto nudum cæpit, et in quodam castello Bobeck includens tenuit multo tempore captivum. Quo facto compulit omnes ducatus homines sibi, patres/[patre](#) abiurato, præstare iuramentum homagij. Sed hoc impium scelus animadversio divina condigua in eo vindicavit ultione. Vide Lipsium in Exemplis Policiis

⇒ Gerardus Bredanus professus Capellæ et scriptor obiit anno 1465.

17 aprilis obiit Gerardus Bredanus professus domus Capellæ vir admodum parvæ staturæ, sed valde magnæ litteraturæ. Vide Dorlandum lib. 7 cap. 27. Bostium. Sutorem Bibliothecam Cartusianam.

⇒ Jacobus de Paradiso olim cisterciensis ordinis abbas postea cartusianus scriptor celebris vitæ terminum figit.

Jacobus de Clusa, alias de Paradiso, S. theologiæ doctor ac professor publicus inter cistercienses vixit per annos circiter quadraginta, mansitque forsitan apud illos ni abbatis nomen et omen subterfugiens maluisset sine ullo officio apud cartusianos delitescere ac librorum scriptioni operam impendere quam prælaturæ sarcina prægravari. Quod et ibidem in Erphordiana cartusia ad annos duos supra viginti pro viribus præstitit. Obijt enim ætate plusquam octogenarius hoc anno Domini 1465 in pervigilio sanctorum Philippi et Jacobi. Scripsit ipsius vitam Jacobus Volcardi discipulus et comprofessus ipsius. Vide Bibliotheca Cartusianam.

⇒ Item Isabella Caroli Audacis uxor.

Isabella Borbonia Caroli Audacis uxor Antverpiæ moritur, et in divi Michaelis cœnobio ordinis Præmonstratensis sepelitur in choro ante aram summam, Maria filia unica relicta principe nostra et Maximiliani imperatoris. Coniuge future.

⇒ Frater Hermanus Vicke ex donato conversus.

Accedamus ad domestica: frater Hermanus de Humborch dictus Vicke fuit receptus in donatum, sed anno 1473 professionem emisit in statu conversi faciebat vitræ et serviebat in coquina de necessarijs sibi providit.

⇒ Concessus viæ transferendæ.

Eodem anno in septembri habuimus concessum principis et concilij Brabantiae de translatione viæ communis quæ currebat ante capellam et ad murum monasterij.

Factum et stabulum ovium, et ex eo tempore oves terminus. Liber fundation.

Pro decimis aliqua arbitrata inter capitulum Anderlectensis et nos

⇒ Arnoldus Helmon prior Antverpiæ.

Anno 1465 obiit in festo S. Thomæ domnus Arnoldus Helmon, prior Antverpiæ qui alias fuerat prior Sylvæ. Vir valde venerabilis. Iste visitavit pluribus vicibus domum Capellæ cum visitoribus principalibus, quod prior Capellæ esset convisitor.

1466

⇨ Vallis Josaphat apud Olomotium reparatur.

Anno 1466 Georgius Podebracius rex Bohemiæ a Paulo II hæreseos damnatus. Vallis Josaphat apud Olomotium episcopalem Moraviæ urbem bis ternæ Zischæ et aliorum (puto prædicti regis Bohemiæ heretici) seditionibus. Suis mota sedibus et in charta huius anni sic scribitur: fiat missa de Domina pro certis personis quæ notabilem eleemosynam contribuere volunt/**voluut** pro erectione novæ domus extra civitatem Olomotium: nunc tamen in ipsum Olomucense oppidum est translata.

⇨ Ægidius Aurifaber vicarius domus Ziriczææ laudatur.

Ægidius Aurifaber domus Montis Sion in Zelandia prope Zirizæam, vir tum doctus cum/**tum** devotus, tumque etiam spiritualibus laboribus intentus, pecuniam more servi nequam sudario involvere atque inertis sese otio tradere (quod vitiorum omnium fomes est) noluit. Itaque multiplicatum domino Talentum referre et suo cognomini respondere satagens aurea fabricatus est opuscula. In quibus est opus singulariter devotum de cartusiana laude, in quo frequenter Deo gratias agendas et nunquam dissimulandam esse obligationem inculcat. Extant eius etiam sermones de Tempore et sanctis per totius anni circulum. Opus itidem exemplorum utile ac splendidum velut aurum. Tandem post multa ab eo fabrefacta, terras gustata morte relinquens, cœleste templum ex auro et gemmis a summo opifice fabricatum adivit. Anno nimirum sexto et sexagesimo post mille quadringentos. Hæc Sutor.

In præsentī anno ambo priores quibus collatio Capituli Generalis et sermo commissi fuerant non venerunt ad capitulum nec pro se aliquem miserunt ad supplendum pro ipsis ex quo non fuit modica verecundia ipsis et toti Capitulo Generali. Sed iam provisum est per novam collectionem statutorum 2 part. cap. 22^{nus} ne in futurum tale quid contingat.

Quia intelleximus quod quædam domina militissa de Picardia obtinuit a summo pontifice licentiam intrandi omnia monasterii ordinis nostri cum quatuor mulieribus semel in qualibet septimana quod esset contra statuta ordinis nostri si permetteretur. Ideo ad vitandum scandalum quod inde oriri posset monemus omnes personas ordinis nostri ut si ad monasteria ordinis dicta domina cum alias mulieribus declinaverit et intrare voluerit nullomodo permittant intrare sed viriliter se opponant prout in statutis nostris est expressum. Sic nostro tempore domina comitissa de Buren vicina monialium ordinis nostri in Gosnay obtinuerat brevem a summo pontifice quo licentiam illi dabat intrandi septa dictarum monialium quod et fecit bis aut ter. Sed postea brevis examinatus a superioribus quod addebatur conditio si eisdem placeret aut accederet consensus plane, dictæ dominæ deinceps introitus denegatus est.

⇨ Carolus Burgundus Dionantum evertit.

Hoc anno Dionantij Gallorum fisi promissis, quam multis apud Philippum precibus obtinerant/**obtinerant** Leodienses pacem rumpunt, exules suos domum revocatos in ditiones ducis Namurcum et Hannoniam mittant pagos vicosque incendunt, templa despoliant, omnia cædibus, rapinis incendijs miscent.

Maiores Philippus quam unquam imperat copias, eas sub finem julij Namurcum convenire iubet. Ac plurimi se tardius instruunt quod superiori anno stipendijs suis fuerant fraudati: quod ut/**et** forte recumbenti Philippo

nunciatum est. Accensus vehementi senex ira mensam subito subvertit: qui fit, inquit istuc, quum ducenta amplius millia e peculio meo præter alia impenderim: quis me ita regit? Tanta erat iracundia ut in apoplexim inciderit haud absque magno vitæ periculo. Revaluit tamen exercitum que imperavit ubi poena capitis.

Paulus Romanæ Ecclesiæ episcopus aqua et igni ob redintegratam rebellionem Dionantijs interdixit. Rem divinam apud illos fieri vetuit. Eius sententiam pagatim Philippus templorum valuis affici curavit.

Dionantij non minus papæ quam duci contumaces, cogunt suos sacerdotes sacris ut ante operari, nonnullosque recusantes Mosa flumine extingunt.

Philippus dux Carolo præmisso ipse carpento Bovinas advectus est, ut præsens ex propinquo de hostibus vindictam spectaret. Carolus ingenti exercitu Dionantum cinxit, et decimo quarto obsidionis die hoc/[hic](#) est postridie S. Bartholomæi expugnavit et solo æquavit, vel interfectus vel fuga dilapsis incolis universis. Semel atque iterum Carolus eos bonis conditionibus durante obsidione ad deditionem invitaverat, sed illi munimentis suæ verbis reliquisque quæ ad bellum necessariæ sunt abundeque ipsis suppetebant, freti contemnebant Carolum et Philippum et ultro etiam convicijs pro more lacessebant.

Hoc anno circa festum Gervasij et Prothasij sepultus est in Schuete Everardus Meeck civis Bruxellensis quæ/[qui](#) habet/[habebat](#) filium hic religiosum de quo supra .

In octavis Assumptionis Beatæ Mariæ habitu monachali donatus fuit domnus Joannes de Colonia sacerdos in domo fratrum dicta Nazareth.

In visitatione domus post festum Sancti Martini domnus Jaspar vicarius institutus est procurator, et domnus Joannes Bruijne ex procurator vicarius.

⇒ Cartusia Buscoducensis

Hoc anno initium habuit Cartusia Buscoducensis et anno centesimo revoluto destructa perhibetur. Sed ut speramus cum fœnore resurget. Sed nunc capta civitate ab hæreticis spes plane concidit.

Comittimus visitatoribus provinciæ ut de nova plantatione quam quidam domini canonici in Buscoducis ordini devoti prope eandem civitatem optant erigere, se informent, et si eis visum fuerit, poterunt aptatis prius ad hoc necessariis edificijs duas vel tres personas ad eam mittere.

Ex carta provinciæ Rheni priori domus Bethleem in Ruræmunda non fit misericordia. Et frater Dionysius professus dictæ domus cum desuper per priorem Gandavi requisitus fuerit vadat ad novam plantationem conceptam prope Buscumducis ad ordinis voluntatem.

⇒ Domus in Itinga

Missa iniuncta pro certis magnis fautoribus et benefactoribus ordinis qui ad notabilem summam florenorum impendendam se obligarunt et iam in parte tradiderunt pro nova plantatione domus Sancti Laurentij in Itingem. Et pro certis alijs qui notabilem eleemosynam contribuere volunt pro erectione novæ domus quantum ad structuras extra civitatem Olametium de quibus supra meminimus.

⇨ Simon Huvetere donatus.

Anno 1467 die 7 februarij post Completorium obiit hic frater Simon Huvettere de domo Sylvæ, sed primæ/**primo** anno aut circiter postquam huc venit fecit votum et factus est donatus huius domus natus Gandavi. Sartor et portarius et multum diligens ut/**et** sollicitus circa curam infirmorum, qui diu moratus fuit Romæ, ubi habuit tres uxores (⇨ pius obedientia). Multa/**Multum** obediens quod patet ex hoc quod dixit: si prior mes iuberet me intrare sepulchrum ut ibi/**ubi** morerur/**morerer**, libenter, statim facerem. Unde etiam eius patet bona et segura conscientia. Devotus in divinis licet illiteratus magnam enim devotionem habuit in cantu divini officij, ita quod tanquam simplex (⇨ simplicitas et devotio) diceret utinam possem in cælo audire fratres cantantes. Abstiniuit a carnibus circa finem vitæ. Satis deformis sed pulcher mortuus.

⇨ Domnus Arnoldus Calk recipitur.

Prima die maij institutum nostrum amplexus est frater Arnoldus de Kalk de ducatu Clivensi: fuit frater in Nazareth cum domnus Joannes de Colonia, sed necdum erat in sacris. Multum prosectum fecit/**fuit** domui illuminando libros etiam externos. Fuit sacrista et Lovanij vicarius.

XI aprilis facta est concordia inter capitulum Sanctæ Gudulæ et domum nostram super decimis.

⇨ Domus Monialium Prati Mollis combusta.

Intimamus personis omnibus ordinis casum lamentabilem casualis incendij domus Monialium Prati-Mollis ordinis nostri, quæ una cum adiacentibus ædificijs ad nihilum redacta est. Ornamenta ecclesiæ, libri, vestimenta sacerdotalia, clenodia blanda, provisiones et alia bona combusta sunt. Et dicta domus non potest reparari sine adiutorio ordinis: ideo exhortamus omnes ordinis priores in visceribus Jesu Christi, ut velint prædictis monialibus in tanta necessitate earum misericorditer subvenire, eleemosynas eis largiendo et mittendo eas ad Capitulum futurum. Insuper ipsos monemus ut ipsum casum velint exponere alijs domnis tam ecclesiasticis quam secularibus de quibus spem habebunt recipere aliquas eleemosynas pro restauratione dictæ domus.

⇨ Domus S. Marci de Vedane incorporatur ordini.

Novam plantationem S. Marci de Vedane prope Bellunum ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Quam plantationem domum S. Marci de Vedane nominamus. Est sita in provincia Thusciæ.

⇨ Domnus Joannes de Brunsewick, prior Romanus.

In carta quoque huius anni habetur domnus Joannes de Bruswyc prior domus S. Crucis in urbe, qui alias fuit prior in domibus Sancti Laurentij de Padula et Sancti Martini prope Neapolim. Puto eum esse cuius fit mentio in bibliotheca Cartusiana scripsisse meditationes pientissimas pro missæ et Canonis intellectu. Quamvis ibi dicatur fuisse prior cartusiæ Argentoratensis, nam cognomen Germanicum facile illud persuadet.

Eodem anno 2^a die Pentecostes ducissa Isabella misit huc centum quadraginta quatuor coronas pro quinta cella complenda cuius primarium lapidem posuit dominus de Charlois filius eius. Hoc contigit circa obitum domini ducis Philippi nam

⇒ Philippi Boni principis nostri obitus.

Anno 1467 decima septima calendas julias Philippus Bonus Burgundiæ et Brabantiaë dux, Flandriaë comes, etc. moritur Brugis ætatis anno 71, imperij 49. Atque apud cartusianos Divionenses (quorum cœnobium Philippus Audax eius Avus fundaverat) in familiari sepulchro recunditur: posteaquam Brugis in Beati Donationi, iuxta ei fuissent persoluta, mille et sexcentis/[sexentis](#) in eius funere tædis ardentibus. Sepulchro appendi posset, tale a Locrio inventum chronographicum:

qVIs SILEt InqVIRIs, sVb dIVItE MaVsoLeo
SVI/[SVb](#) CVIVs pedIbVs dIdICIt se Sedere gaLLVs

Reliquit paratæ pecuniæ quadraginta aureorum liliatorum millia; argenti non (⇒ Divitiæ) signati markas hoc est semilibras septuaginta duas supra septingentas: atque supellectilem ad bis decies seu vicies centena aureorum liliatorum millia estimatam.

Prolem vero unicam legitimam reliquit superstitem Carolum Charlosij comitem ex Elizabetha Lusitania tertia coninge susceptum. Nothos autem quam plurimos.

⇒ Carolus Audax

Carolus cognomento Audax, Philippi Boni et Isabellæ Lusitaniaë filius, succedit a paterna dominia. Is bellator summus fuit ac summis regibus formidabilis, iustitiæ religionisque cultor. Dum Gandavi inauguratur populari dissidio turbæ iniectæ duces percusserunt quæ antiquæ privilegia repetebant.

Hoc anno et mense ex cartusia missa fuit domnus Dionysio a Rickel propter excellentiam sanctitatis et doctrinæ (per athonomasiam cognomento cartusiano), ut se conferret Buscoducum ad initiandam ibi domum ordinis. Præerat tunc universo ordini reverendus pater domnus Joannes Roesendael patria Neomagensis. Vir aptissimus huic sæculo et negotio, qui est designatus ad hoc videtur a Deo divinitus, ut nascentem hanc plantationem et provinciam promoveret, scribit autem ad domnum priorem cartusiæ Ruremundanæ in hunc modum.

⇒ Copia commissionis de mittendo domnus Dionysio a Rickel ad regimen novæ foundationis/[plantationis](#) prope Buscoducum.

Frater Joannes prior Maioris Cartusiæ venerabili fratri in Christo priori domus de Bethleem in Ruræmunda ordinis nostri salutem in Domino sempiternam et per meritam/[meritum](#) obedientiæ regnum promereri gloriæ sempiternæ.

Litteras vestras, litteras que procuratoris domus vestræ, nec non litteras domnus Dionysij monachi dictæ domus vestræ super nova plantatione prope Buscumducis iam inchoata recepimus in effectu continentes quomodo in ipsa plantatione iam ædificata est una capella et quinque cellæ pro habitatione religiosorum, et alia ædificia multa iam constructa, qualia etiam iam sunt data ad opus dictæ novæ plantationis, quantave promissa a diversis personis, cum quanto etiam desiderio venerabilis vir domnus Ludolphus fundator dictæ novæ plantationis anhelet, ut illuc mittantur personæ ordinis, ita ut de nimia dilatione hoc faciendi iam tristetur. Omnibus itaque his et alijs in dictis litteris extensius expressis bene consideratis, et attento per maxime quod nedum dictus fundator, et alius venerabilis vir magister Martinus eius cooperatores, verum etiam populus cum magna devotione unam plantationem ordinis nostri in patria sua habere desiderat. Auctoritate nostri Capituli Generalis tenore præsentium vobis committendo mandamus quatenus ad dictum locum vos personaliter transferatis, et dicto domino Ludolpho fundatori principali et domino Martino eius prædicto cooperatori vos præsentatis, et locum prædictum cum omnibus pertinentijs suis, possessiones, agros, nemora, prala/[prata](#) redditus, et quæcunque alia bona immobilia et mobilia iam oblata et offerenda ex parte ordinis acceptetis ad opus et incrementum prosperum dictæ novæ plantationis. Et quia nova plantatio prædicta indiget uno bono rectore, auctoritate

Cor Philippi Boni auro et argento decoratum missum fuit, ut petierat Hierosolymas in locum Calvariaë in ecclesiam dominicæ resurrectionis per episcopum Atrebatensem cum magno comitatu et pompa muneribusque ac cimelijs; verum alibi legi non potuisse episcopum ultra Venetias procedere, ideo Romam revertisse ac cor principis in Vaticano reposuisse.

prædicta et cum consilio totius domus nostræ constituimus in rectorem dictæ novæ plantationis dominus Dionysium prædictum, qui in dicta nova plantatione a principio laboravit, et præ ceteris facta eius cognoscit, pariter et intelligit. Qui per nos sic constitutus rector regimen dictæ novæ plantationis pro merito obedientiæ humiliter suscipiat, ipsamque plantationem in spiritualibus et temporalibus structuris, et alijs ad eam pertinentibus regat, ordinet, disponat, dirigat secundum ordinis nostri instituta, cui per presentes domus licentiam exeundi ad domnos et magnates: atque ad alios cuiuscunque status vel gradus extiterint, ubicunque eos esse contigerit, et quoties opus fuerit ad tractandum cum ipsis, ab eis impetrandum licentias gratias, seu privilegia dictæ novæ plantationi necessaria, seu accommoda, nec non ad recipiendum quæcunque fuerint data et concessa pro iuvamine ampliori, celeriori incremento, ac prospero successu dictæ novæ plantationis. Insuper domus ipsi licentiam ut cum consilio vestro possit eligere de alijs dominus tres monachos qui sint religiosæ conversationis, viros probos, exemplares, et ordinis zelatores ad ponendum in dicta nova plantatione sanctæ religionis fundamentum et bonum principium tam in cultu divino quam in observantijs ordinis ad honorem Dei et salutem omnium in dicta plantatione dono Dei in futurum recipiendorum, et ad bonam ædificationem fundatoris et totius populi. Qui monachi per eum sic electi et vocati ad dictam plantationem sine mora habeant se transferre cum hoc sit de more ordinis et practica laudabili in ordine consueta, ut ad novas plantationes viri religiosi et exemplares de alijs domibus semper eligantur et mittantur, et potissime in hac nova plantatione hoc est observandum ut sicut dono Dei in temporalibus iam accepit tale principium, gratia Spiritus Sancti dirigente in dies ampliorem in spiritualibus habeat profectum.

Insuper damus ei licentiam recipiendi in alijs domibus duos donatos bonos et utiles, quos indicaverit dictæ novæ plantationi esse necessarios et generaliter omnia alia faciendi, ordinandi tractandi et procurandi, quæ eius discretionis esse utilia convenientie necessaria et accommoda ad decus novæ plantationis cum consilio tamen monachorum ad dictam plantationem evocandorum prout est de more ordinis laudabili. Datum Cartusiæ 3 mensis julij anno 1467 cum impressione sigilli dictæ domus nostræ in testimonium præmissorum.

Constat ex domo Ruræmundana coloniam huc fuisse aductam, quod ex chartis Capituli deprehendit/[deprehendi](#) potest. In quibus ijsdem facultas datur in hac domo secundo profitendi.

Profecti sunt porro eo fere numero et modo quo primi patres initiatores ordinis nostri Montes Cartusiæ conscenderunt, nimirum septem numero cum priore domus qui eos comitabatur. Interim ad illorum adventum excitatur et exhilaratur civitas et vicinia tota, præsertim agrestis et simplicior populus, qui de B. Patre Dionysio opinionem eam sanctitatis conceperat, ut/[et](#) cum eum describere vellent non aliter nominarent quam hominem qui cum Angelo loqueretur. Ducuntur in villam Ollandiam, quæ circiter quindecim passuum millibus ab urbe distat, quamvis locus et prima facies domus abhorrentior a solitudine et quiete videretur, erat enim publicæ viæ contigua quod incommodum statim offendit eos.

⇒ Bellum Leodiense

Defuncto duce Philippo neque pacis Celenæ neque obsidum suorum memores Leodienses adversus episcopum suum et ducem Burgundiæ Carolum rursus rebellarunt/**rebellabunt** freti subsidijs Gallicis utpote quibus Ludovicus rex Galliae sex millia pedetum et quatuor centurias equitum subsidio misit. S. Trudonis opidum primo capiunt deinde Heyum et episcopum profugant qui Bruxellas/**Bruxellis** ad Carolum ducem se recepit cum civibus Heyensibus qui eum sequebantur.

Interea temporis pontifex Romanus Paulus 2 propositis largissimis indulgentijs Carolum est cohortatus ut gentem rebellem ad unionem ecclesiae et obedientiam episcopi sui reduceret qui feciales suos Leodium præmisit altera manu ardentem facem, altera strictum gladium præferentes quo declararent Carolum ducem præfatos rebelles (nisi obediant) ferro, flammisque persecuturum.

Leodienses his minis nihil deterriti in proposito persistunt contra quos Carolus exercitum validissimum contraxit, et dum obside/**obsideret** S. Trudonem circa festum sanctorum Simonis et Judæ Dominus Antonius bastardus Burgundiæ se contulit cum copijs Beringas, ut eam civitatem incendio consumeret, in vindictam ducis Philippi patris sui. Audita enim Philippi morti oppidani his alvearibus veluti campanis compulsaverant/**compulsarunt** ad eius exquias, vociferantes contumeliose/**contumeliosi** diabolum antiquum obijsse, et alia convicia consimili scurilitate quam plurima adijcientes. Hanc igitur contumeliam ille ut ulcisceretur civitatem totam flummis absumpsit.

Leodienses male pugant ad S. Trudonem non longe a monasterio sepperensi. Carolus victor versus Leodium movet et civitatem obsidione cingit. Lodienses in arctum conclusi deditionem faciunt salutem dumtaxat pacti reliqua omnia ducis arbitrio permittunt. Qui decima septima die novembris cum episcopo Leodium ingressus est armatus dextera manu strictum gladium tenens/**tendens** quo appareret/**appareret** suo auxilio episcopum in sedem suam restituisse/**instituisse**.

Convertamus nos ad facta ordinis.

⇒ Moniales discunt non in parentibus sed piu/**in** misericordia Dei et ordinis considerare.

Anno 1468 in Capitulo rursus recommendantur moniales Prati-Mollis his verbis. Casum lamentabilem domus monialium Prati-Mollis anno præterito combustæ, ad mentem patrum ordinis iterato reducimur intimantes eisdem quomodo a tempore illius casualis incendij, ipsæ moniales habitaverunt et adhuc habitant de præferiti/**præsenti** in uno cellario domus in magna paupertate et miseria ita ut potius dici debeant languere quam vivere. Quia illud quod habuerunt ab ordine, fuit expositum in reparatione domus. Pro suis autem necessitatibus habendis oportuit vendere animalia, et ultra hoc recipere ad credentiam; ita quod sunt in magna necessitate, et nesciunt quid facere. Nam de parentibus suis et alijs vicinis de quibus erat aliqua spes, non fuit qui manum eis porrigeret, nec sperant nisi in misericordia Dei et ordinis. Et quia laboratum est ad reparationem dictæ domus, et ex ijs quæ patres ordinis hoc anno dederunt est bona spes quod in brevi dicta domus reparabitur adiuvantibus adhuc patribus ordinis in pijs eleemosynis. Eapropter omnes et singulos priores omnium provinciarum ordinis exhortamur in visceribus D.N. Jesu Christi ut intuitu pietatis in tanta necessitate velint ad reparationem dictæ domus manus porrigere adiutrices et secundum gratiam sibi datam eleemosynas mittere per visitatores provinciarum, quibus committimus curam et sollicitudinem dictas eleemosynas percipiendi et mittendi.

Propter aliqua pro bono totius ordinis in curia Romana impetranda, ordinamus quod quælibet domus ordinis solvat anno futuro unum ducatum erat aliqua quæstio de indulgentijs de quibus sequenti anno.

⇨ Festum visitationis Beatæ Virginis.

Quia in multis dominus ordinis festum visitationis Beatæ Mariæ Virginis celebratur, ut uniformitas in toto ordine observatur ob reverentiam et honorem gloriosæ Virginis Mariæ et propter indulgentias promerendas a felicitatis recondationis Eugenio papa quarto concessas ordinamus quod in singulis domibus ordinis dictum festum visitationis Virginis gloriosæ secunda die julij sollemniter celebretur per omnia sicut festum Nativitatis eiusdem, nomine Nativitatis in nomen/*nomine* visitationis transmutato; sed loco Evangelij liber generationis legatur Evangelium Exurgens Maria, etc.

⇨ Hermanus de Rudisheim.

Circa hunc annum floruit dominus Hermanus de Rudisheim alumnus ac præfectus cartusiæ Herbipolensis, Franconiaë que visitator provinciaë, vir admodum religiosus ac regularis disciplinaë zelator eximius. Scripsit meditationes de Pasione D.N.J.C.

In Schuet monasterio fiebant præparamenta lapidum pro nova Ecclesia. Cæmeterium ampliatur et consecratur.

Quidam Antonius non perseveravit in statu conversi.

⇨ 30 octobris Leodium expugnatur in dominica qua cantatur missa introitus Justus es Domine.

Dux Carolus hoc anno Peronam se contulit ubi honestissima legatione rogatus regis colloquium admisit collapsio fæderi restaurando. Et ecce constans fama Eburonica defectionis occurrit, Leodienses iterum furere Borbonium principem cum Imbercurio detineri, nihil vero sine Galli regis institutu/*instinctu* perpetratum esse. Bellicosus regem observari iubet. Rex iuratus se harum rerum omnium ignarum esse promittit se una cum Carolo ad evertendum Leodium prosecturum. Leodienses fortiter tantorum principum violentiam sustinere, confæderati regis iniuriam imprimis devovere, et mox perfidiaë vindices subita excursionem tentorium principum invadere, regis perniciem conclamare, sed egregie propugnante Carolo retrocedere coacti nullum magnum facinus admiserunt, quam agendi insolentiam collapsæ urbis excidium consecutum est, promiscua cædes facta, templorum etiam direptio, quod tamen ne omnino fieret Burgundus edicto caverat, qui militarem offensam sua quoque manu ultus est impium imprimis et indignum esse existimans deletes/*deletis* hostibus in Deum et sacra bellum convertere.

⇨ Nuptiæ ducis (*au bas de la page* : de his nuptiis Suffridus Petri: A° 1468 circa festum S. Joannis in junio Carolus Burgundus in uxorem duxit dominam Margaretam de Jorca, filiam Ridsardi ducis de Jorca sororem Eduardi 4 Anglorum regis, fæminam ut eventus docuit omnibus virtutibus orratam, quæ cædere in mulierem possunt. Ex qua tamen liberos non suscepit.)

Fatigatum principem et periculosa obsidione defunctum Margareta Eboracensis Eduardi soror thalamo recepit, cum qua ante hanc expeditionem nuptias contraxerat quas regali munificentia instructas Brugis celebravit.

⇨ Bellum recruduit cum rege Franciaë.

Rex Galliaë Leodio clam aufugit in terram suam, et retraxit quidquid oppidorum Carolo dederat superiori pace Peronensi, Peronam scilicet, et Ambianum et ceteros/*ceteras*.

Bellicosus perfidiaë rumore percussus in Ambianos movet, ubi cum longa obsidione nihil prosecisset promotis castris Noyellam et Royam expugnat, Bavacum frustra tentat. Normanniam depopulatur, receptis in fidem opidis quæ eis Rotomagum erant.

Dum in hac expeditione versatur Carolus dux, oblatus fuit illi libellus supplex pro erectione domus nostri ordinis prope Busoducum. Requirebatur enim necessario consensus ducis Brabantiaë. Et nescio quo errore factum, ut statim in principio id non fuerit expetitus. Cogitabant cartusiani primum locum deserere et in alia villa sibi data a fundatore vocata Eyckendonck ædificare.

1468

⇒ Supplicatio pro erectione cartusiæ Buscodusensis propria manu serenissimi ducis Caroli subsignata.

Præpotentissime et gratiosissime princeps, petunt humillime et affectuosissime illustris dominus Arnoldus dux Geldrensis et Juliacensis et comes Zutphaniæ, etc. et totus sanctus ordo cartusiensis a vestra gratiosa celsitudine licentiam et admissionem erigendi parvum monasterium 12 monachorum et familiæ competentis ordinis cartusiensis prope Buscoducum, fere per distantiam unius leucæ vel dimidiæ in quodam loco dicto Eyckendonck et ex eleemosynis per dictum dominum Geldrensem filiumque eius ac illustrem ducem Clivensem collectis et specialiter a quodam sacerdote quondam canonico Buscoducensi. Insuper petunt humillime prædicti, propter Deum et salutem animarum, licentiam possidendi et utendi licite bonis iam habitis, et iustis titulis gratia Dei acquirendis usque ad sobriam competentiam pio 12 monachis et familia competente sed ad summam centum quinquaginta lib. Fland. grossorum annuorum redituum. Sic tamen quod bona prædicta a iuribus principis et patriæ non eximantur, sed quod maneant cum talibus oneribus, quibus fuerunt ob alijs possessa. Ac etiam eandem novellam plantationem cum omnibus suis causis et negotijs in vestram suscipere specialem salvigardiam et protectionem. Insuper petitur, ut vestra celsitudo dignetur de bona affectione oblatum titulum et honorem patronatus dictæ plantationem in se suscipere, ac eidem ut principalis fundator unum de sanctis, cui magis afficitur in patronum præficere et assignare, qui patronus et sanctus propter honorem quem vestra gratiosa celsitudo ei in hoc ostendet liberabit eandem vestram celsitudinem ab inimicis: et postremo pacem et victoriam absque dubio dabit. Quem patronum desiderant prædicti ut vestra celsitudo in hac schedula propria manu signare et scribere dignetur. Non obstantibus in præmissis indultis quibuscunque quomodolibet in contrarium facientibus, ad laudem Dei gloriosæ Virginis Mariæ et Sancti Andrææ et Omnium Sanctorum. Et pro salute animæ gratiosæ celsitudinis vestræ et pace

Subscriptio

Fiat ut petitur in honorem Sanctæ Sophiæ Constantinopolis civitatis

Signat. Charles

Christianus princeps

Inter tot turbas bellorum, non obliviscebatur iacturæ/*facturæ* Imperij Orientalis quam/*quod* occupabat Christiani nominis inimicus Turca atque contra eum libenter signa convertisset si a vicinis etiam ultro non fuisset lacessitus.

Dominus Martinus Zomeranus bonorum memoria dignus alter Ludolphi collega canonicus de suo nos similiter ærario si non ditavit certe dotavit, voluissetque sub nomine Mariæ Ægyptiacæ domum hanc dedicari si non intervenisset auctoritas ducis qui S. Sophiæ domum nominari voluit.

Videtur noster Gerardus (qui foundationem huius domus scripsit) insinuare domnum Ludolphum villas quinque dedisse aut pretium, ex quibus una fuit in Querceto (vulga dicta den Eyckendonc) ubi secundo ædificavit/*ædificavit* patres nostri pro qua re dedit fundator duo millia aureorum rhenensium.

⇒ Fundator Ruthenensem cartusiæ moritur.

4/7 septembris anni 1468 obiit honorabilis vir Vestanus Valet fundator S. Salvatoris prope villam Francham Ruthenensem.

⇨ Externa

Anno 1469 religionis ergo Fredericus imperator a Paulo papa honorifice excipitur. Ferdinandus Magnus Joannis Aragonij filius Isabellam Henrici IV Castellæ et Legionis filiam connubio sibi iungit.

Ludovicus XI Galliæ rex ordinem equitum Sancti Michaelis instituit.

Indulgentia in articulo mortis confirmata est a summo pontifice de qua sequenti anni/[anno](#) declaratum fuit in Capitulo non licere profiteri in alia domo nisi intentione ibidem remanendi.

Excommunicati fuerunt qui personas ordinis diffamarent/[diffamaverunt](#), quæ tum censura tum sequenti anno propter periculum animarum sublata fuit, non aliæ pœnæ.

In carta huius anni obiisse scribatur: nobilis vir dominus Michael de Senserhaym filius fundatoris domus Pontis Mariæ magnus zelator et protector personarum ordinis. Et honorabilis vir Vestanus Valete fundator S. Salvatoris prope villam Franciam Ruthenensem. Annivers. 4 septembris, quæ domus quomodo iam vocentur me adhuc licet/[latet](#).

⇨ Primarius lapis ecclesiæ in Schuete ponitur.

Hoc anno 1469 circa Pascha dominus Adolphus de Clevis nomine principis Caroli posuit primarium lapidem ecclesiæ in Schuet destructæ.

Frater Joannes Moens donatus admissus est ad statum conversorum.

Item hoc anno oratorium principis ad parvam capellam extructum fuit. Domnus Joannes Groete filius cancellarij Brabantia ad statum monachi admissus fuit octava aprilis. Qui fuit procurator et vicarius huius domus.

Dionysius venerabilis pater et parens ac primus author/[auctor](#) domus Sanctæ Sophiæ perfunctus officio rectoratus per tres annos petijt exautorationem suam et accepit. Datus est Dionysio succesor vir vitæ venerabilis/[honorabilis](#) Joannes de Monte perfunctus et ipse multis olim laboribus quos pro domo Dei sustinuit priusquam ad hanc Coloniam veniret in cartusiæ Insulæ Reginæ Cœli prope Wesaliam. In qua multis annis priorem egerat, ex qua assumptus est ex decreto Capituli Generalis anni 1469. Ad curam hanc destinatus/[destitutus](#) et/[est et](#) missus est. Unde error irrepsisse videtur in monumentis cartusiæ Ultraiectinæ.

Henricum Heeswyck (qui dudum prior Ultraiecti fuerat) referunt hoc anno institutum fuisse rectorem novæ plantationis prope Buscoducum. Putarem procuratorem, nisi domnus Gerardus scriberet hoc officio perfunctum sub P. Dionysio qui antequam discederet habuit revelationem alio in loco construendum esse cartusiense cœnobium ubi Deo sanctificarentur animæ, et laudes canarentur divinæ quod in Vucht factum est.

⇨ Ad meliorem vitam transijt dominus Michael de Senserheim ex genere fundatorum cartusiæ Pontis-Mariæ.

Circa hunc annum obiit nobilis vir dominus Michael de Senserhaym filius fundatoris domus Pontis-Mariæ in Germania, magnus zelator et protector personarum ordinis.

⇨ Item domnus Marcellus prior domus Moguntinæ et commissarius Italiæ.

Hoc anno 1469 obiit domnus Marcellus prior domus Moguntia et de Porta Montis visitatorum Rheni saltem secundus. Vir magnus zelator ordinis et universalis clericus. Ipse fuit missus anno quo supra ad visitandum totam Italiam cum domno Anthonio tunc priore Avinionis, postea priore Cartusiæ, et in ipso opere obiit in domo Neapoli in octobri.

Eodem anno in die Sanctorum Trinitatis obiit domnus Alardus de Schoonhovia professus domus Capellæ,. Antea fuit monachus ordinis Cisterciensis in Frisia et interfuit concilio Constantiensi. Hic fuit plusquam 40 annis in ordine et magister novitiorum vir valde scrupulosus.

⇒ Cartusia Delphensis fundatur.

Circa hunc annum fundata fuit cartusia prope Delph in Hollandia ab illustris dominus Francone de Bursalia comite de Oestervant qui fuit ultimus maritus dominæ Jacobæ comitissæ Hannonæ et Hollandiæ, etc. et dotavit usque octo millia Renensium. Subiungam copias facultatis concessæ a pastore et ordinario loci.

⇒ Litteræ consensus pastoris ecclesiæ Sancti Hypoliti martyris in Delph.

Universis præsentia visuris seu auditoris ego Ægidius Joye presbyter canonicus ecclesiæ Sancti Donatiani Brugensis curatus seu pastor ecclesiæ parochialis Sancti Ypoliti martyris in Delph partium Hollandiæ Traiectensis diocesis. Illustrissimique principis ac domini domini Caroli ducis Burgundiæ, Brabantiæ, etc. Capellæ domesticæ capellanus. Qui/**quia** in commissa mihi pastoralis curæ administratione subditis meis, illis præsertim qui circa ecclesiasticam disciplinam ferventiores existunt et ad perfectionem diligentiores tendere videntur. Cupio gratus existere divinique numinis cultum nec non animarum salutem promovere semper et augere. Notum facio per præsentem quod ad piam petitionem nobilis domini domini Franconis de Borsalia comitis de Oestervant nec non venerabilium/**venerabilium** patrum plurimum mihi dilectorum prioris domus Capellæ prope Angiam, et prioris domus Vallis Regalis prope Gandavum ordinis cartusiensis monasterium seu domum eiusdem ordinis ad laudem Dei omnipotentis et honorem beati Bartholomæi Apostoli prope Delph infra limites parochiæ meæ erigere cupientium. Ut iidem cartusienses et quos duxerint eligendos ecclesiam, altaria cimiterium, ambitum cellas officinas et cetera omnia ad prædictum monasterium pertinentia ordinare, fundare, erigere et tandem consummare. Et cum optimum fuerit eadem facere consecrari horasque canonicas iuxta morem ordinis exercere. Et ut prior seu præsidens ibidem aut alius idoneus per eum admissus fratrum commensalium famulorum et hospitem confessionibus diligenter auditis de commissis pœnitentiam salutarem iniungere ac eosdem absolvere, nec non ecclesiastica sacramenta corporis Christi videlicet et extreme unctionis præfatis personis omnibus et singulis ministrare. Et ea in loco decenti conservare. Ut etiam in eorum cimiterio fratrum commensalium familiarium et hospitem prædictorum, nec non quorumcunque Christi fidelium sepulturam ibidem eligentium decedentium corpora sepelire valeat et valeant pro me et successoribus meis gratiose indulgeo per præsentem et concedo, salvo quod pro qualibet persona extranea de parochia mea ibidem sepelienda solvetur mihi et successoribus meis pro tempore, una uncia argenti pari seu duo Lood vel valorem eius in pagamento infra octo dies a die sepulturæ computen.... Pro portione vero canonica, ac pro indemnitate ecclesiæ meæ præfatæ et oblationibus ac/**et** obventionibus quibuscunque singulis annis unum Lood cum medio vel valorem eius infra octavas Paschæ bona fide realiter et in effectu solvere promiserunt in testimonium et rebus omnium præmissorum sigillum curæ meæ sepepredictæ presentibus/**sumptibus** duxi appendendum. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, secunda die augusti.

1470

⇨ Annus 1470 confirmatio præcedentis epistolæ.

David de Burgundia Dei et Apostolæ sedis gratia episcopus Traiectensis universis Christi fidelibus præsentia visuris seu auditoris, notum facimus per præsentem, quod nos transactionem seu amicabilem compositionem factam inter curatum et suos successores patronalis ecclesiæ S. Hypoliti martyris in Delff partium Hollandiæ nostræ diocesis ex una, et nobilem ac strenuum dominum Francorum/[Franconem](#) comitem/[comitem](#) de Oestervant, etc. fundatorem domus cartusiensis prope Delff nec non priores monasteriorum sive conventuum cartusiensium prope Angiam et prope Gandavum super novo monasterio ordinis cartusiensis in dicta parochia fundando construendo et erigendo ex alteris partibus proinde factis. Et in littera sigillo curati pro tunc existentis sigillata cui præsens nostra confirmationis est transfixa discriptionis auctoritate nostra ordinaria. Ratificamus, approbamus et in Dei nomine confirmamus decernendo dictam transactionem sine concordiam inter partes indictas factis perpetuo valitur/[valiturij](#). Insuper ut dicti religiosi ceterique presbyteri ad hoc apti et idonei in dicto novo monasterio tam in ipsorum monasterio quam domo infirmorum quam ut/[ceteris](#) alias/[alijs](#) iuxta eorum statum et regulæ exigentiam in locis decentibus ornatis et congrue adaptatis super lapidem consecratum divina missarum officia toties quoties oportuum fuerit et necesse celebrare possint et valeant, interdictis excommunicatis exclusis ipsis tenore præsentium licentiam impartimur nostrarum testimonio litterarum. Datum nostro sub sigillo ad causas presentibus/[sumptibus](#) appenso anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, mensis may die quinta sic subsignatum J. D. Sluso

Initiator seu primus prior huius domus Delfensis fuit domnus Simon de Horreo, professus domus Gandensis et postea prior et/[ac](#) visitator provinciæ. Et tres professi domus Capellæ, ad inchoandam et inhabitandam dictam domum misi sunt, quorum primus fuit domnus Gaspar Van Stocken tunc procurator nostræ domus Bruxellensis, domnus Joannes Gillaert, domnus Andreas de Tornaco. Item Joannes de Merchtene, professus et sacrista hujus domus. Inde contigit mutatio officialium in hac domo Bruxellensis /[Bruxellensi](#). Institutus fuit vicarius domnus Marcellus Voet et domnus Joannes de Bruyne qui fuerat vicarius iussus est secundo exercere officium procuratoris, et sacrista paucis mensibus fuit domnus Joannes a Colonia, cui successit domnus Arnoldus Calck.

⇨ Obijt eodem anno fundator cartusiæ Delphensis.

Ad mercedem piæ foundationis suæ properavit supradictus dominus Franco de Bursalia comes de Oestervant quia lego obiisse hoc anno 19 novembris.

⇨ Externa

Mahumetes Eubæa Venetorum insula occupata Metropolitim eius Chalciden. solo aquavit.

Anno eodem 1470 comes Vernicus fugatus ex Anglia confugit ad Francos. Cæpit que piraticam exercere in naves Mercatorum terræ Caroli, deinde stipatus Francis eiectorem suum Eduardum eiecit ex Anglia, qui venit ad Carolum fortunam questus accepit ab eo milites, redijt, vicit regnumque recepit.

⇨ Indulgentia concessa a Paulo II ordini nostro.

Non est tacenda gratia Pauli 2 in ordinem nostrum: Intimamus (inquiunt diffinitores/[diffinitoribus](#) Capituli) personis ordinis quod S.D.N. papa concessit personis ordinis plenariam indulgentiam semel in vita et semel in morte, sic quod quilibet possit eligere confessarium qui eum absolvat ab omnibus sententijs et pietatis/[peccatis](#).

Wenceslaus Lutz. rex
Bohemia ac Rom. imperator (Ex heutero Paulio Delfio)

Carolus rex Bohemiæ ac Sigismundus rex Bohemiæ
imperator nominis 4us Hungar : ac Rom. Imp.
habuit filios 3

Joannes Gorlitzij, Lutitzij ac Elizabetha dux
marchio Brandenburg, habuit Lutzenburgensis habuit hunc
filiam uxorem post primam mortuam
Antonius dux Brabantia

Wenceslaus Patruus huius Elizabethæ liberali animo ei in nuptijs cum Antonio duce Brabantia Lutzenburgum dedit (certis factis conditionibus) quibus et annuit ipse Sigismundus tamen querelæ nonnullæ ortæ sunt post mortem Wenceslæ, (propter hanc donationem) cum Sigismundo ; quas quidam patruorum in Lutzenbergenzi patria præfectus (etiam sopitis) semper suscitabat, ita ut varia legationæ ad Sigismundum fuerint missæ, Inter quas unam suscepit prior Diestensis cartusianus Goswinus, missus ex parte Elizabethæ ducissæ in Lombardiam ad Sigismundum qui ibidem cum duce Sabaudia, ad quem ducem Antonij **sororinum** simul litteras prior ducit ab Antonio missas ut ipse dux Sabaudia qui multum apud Sigismundis poterat res suas ageret apud imp: quas et fecit. nam Sigismundis omnia ante peracta Inter Wencelaum et Elizabetham ducem Lutzen : approbavit ac confirmavit mediantibus ac præsentibus duce Sabaudia ac cardinali Placentino in Lombardia in Castro (nomine Yporregijem) his peractis Anno 1414 23 mensis maij, redijt prior Goswijnus.

Contractus Antenuptialis extat lib. 2 don. Bel. c. 118

M. S. Chronico Brabantia
hæc nostra Modica sapuentia
prout potuit.

1470

⇒ Solennitas Conceptionis Beatæ Virginis instituta.

Ob uniformitatem laudabilem in ordine nostro observandam et præcipue in celebratione divinorum prout statuta nova manifeste volunt ordinamus quod festum Virginis Mariæ quod modo Ecclesia Solemniter celebrat VI idus decembris amodo sub nomine Conceptionis per totum ordinem universaliter celebretur quemadmodum alias per Ecclesiam fuit determinatum non obstante statuto quod de sanctificatione facit mentionem. Paulus enim secundus festum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis confirmavit cum approbatione festi eius diei c. 1 de Reliq. in extranæ./extravag.

⇒ Contributio pro domo Sanctæ Crucis Romæ.

Cum reverendissimus in Christo Pater et dominus dominus cardinalis Sanctæ Crucis protector ordinis nostri magnam curam habeat de instauratione Sanctæ Crucis in urbe et graviter ferat quod ex defectu reparationis ipsa domus de presenti est male disposita, cum ecclesia dictæ domus sit una de patriarchalibus ecclesijs urbis Romæ. Et propter hoc scripsit affectuose ut propter honorem ordinis habeatur respectus ad restaurationem dictæ domus. Et ipse pro parte sua de facultatibus suis vult notabiliter contribuere. Eapropter insequendo piam intentionem ipsius domini/**nostri** protectoris attento quod in dicta domo personæ ordinis habeant refugium suum ordinamus quod tam pro sancto opere quælibet domus solvat anno futuro unum ducatum.

Circa hunc annum obiit dominus Nicolaus de Colalto comes, ex fundatoribus domus Montelli in Italia.

Et in charta huius anni sic habetur: domnus Judocus professus dictæ domus scilicet Nostræ Dominæ de Gratia revertatur ad domum Montis Dei suæ primæ professionis et ibidem habeatur pro professo.

⇒ Recipiuntur ad ordinem tres iuvenes.

Domnus Matthias TSergoosens alias Middelborch (filius fratris uxoris domini Joannis Middelborch qui eum adoptaverat in filium) ordini nomen dedit in nostra domo de Schuet quinta augusti. Qui fuit postea prior.

Similiter ordinis habitum assumpsit domnus Joannes de Roe Bruxellensis in festo S. Hugonis.

Item frater Joannes Pepercoren recipitur donatus ad tria vota. Hic ex domo Rubeæ Vallis venit ad nos.

Eodem anno petatum fuit ex parte principis ut Joannes Florentis XV annorum reciperetur in domo vel ad triennium tres libræ grossorum darentur in subsidium studij sui quod tunc negatum fuit, sed postmodum pro parte concessum, ita quod partem expensarum eiusdem Joannis solvit domus Lovanij (quod miror cum hoc tempore necdum domum haberemus in ea civitate, igitur intelligendum puto quod hæc domus dederit iuveni prædicto pecunias Lovanij student). Et partim eleemosynarius principis et frater eius domnus Martinus etiam aliqua solvit, qui postea fuit hic monachus.

⇒ Legatum domini Petri Fabri.

Eodem anno dominus Petrus de Curia alias Fabri, capellanus Anderlectensis donavit huic domui domum suam et hortum concessio sibi et Joannæ nepti suæ usufructu prædictorum cum onere manutentionia.

⇒ Rochus Anglus cartusianus claret.

Rochus Anglus cartusianus composuit pios varij generis versus aliasque plura. Claruit anno Domini 1470. Vide Bibliotheca Cartusianam.

Joannes Sherwodus episcopus Duvelmensis in Anglia externas etiam academias invisit Italiæ præsertim unde exquisitorum quorundam auctorum græca exemplaria studiose venatus, suoque sumptu comparata in Angliam secum retulit. Fuitque inter ipsum et Rochum quendam carthusianum, virum pium et doctum magna amoris et studiorum coniunctio.

1470

Corpora sanctorum Luglij et Lugliani quum hactenus lilerij in feretro ligneo requievissent in novum idque argenteum affabre cælatum ab Elizabetha Lusitana Philippi Boni vidua transferri curantur. Eorum solenne est festum apud Literienses octobris vigesima tertia.

⇨ Tertia translatio domus Buscoducensis.

Domnus Joannes de Monte, quondam prior Wesaliensis, secundus rector novæ plantationis prope Buscoducum primo anno rectoratus sui officio pariter et vita defunctus est. Sub eo et hoc anno 1470 tertia translatio eiusdem domus facta est in locum dictum Vucht ubi erat domus et fundus Virginum Sanctimonialium Orthensium quem ex communi consensu decreverant relinquere.

⇨ Beneficium Alheydis Pieckia.

Is locus commodissimus etiam suis ædificiis non inornatus coemptus fuit et ad usus nostros accommodari vertique cæpit, ac maxime promovit æternæ piæque memoriæ Alheydis Pieckia. Hæc nobilis ex prima nobilitate Geldria nupsit viro similiter nobili dominus Arnulpho de Herlair equiti aurato, quæ cum iure feudi amplissimas possideret hæreditates. Hoc titulo fere præstabat viro. Ut qui fortunæ tenuioris/[teunioris](#) esset et ditior virtute quam terrena possessione, a qua hic cum totus penderet nihil volebat nisi quod ipsa vellet patiebaturque sibi non gravata ab ea suggeri quidquid rectum ipsi visum fuisset. Illa igitur effusis charitatis habenis capax immortalitatis et magni prorsus consilij mulier domestico iudicio suo in consilium deliberationem que vocato post maturam consultationem habitam cum viro suo concepta de æterna remuneratione ingenti fiducia decrevit res omnes suas charitati potius quam adulationi transcribere constantique cogitationis huius impulsu vehementius accensa non prius ab hoc proposito destitit quam Christum meruit habere omnium bonorum suorum hæredem. Et nos, accedente ducis Caroli consensu et illustrissimæ eius filiæ Mariæ in cuius rei fidem dedit tabulas ratihabitionis, testes Carolus in abbazia Sancti Maximi prope Treveros existens XI octobris 1473 et Maria residens Gandavi 12 aprilis anno 1476 ante Pascha. Cum supradictum locum Vucht nostri sui iuris fecissent Alheydis cæpit statim ædificare, cellas construere et locum ad formam ordinis redigere in quo opere supra 24 centera aureorum legitur insumpsisse. Accessit operi vir eius qui prout ex antiquis chartis constat octo cellas instituit superbo ac raro opere quarum extant adhuc hodieque aliquæ solidæ et integræ cum reliquo quod cellis imminet ædificio in quo tristega fuisse satis apparet tantæ altitudinis. Ut vix putem in provincia tam magnifici operis domum exstare, ubi super/[nuper](#) etiam in cippo vidimus adhuc Arnulphi et Aleydis insignia. Sed nihil gratius visum est eis quam situs et fluvius qui domum alluebat, quamvis si vera volumus nihil illo perniciosius, utpote qui molle vehiculum semper fuit, stratariorum et scapharum quæ et decurias totas male feriatarum amicorum postmodum in domum invexit. Unde et illo/[illæ](#) lachrymæ.

1471

Fuit dominus Joanni de Monte syndicus œconomus procurator Thomas Driel et ipse bonorum memoria dignus qui nobis a patribus summe commendatus est, ut strenuus inprimis et huic domui valde utilis et affectus. Non erat ille ex eorum genere in quos exstat illud proverbium: comedat aurum et alat equum, dummodo bene pascat conventum. Nec erat in quem dici posset istud. Nugaris dum tibi calve pinguis aqualicus propenso sesquipede extat. hæc noster Gerandus/[Gerardus](#).

⇒ Associationes domorum.

Eodem anno 1470 die Valentini fecit conventus associationem cum domo Diestensi quo ad habentes habitum ordinis.

Item idem factum est cum domo Capellæ die Palmarum sequenti quo ad monachos et conversos.

Nota quod in psalmis ex associatione non capimus veniam, habent tamen anniversarium associandum, et brevem in cellis. Hæc de verbo ad verbum desumpta sunt ex libro foundationis quæ non parvum scrupulum quibusdam ingerunt eo quod non adeo conformia videantur/[indexatur](#) primæ parti statutorum novæ collectiones/[collectionis](#). Quia si habeant tricenarium persolvendum conventualiter in templo statim post eorundem obitum, non videmur teneri/[tamen](#) ad brevem recitandum in cellis. Sic enim habetur cap. 43 n. 16 primæ part statutorum. Verumtamen quisquis in quacunque domo habet tricenarium singulare, in ea brevem non habet cap. 39 n. 2 dicitur quidem quod occupati et debiles excusantur a venijs sumendis in dicto psalterio, dummodo pro venijs agendam integram persolvant ad intentionem eius cui debetur monachus. Relinquitur hoc arbitrio talium qui legunt per psalteria, nec haberent missam ab hebdomadario/[hebdomario](#) persolvenda/[per se lautandam](#). Multa revocata sunt quæ istis temporibus servabantur.

Anno 1471 fecimus associationem cum domo Antverpiæ quo ad monachos tantum. Et anno sequenti vigilia S. Andreae cœpimus habere associationem cum domo Sylvæ quo ad omnes habitum ordinis portantes cuius tenor talis est.

⇒ Copia associationis domus nostræ cum Sylvæ Sancti Martini.

Venerabilibus et dilectis nobis in Christo patribus et fratribus domno Henrico priori totique/[totius que](#) conventui nec non ceteris personis de habitu et professione domus Nostræ Dominæ de Gratia prope Bruxellam nostri ordinis cartusiensis humiles Christi servi vestrique in eodem Christo fratres, frater Joannes modicus prior totusque conventus domus Sylvæ Sancti Martini prope Gerald-Montem eiusdem ordinis nostri antedicti salutem in Domino et humilium precum nostrarum suffragium qualecunque, cum corpus quod corrumpitur animam semper aggravet et terrena inhabitatio humanam naturam ad mala pronam ab initio per multos frequenter defectus et lapsus ad peccandum deprimat et declinet, hinc Apostolicis admonemur doctrinis, ut alter alterius onera portantes orenus/[oremus](#) pro invicem ut salvemur quatenus qui reatum priorum pondere premimur mutuis et alternis tam in vita quam in morte favente Domino precibus sublevemur, ad quod etsi omnes generaliter tenentur qui Christiano censentur nomine, specialiter tamen nos obligamur ad hoc idem devotius faciendum pro invicem qui unius professionis sumus et ordinis et habitum gestamus eundem et specialissime vos et nos ad id ipsum fidelius faciendum mutuo singularis causa rationabili quodam incitat argumento, ut sicut videlicet domorum convicinitate, iungimur ita precipue devotionis et amicitia quodam fœdere sociemur

unde

1471

unde præter generalem illam memoriam quæ vos die noctuque in nostris orationibus sicut decet meminisse fratrum recommandatos habemus ex speciali gratia de licentia et consensu reverendi nobis in Christo patris domni Anthonij prioris Cartusiæ tenore præsentium concedimus pro nobis et posteris nostris, vobis et vestris successoribus ac cuilibet vestrum habitum dumtaxat ordinis nostri gestanti vobiscum professo plenam illam associationem quæ quandoque inter domos nostri ordinis ex certis causis fieri consuevit, ut videlicet post obitum cuiuslibet vestrum (quem Deus post occidua huius vitæ curricula felicem faciat et beatum) in domo nostra prædicta solvatur a nobis et a quolibet nostrum presenti tempore et futuro habitum dumtaxat ut præfertur ordinis nostri gestanti nobiscum professo unus integer monachus a clericis quidem et presbyteris per psalteria sine venijs vel missas. Alacris/A laicis autem et conversis per Pater Noster et Ave Maria prout illud in ordine nostro est consuetum. Et/Ut dies obitus cuiuslibet vestrum signabitur cum perpetuo anniversario occurrente suo tempore persolvendo. Valete in Christo Domino feliciter et longæne, orantes pro nobis et nostris, sicut et nos pro vobis et vestris. Datum sub sigillo domus nostræ prædictæ. Anno Domini M CCCC LXXIIJ

Extant adhuc litteræ authenticæ et copię earum in libro descriptæ.

⇨ Obitus domnus Dionysius cartusiani.

Anno 1471 in festo S. Gregorij doctoris ecclesiæ, doctor extaticus ordinis nostri Dionysius de Lewis oriundus ex pago Rickel comitatus Lossensis Leodium/leodiensis diœcesis transit ad meliorem vitam illi sociandus in præmio qui dum viveret sacrarum litterarum scientia et vitæ sanctimonia similis extiterat. Hunc sanctum Patrem multi laudarunt sed Auberti Miræi decani cathedralis Beatissimæ Virginis Mariæ Antverpiæ in suis elogijs illustrium Belgij scriptorum mihi imprimis placet testimonium quod subiungo.

Tot tamque eximiæ virtutes nomen tuum Dionysij commendant ut difficilius sit in tuis laudibus exitum quam principium invenire: Quid enim in te primum mirer? Singularemne vitæ sanctimoniam qua doctor apud omnes audis extaticus? An solertem illam in illustrandis universæ sacræ scripture libris industriam, laboremque inexhaustum quo alter pœne Didymus Chalcenterus plura posteritati legenda reliquisti, quam ut legere quidquam alienum inter tot diurnas nocturnasque monasticas exercitationes potuisse videaris, ac retro plura legisse, quam ut scribendi otium suppeditaret? An acerimam illam ac prope divinam ingenij vim, mentisque aciem qua Dionysium tuum Areopagitam, obscurum alijs atque inexplicabilem commentando plenior reddidisti? Vincit nimirum omnia labor et ingenium. Neque studijs tantum deditus inter tuos latere potuisti, ut qui negotijs ecclesiæ tractandis a Nicolas cardinale Cusano legato per Germaniam pontificio adhibitus consilij universam Rempublicam Christianam egregie iuvisti, ut verum esse illud Nysseni Gregorij

deprehendam

1471

deprehendam, Deum iam inde a Noachi eluvione singularis viros singulis ætatibus cæterorum velut duces et antesignanos extulisse.

Tu sacræ historiæ clavis, lucisque fenestras/*fenestra* es,
 Magnum a te capiunt Biblica Sacra decus
 Tu veterum umbrarum Dionysij ænigmata pandis
 Eruis et Sacris aurea sensa libris
 Ergo alter merito succensa luce, Prometheus
 Diceris, historiæ solque iubarque sacræ.

⇒ Epitaphium Dionysij.

Discessit ex sua Colonia (Buscoducensi scilicet) b. pater anno Domini M CCCCLXIX decessit e vita completis in pace diebus officij sui superatisque omnibus huius vita miserijs, anno Domini M CCCC LXXI in festo S. Gregorij Magni, postquam in sacro ordini cartusiensi XLVIIJ annos. Christo militaverat anno ætatis suæ LXVIJ. Conditus est in Ruræmundana sua cartusia. A Cuckio episcopo postea exhumatus et in supplicationibus privatis caput sine cranium publica veneratione episcopi colebatur, et nisi mors intervenisset canonizatio forsitan sequuta fuisset.

⇒ Item hoc anno Thomas de Kempis moritur.

Thomas Kempensis canonicus regularis Augustin. congregationis Windeshemensis vir eximiæ in Deum pietatis, ut aurei illius de Christi imitatione libelli testantur in Monte S. Agnetis cœnobio apud Suollam opidum sito, obdormit.

⇒ Item domnus Gerardus Naghel professus Capellæ.

Ac/*Hic* quidem dignitate præcedunt morte tum eos prævenerunt inprimis.

Siquidem primo die huius anni 1471 obiit domnus Gerardus Naghel Delphensis monachus professus domus Capellæ, qui fuerat ante ingressum ordinis sacerdos secularis, honeste satis literatus receptus ad ordinem a domno Joanne de Attrebato circa finem vitæ eius. Hic fuit procurator, vicarius *et prior* domus istius. Vir sanctus, zelosus valde et scrupulosus rigorosus in observantijs ordinis tam ad se quam ad alios, et circa finem vitæ suæ fuit fere totus cæcus, ita quod pluribus annis ante mortem non celebraverit. Sed baculo palpitando venit ad ecclesiam vel ducebatur ab aliquo fratrum, solus communiter erat in cella nisi aliquid ministerij fieret ab aliquo fratrum.

⇒ Item unus fundatorum domus in Itinghem.

23 januarij vita defunctus est honorabilis dominus Henricus Meysenir (*au-dessus de la ligne* : Meysner) civis Neurembergensis qui de bonis suis dedit magnam summam pro erectione domus in Itingem et habuit plenum cum psalterijs monachatum Quæ domus hoc anno incorporata fuit ordini his verbis.

⇒ Domus in Itinghem et domus Delphensis ordini incorporantur.

Novam plantationem S. Laurentij in Itingem ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Item Delphensis hoc tenore verborum:

⇒ Item alius Gerardus Nagel civis Delphensis et uxor quorum omnium bonis successit Conventus ibidem erectus

Novam plantationem in Hollandia noviter erectam ordini nostro incorporamus in nominæ Patris et Filij et Spiritus Sancti, Amen. quam plantationem domum S. Bartholomæi in Jerusalem prope Delph nominamus. Rectores dicti opidi Delphensis fuisse adiutores in erectione huius domus patet ex charta Capituli. Fuit civis vocatus Gerardus Nagel (ut supradictus prior Capellæ) qui cum uxore sua dederunt omnia bona quæ habebant huic conventui. Sed quo anno et quantum ignoro. Sed multum dedit qui omnia dedit.

1471

⇨ Pleraque ordinis lumina hoc anno extincta, inter quæ etiam dominus Wilhelmus Apstel.

Hoc eodem anno 1471 in die S. Dominici obiit dominus Wilhelmus Apstel Bredanus, monachus professus domus Capellæ receptus ad ordinem a domno Joanne de Attrebato, sed professionem fecit sub domno Joannes de Montengnis. Stetit circiter 40 annis in ordine, sed ante obitum suum fuit per tres annos prior Brugis. Inde huc regressus post quinque vel sex annos hic (scilicet in domo professioni suæ) defunctus est. Fuit vir magnæ scientiæ et egregius librorum ligator, atque operarius in ære et lignis. De quo vide Dorlandum lib. 7 cap. 28.

⇨ Domnus Richarus Volbrecht.

Domnus Richardus Volbrecht magnæ varijs in infirmitatibus patientiæ fuit; insuper a teneritudine conscientiæ laudatus a quibusdam male dictus scrupulosus professus domus Gandensis. Qui in brevi consummavit tempora multa, iuvenis **que** namque obiit hoc anno 1471, quem dominus Joannes Versaerem prior dictæ domus sepelivit ante cellam suam ob dilectionem memoriamque sanctitatis eius, quem et brevi sequutus est nam.

⇨ Venerabilis P. Joannes Versaren prior Gandensis et visitator provinciæ.

In festo S. Michaëlis universæ carnis viam ingressus V. P. dominus Joannes Versaeren prior Vallis Regalis prope Gandavum, et principalis visitator huius provinciæ, qui supra quam/**quem** dici potest spiritualibus exercitijs deditus fuit. Utque ordo in eisdem proficeret non modicum laboravit. Præfuit annis XI, decem vero extitit visitator, quo in officio non modicas sustinuit tribulationes. Fuerat quoque prior domus Portus Salutis Sancti Andreae prope Amsterdam. Quisque longo tempore direxit negotia Capituli Generalis. Fuit dominus Joannes Versaeren baccalaureus in theologia magnus zelator ordinis.

⇨ Cemiterium consecratur.

In nostro monasterio de Schuet hoc anno (ni fallor) in septembri reverendus dominus Godefridus, episcopus Dagnensis, natione Gelder Carmelita et suffraganeus episcopi Cameracensis consecravit cemiterium nostrum magnum in ambitu ante duas primas cellas.

Altera Dionysij venit procurator Buscoducensis ad domum istam, infirmus fluxu sanguinis cum socio laico Godefrido, qui procurator convaluit, sed dictus Godefridus obiit in profesto Lucae, et primus sepultus fuit in superiori cæmeterio.

⇨ Frater Joannes Pepercoren huius domus donatus moritur.

Item frater noster portarius Joannes Pepercoren donatus supradictus habuit curam infirmorum, et quia morbus dictus contagiosus fuit, ipse incidit in eundem morbum, in quo languit ad viginti et unum dies, et obiit eodem anno altera reliquiarum tempore matutinarum, qui bene sollicitus fuit in porte/**porta** et officio suo sarcendi et circa infirmos et devotus, quia diu in statu donati tenuit officium legendi conversum.

Externa

Alphonsus Lusitaniæ rex cum Joanne filio instructa trecentarum navium elasse/**classe** Olisipone in Africam mense augusto solvit et Arzillam Tingam et Alcassarum Mauritaniæ opida occupat.

Ingolstadij apud Bavaros Academia excitatur.

Emporium Brugense in Flandris fælicibus auspicijs stabilitur facto pacto inter Brugesenses et Lubecenses reliquosque orientis mercatores.

Floret Atrebatum quoque vini mercatu, sexcentis/**sexentis** vasis, vel uno sabbato illuc ex Gallia delatis.

⇨ Satisfactio Caroli ducis quam ecclesiæ Leodiensi fecit.

Hoc anno 1471 in die Sancti Valentini misit dominus dux Carolus ecclesiæ Leodiensi preciosæ iocalia; scilicet (vidi prædictam statuam S. Georgij ad cuius pedes flectit dux tenens manibus reliquias) Sancti Georgij representantem personam ducis tenentis de relinquijs S. Lamberti in manibus ex auro purissimo fabrefactam, casulam dalmaticam cum albis mappis, etc. et tres cappas pretiosas in quibus eadem die cantata fuit missa votiva per dominum abbatem S. Jacobi præsentem dno Leodiensi et legatis/**legalis** domini ducis, qui ea præsentaverant.

1471

⇒ Magnates sæculi aliquot quoque hoc anno obierunt Paulus secundus.

Sicut contigit hoc anno illustres personas ordinis mori: ita quoque Magnates aliquot sæculi inter quos papa Paulus 2 dum consistorium publicum lætus habuisset; nocte quæ 26 julij sequebatur in cubiculo suo nullo mortalium præsentem apoplexia percussus interiit. Successit ei Sixtus 4 ex familia Franciscanorum/[Francicone](#).

⇒ Marchio Ferrariæ fundator cartusiæ ibidem.

20 augusti illustrissimus princeps et dominus, dominus dux Mutuniæ, marchio Ferrariæ dominus Borsius Arestinus fundator domus Sancti Christophori prope dictam civitatem Ferrariam vitæ terminum figit. Fuerat Romæ in festo Paschatis a Paulo 2 creatus dux Ferrariæ ob illustria merita in pontificiam sedem. Ex urbe profectus religionis ergo ædem Lauretanam/[Lauretanam](#) adiit. Inde Ferrariam reversus, cum longo tractu crinita stella apparuisset in cælo, ex morbo 13 cal. 7bris vitæ finem fecit (*au bas de la page* : Borsius qui supra conditus fuit in cænobio carthusiensium, quod ille magnificentissime ædificatum optimis fundis in sodalium victum donaverat. Papiensis epistola 382 pag. lib. 8)

⇒ Illustrissima domina Elizabetha ducissa Burgundiæ.

Item ariæ (quod est celebre Artesiæ opidum) moritur Elizabetha Philippi Boni principis nostri vidua, Caroli Audacis mater: cuius funus in Gosnayense carthusianorum iuxta Bethuniam cænobium delatum primo, quum fuisset post paulo Divionem translatum est, ut cum marito commune haberet sepulchrum. Hæc Locrius cui concordat chronicon domus Capellæ: 27 decembris anni 1471 obiit domina Isabella ducissa Burgundiæ uxor ducis Philippi, quæ primo sepulta fuit in domo ordinis nostri virorum apud Gosnay, qui per unum annum quotidie unam missam cantatam fecerunt. Hæc fuit filia regis Portugaliæ, sed circa annum 1473 tam corpus eius quam corpus viri sui Philippi translata sunt Divionem a duce Carolo filio eorum (Philippus fuit primo Brugis sepultus). Et sic translata corpora eorum reposita sunt in monasterio ordinis nostri cum prædecessoribus suis. Habuit plenum cum psalterijs monachatum prout merebatur. Nam plura extant beneficia huius ducissæ in notis ordinem, cuius fidem facit stemma incisum in lamina area quæ pyxidata seu inserta muro ecclesiæ Gosnayensis, qui summo imminet altari, viciniorque est sacello Sancti Spiritus super tombam serenissimæ ducissæ. Sculpta est autem in hac eadem lamina Compassionis Beatæ Mariæ Virginis effigies iuxta crucem sedentis, et in gremio de cruce depositum filium examinem complexantis. Ad cuius latera hinc inde S. Andrææ patroni tutelaris Burgundiæ, et S. Elizabethæ visitur imago. Philippus dux Bonus ex una parte cum Carolo filio adgeniculatur; Ex altera ducissa cum utraque filia sua; Cui et peristroma substratum est æreæ laminæ subtiliter insculptum cum insignibus et tessera regia Lusitaniæ et Burgundiæ. Addita est hæc inscriptio quæ antiquitatem imprimis sapit verbis gallicis sed reddam latinis.

⇒ Beneficia eius in cartusiam Gosnayensem.

Princeps potentissima Isabella filia Joannis regis Portugaliæ domini (de septe) septimaniæ per eum vindicatæ, ducissa Burgundiæ, Brabantia, Limburgi., comitissa Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Palatina Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ et Namurci, domina Frisiæ, Salinarum et Mechliniæ, marchionissa Sacri Imperij, fundavit in hac ecclesia (Gosniacæ cartusiæ) duo anniversaria, et dotem reliquit alendis religiosis duobus ad chorum, quibus incumbet onus perpetuum orandi pro felicitate principis excellentissimi dominus Philippi ducis Burgundiæ, domini et mariti sui, itemque pro Caroli ducis Charlesij hæredis et filij eorum vita et fortunis quoad vixerint. Post eorum autem obitum orabunt pro animabus eorum, itemque aliorum nobilissimæ memoriæ defunctorum regis et reginæ Lusitaniæ, ducis et ducissæ Burgundiæ patris et matris eorundem, ac denique pro alijs omnibus pro quibus fundatrix intendit. Et hi religiosi duo cellas deinceps incolent signatas littera O et littera H quæ sitæ sunt in maiori ambitu huius ecclesiæ. Fundavit autem has ut perpetuis futuris temporibus participes fiant tam ipsam

quam
f° 84^v (99)

quam ipsi ad quos ipsius intentio se extenderit omnium orationum et bonorum operum spiritualium huius congregationis, et huius ergo donavit et perpetuo amortizavit terras et dominium dictum Sancti Petri Maisnil, cuius census annuus aestimatur octoginta librarum Parisiensi est que situm illud iuxta Choques, seu in territorio Choquesio. Insuper hoc sacellum (dedicatum Spiritui Sancto) iussit ædificari adiecitque alia bona et beneficia. Quam fundationem cum omni gratiarum actionæ susceperunt gratumque ac ratum habuerunt onus annexum, pollicitique sunt religiosi se satisfacturos conditionibus apposis iuxta tenorem et modum præfatum. Datum Atrebatu 21 septembri 1435/1431. Bene precamini animabus/[animæ](#) defunctorum.

⇐ Alia fundatio facta per eandem dominam Elizabetham domui S. Catharinæ prope Antverpiam.

Aliam pœne similem fundationem Kilianæ cartusiæ olim prope Antverpiam a dicta domina Isabella factam subijciam cuius mentionem feci 1450 ubi approbationem eorum omnium ad quæ religiosi dictæ domus se astrinxerat reverendo patre, subscriptam posui, necdum autem hæc ad meas manus pervenerant.

Littera spiritualium beneficiorum concessa dominæ nostræ ducissæ Burgundiæ.

Nos frater Arnoldus humilis prior totusque conventus domus Beatae Catharinæ prope Antverpiam ordinis cartusiensis Cameracensis diocesis tenore presentium universis et singulis notum facimus quod bona fide confitemur et recognoscimus de eximia charitate illustrissimæ Isabellæ filiæ regis Portugalliæ et Albergiæ nec non et domini Lepte, ac Dei gratia Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ et Limburgi ducissæ, nec non Flandriæ, Artesiæ et Burgundiæ Palatinæ ac Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ et Namurci comitissæ dominæque de Frisia, Salinis et Mechlinia, recepisse pro nobis ac posteris nostris ad usum perpetuum duo millia equitum aureorum aut in alia moneta eorum æquivalentia. Quæ summa pro semel accepta applicata est ad structuras duarum cellarum quarum prima intitulatur cum affixione litteræ capitularis F, altera vero cum littera V, ac unius capellæ in perpetuam memoriam illustrissimæ dominæ nostræ præfatæ. Sed et certi redditus perpetui empti sunt ad sustentationem duorum religiosorum, qui easdem cellas inhabitando oratores perpetui sunt et erunt in futurum cum posteris eorum pro domina nostra sepedicta ac suis omnibus quos maiestas eius gremio charitatis amplecti decreverit. Insuper teste veritate fatemur capellam præfatam ab eadem domina certis ornamentis ac vasis solenniter decoratam. Scilicet casulis duabus cum alijs vestibis pretiosis quam pluribus, calice uno argenteo desuper deaurato, ampullis argenteis duabus, vase aquario una cum aspensorio argenteo ac pixide ad hostius appendentibus omnibus simul duodecim marcas argenti. Cum igitur æquum sit ac rationi consonum his qui nobis charitatis beneficia liberaliter impenderunt spiritualia nostra pro viribus refundere, præmissis cum omni gratiarum actione reverentes, consideratis nos ac posteros nostros oratores constituimus ac in quantum possumus perpetue obligamus participes facere illustrissimum dominum ducem Burgundiæ ac magnificam dominam ducissam eius consortem cum generosissimo domino

Carolo, comite Charlesij, unigenito eorum. Nec non excellentissimum dominum regem Portugaliæ et nobilissimam reginam eius consortem, dominum quoque Joannem ducem Burgundiæ ac dominam ducissam conthoralem eiusdem parentes prædictorum. Nec non pro posteris eorundem perpetuis temporibus successuris universorum bonorum spiritualium in vita pariter et/ac post mortem quæ fiunt, et de cetero domino concedente fieri in toto monasterio nostro in missis, orationibus, ieiunijs vigilijs abstinentijs, elemosynis, disciplinis ac exercitijs spiritualibus ceteris quibuscunque. Adjicientes insuper de speciali obligatione, obligantes nos et posteros nostros in perpetuum in quantum possumus et debemus quæ/quod capella memorata ac alia quam præfata domina elegerit stabit sub titulo æternæ memoriæ suæ nec non magnifici ducis mariti sui præfati ac unigeniti suorum, excellentissimi que regis Portugaliæ cum regina ipsius consorte nobilissima, parentum quoque eorundem omnium ac singulorum cum cunctis eisdem perpetuis temporibus successuris, ut pro perpetua salute corporis et animæ omnium præmissorum oretur fideliter ac celebrentur quotidie duæ missæ in quantum de ritu et consuetudine ordinis fieri licet et convenit. Quibus in missis duo sacerdotes celebrantes perpetuam memoriam agent pro æterna salute dominæ ducissæ præfate omniumque præmissorum tam virorum quam defunctorum. Et ut præmissa omnia stabili firmitate rata permaneant appensione magni et auctentici/authentici sigilli nostri conventuali presentes litteras nostras munivimus, cuncta bona nostra per præfatam dominam collata pro nobis ac posteris nostris si necesse foret perpetuis temporibus impignorando. Promittentes insuper bona fide confirmationem presentium a Generali Capitulo nostro quantocius/quantocius commode poterimus impetraturos. Datum anno Domini 1448, prima die mensis aprilis. Confirmatio data est anno 1450 ibi superius.

Gosnaji sub dicta/dictæ ærea lamina versus hi litteris aureis gallice inscripti sunt parieti sub aspide quæ super tumbam sinuata est et elevata ad sex aut quinque pedes.

Soubz ce marbre est la noble sepulture
De treshaulte et tresillustre Ducesse
Dame Isabeau extraicte en geniture
De Portugal tresbenigne Princesse
Son Espoux fut le Opulent en richesses
Dist le bon Duc Philippe de Bourgoigne
dont issu Ducque Charles plain de proësse
desquels beaulx loz et bon bruit lon tesmoigne
L'an qu'on disoit Mil quatre cens soixante
Et onze au mois de Decembre passa
De ce Siecle ceste Dame puissante
Son corps posé, icy compassa
Mais paravant de ses biens dispensa
A ce Saint lieu, et y feist large don
Prions Jhesus qui toute dispense a
Que a son ale veuille eslargir pardon

Hoc mausolæo regali condita in urna
Heroina potens hic/ic Isabella iacet :
Regia progenies et Lusitana propago
Quæque per innumeros scepra recepit avos
Iunctus huic nexu thalami Dux ille Philippus
Burgundus fuerat nomine reque bonus
Unicus his rerum fortunarumque suarum
Carolus est hæres filius, ille potens
Anno millesimo quadragentesimo et uno
Post Septuaginte mense decembris obit/obijt
Hæc Isabella, virens rosa Belgii seu rosa bella
Cuius opes, mortis messuit atra manus
Munera largita est domui huic (ô Christo) tibi que
Ante obitum, illius tu miserere Deus

⇒ Eadem Isabella ducissa ædificari iussit quinque cellas in Schuet.

Hæc eadem illustrissima ducissa Isabella Anno 1458 proprio motu non rogata pro quatuor cellis ædificandis in veteri nostro monasterio ter Schuet signatis olim per A. B. C. D., dedit sexcentas/sexcentas (au-dessus de la ligne : VI) coronas quamlibet de XIII st. Item anno 1467 feria secunda Pentecostes dedit centum quinquaginta coronas pro cella signata per E. Cuius

1472

Mausolæum prædictæ ducissæ tres aut quatuor pedes extat a terra atque lapide Lydio decoratum, longum circiter octe vel novem pedes, cui superadditus angelus ex ære conflatus toreumaticus utraque manu gæstans insignia Portugallica et Burgundica. Inscriptionem habet hanc in orbem: miserere/*misere* mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Supra ipsum lapidem sculptum habetur in ære hoc Epitaphium : Cy gist Isabel fille de treshaut et trespuissant Prince Jehan Roy de Portugal et S^r des villes et Chastel de Septe que ledit Roy conquesta. Femme de treshault et trespuissant Prince Philippe Duc de Bourgoigne de Lotier de Brabant et de Limbourg, Conte de Flandres, d'Artois et de Bourgoigne, Palatin de Haynau de Hollande de Zelande et de Namur. Marquis du S. Empire S^r de Frise de Salines de Malines Et Mere de treshault et trespuissant Prince Charles Duc de Bourgoigne seul fils heritier d'icelluy seigneur. Laquelle trespasa le 17 iour du mois de decembre lan de grace 1471. Priez Dieu pour lame d'eux. Post duos aut tres annos corpus fuit translatum Divionem, sed cor ibi remansit. Requiescat in pace.

⇨ Domnus Jacobus Gruytere quondam prior Leodiensis sanctissime moritur anno 1472 quamvis Leodienses scribant anno 1475. Vide Bibliothecam Cartusianam. fuit etiam prior domus Zelandiæ dicitur in Chronco Capellæ obijisse 74.

Anno 1472 pridie idus februarias moritur quam devotissime domnus Jacobus de Gruytrode, qui cartusiæ Leodiensi præfuit 33 annis laudabiliter et utiliter. Vir in divinis scripturis studiosus et eruditus vita et conversatione devotus. Trith.

Anno 1472 mense januario circa festum S. Agnetis videri cæpit cometes horribilis et duravit diebus 80 quo nondum dissoluto alter apparuit. Secuta sunt bela, pestis et fames multis in locis.

In die S. Vincentij fuit cum solennitate et toto conventu corpus matris magistri Zigeri de Hasselt, translatum de parvo cemeterio iuxta capellam Dominiæ Nostræ de Gratia in Schuet ad cæmeterium magnum et positum ibi sub lapide.

19 martij frater Hermanus de Vicke donatus receptus fuit, qui postea fuit conversus.

Quinta cella cuius primum lapidem posueret/*posuerat* dux Carolus hoc anno ædificata fuit et pars ambitus pro quo ædificando contribuerunt elemosynas domnus Joannes Midelborch, Nicolaus Daens, Joannes de Roo.

Item hoc anno fuit receptus ad statum donati Jacobus Cambier de Gandavo, balius Geraldimontis sexagenarius.

⇨ Contrubutio urgetur pro reparatione domus S. Crucis in urbe

In Capitulo diffinitores aiunt: Intimamus omnibus personis ordinis quod S.D.N. Sixtus papa 4 concessit ordini nostro gratiam de casibus sedi aposolicæ reservatis usque 50 annos. Ipse etiam/*et* beatissimus D. N. per unum breve directum Capitulo Generali hortatur nos et monet ut circa reparationem domus S. Crucis in urbe que minatur ruinam. Intendamus cum æffectu ne ecclesia dictæ domus sub manibus ordinis ex defectu ruat ad terram. Eapropter omnes et singulos priores, rectores et monialium vicarios monemus et exhortamur in domino ut secundum piam intencionem eiusdem S.D.N. ad restorationem ecclesiæ dictæ domus velint animo voluntario contribuere quilibet secundum facultatem domus suæ et bonum arbitrium visitorum provinciarum ordinis taliter se habentes omnes et singuli in hoc facto quod S.D.N. et R.D. cardinalis S. Crucis protector ordinis qui de reparatione dictæ ecclesiæ magnam curam habet et sollicitudinem et ordo de ipsis merito

valeant contentari

⇒ Obitus reverendi patris domnus Joannis de Roesendael Neomagensis. In generalem electus anno ætatis octogesimæ obiit nonagenarius/[nonagenario](#).

In festo S. Annæ obiit reverendus in Christo Pater domnus Joannes de Neomagio, prior domus Maioris Cartusiæ qui fuit prior domus Bellivisus prope Castras et domorum Vallis Benedictionis et Vallis Bonæ. Successit in eius locum domnus Antonius Dellieux. Fuit reverendus pater Joannes alias de Rosendael vir valde pius et mansuetus.

Primus prior domus Sanctæ Sophiæ institutus a Capitulo Generali domnus Walterus Leondanus qui annis 24 domui suæ cartusiæ Ruræmundanæ præfuerat, et incorporatio domus facta his verbis: Novam plantationem prope Buscumducis ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quam plantationem domum Sanctæ Sophiæ Constantinopolitanæ nominari volumus, et præficimus in priorem dictæ domus domnus Walteram a domo Bethleem in Ruræmunda absolutum.

In initio hæc domus inscripta erat sub provincia Rheni sed nostræ accessit.

⇒ Pro Isabella aliam nobis Deus suscitavit benefactricem Margareta item ducissem Brabantia.

Hoc anno die Beati Calixti domina ducissa Burgundiæ Margareta, soror regis Angliæ uxor Caroli Audacis posuit primarium lapidem duarum cellarum in Schuet quas ipsa plenarie fecit construi et debet XC lib. gross.

Eduardus IV Angliæ rex Henricus VI iterum capit atque in carcere trucidandum curat. Vir (quamvis bonus et pius tot mala cum suis tum maiorum suorum peccatis sibi evenisse prædicabat).

Hoc anno Belgij ordines adgregati 500.000/[300.000](#) aureorum liliorum vectigal pollicentur principi.

Joannes Croyus Brugis magna pompa creatur a principe Audace primus Chimaci celebris apud Hannones opidi comes. Pompam describit Marchantius Lib. 3 comment. Flandriæ.

⇒ Frater Henricus vanden Heetvelde, conversus, moritur.

In festo S. Martini obiit frater Henricus Vanden Heetvelde, conversus Bruxellensis, qui multa domui legavit ante professionem fuit enim dives et nobilis in sæculo et annorum quasi 40 intravit ordinem. Vir simplex et pius, multa passus est ei/[ex](#) calculo et hictericia. Etiam postquam extremam unctionem acceperat et in accipiendo ex magna poena mirabiliter sanctos suos inclamavit in adiutorium quare tam diu expectarent et non venirent in eius adiutorium. Solus surrexit et sine adiutore innitens baculo suo ivit ad necessitatem et redit ad lectum regratiando Deo quod ei concessisset in tali crimitagio mori. Post eius mortem corpus quod in vita glaucum per totum fuit album et pulchram/[pulchrum](#) apparuit.

⇒ Festum Santi Francisci instituitur.

Sixtus 4 instituit hoc anno celebrari per universum mundum festum Sancti Francisci dans omnibus quinquaginta annos et totidem quadragenas indulgentiæ.

⇒ Domnus Hermanus Appeldorn innocentia et sanctitatis opinione celebris.

Venerabilis pater domnus Hermanus Appeldorn prior Colonia et visitator principalis Rheni. Vir magna/[magnus](#) famæ et zelator ordinis ut libet Chronicon Capellæ, diem suum extremum clausit Confluentia 15 kalendas octobris 1472. Vide Bibliothecan Cartusianam.

⇒ Obitus dominus Arnulphi de Herlair per maxime benefactoris domus Sanctæ Sophiæ.

Anno 1473 die 20 januarij obiit dominus Arnulphus de Herlair miles equestris ordinis, qui fuit fundator et dotator octo cellarum in cartusia Sanctæ Sophiæ prope Buscoducum. Mortuus est plenus bonorum operum et flagrantis adhuc recentisque misericordia quam effunderat in nos abunde, qui eleemosyna velut aqua cuiusdam baptismi purgatus. Ut speramus aulem regni cœlestis perpetuo regnaturus intravit. Ubi et trabeam quam hic dedicavit altari resumpsit. Dedit enim in usus altaris trabeas cærulei coloris, et alias ex quibus factæ sunt casulæ quibus adhuc hodieque utimur; cuius augustissimus animus maior sæculo, dignus Deo contemptis calcatisque huius vitæ delicijs et divitijs cum se supra se erexisset, vidisset que nihil amplius sibi de re domestica superesse præter corpus suum erogaret, dedit et illud, et se totum nobis. Sepultusque est apud nos in choro et ecclesia Wiktensi.

Bruxellæ civitate nobili Brabantia elevatio corporis divæ Julianæ Virginis et martyris. Quam portavit ex partibus Sarracenis quondam nobilis nomine Joannes scilicet/[et](#) cum multo tempore in feretro ligneo quievisset anno Domini M CCCC LXXIII illustrissimus princeps Carolus Burgundiæ dux noster cum domino ammanno domino Keystergate presentibus pluribus episcopis et abbatibus ac legato quodam Italo

translata est in feretro argenteo partim deaurato. Et hoc contigit in dominica invocavit in 40^{ma} et requiescit in ecclesia Beatæ Mariæ in Zabulone.

1473

⇨ Henricus de Piro.

Domnus Henricus de Piro fuit professus domus Sanctæ Barbaræ in Colonia. Antequam mundo nuntium mitteret tam pontificij quam cæsarij juris doctor celeberrimus, adeo ut frequens eius habeatur mentio in actis concilij Constantiensis cui præsens interfuit. Præfuit multis domibus ordinis nostri S. Joannis Baptistæ prope Diest, item Leodij, Rutilæ, Treveris, bis in Wesalia prior fuit. Et anno 1443 insitutus fuit per Capitulum Generale prior Ultraiecti sed non videtur resedissee. Hinc colligo quod si temporibus Nicolai V qui creatus fuit papa anno 1447 legum canonumque in gymnasio (⇨ aut pro Treverensi legendum erit Lovaniensi nam in fastis academicis Valerij Andreae lego fuisse decimum rectorem universitatis ante annum 1430) Treverensi auspicatus sit primus lectiones, cartusianum tunc fuisse. Obijt autem vicarius cartusiæ Coloniensis 19 februarij hoc anno 1473. Quæ scripserit consule Bibliotheca Cartusianam.

⇨ Post mortem Arnoldi ducis Geldriæ Carolus Audax ductum sibi adservit.

In profesto S. Mathiæ defunctus erat Arnoldus dux Geldriæ quem filius suus Adolphus captivum tenuerat 6 annis. Quamobrem Carolus Adolphum cæpit et in castro Cortracensi custodiæ mancipavit. Et emit ab Arnoldo ducatum illum. Sed et duci Juliacensi pro iure suo quod prætereundum potuisset eo quod natus esset e Geldriæ filia seniore dedit 80 millia florenorum. Audita igitur morte Arnoldi Burgundus abiit in Geldriam ut possessionem susciperet. Urbs autem Venlo et Neomagum restiterunt priorem vi expugnavit, alteram longa obsidione fatigatam per deditionem cæpit. Et ita totius Geldriæ dux Carolus factus est. ide ipsium in exempli pob. lib. 2, cap. 5. Subactis Geldris dux Carolus ad Divæ Virginis Aquensis supplicavit Belgicæ imperium et pia vota commendas.

⇨ Domnus Henricus Bor moritur non sine opinione/[opinionis](#) sanctitatis.

Domnus Henricus Bor Ultraiectensis senior professus istius domus obiit secunda aprilis. Qui fuit multis annis vicarius et vixit in ordine 44 annos. Cum autem aliquando circa huius sepulchrum foderetur mira flagrantia ab istius devoti patris tumulo egressa dicitur. (⇨ miraculosa conversio et nota vim professionis) Hic etiam ante ingressum ordinis cum a quadam velata sanctimoniali ad luxuriam tentaretur, respondit nullam se velle habere rem cum huiusmodi velatis, quo audito illa confestim velum de capite traxit atque in ignem proiecit: sic, inquit, pereat professio quemadmodum hoc velum ad igne consumitur. Mirum dictum in medio ignis non est consumptum velum, quo viso illa confusa est, et iste salubriter conversus seculum reliquit, et in ista domo habitum suscepit. Fuit domnus Henricus Borre quandoque hospes in domo Capellæ et ibi habuit monachatum.

⇨ Nicolaus de Harlem.

Domnus Nicolaus Gerardi de Harlem promotus in artibus professus domus Antverpiæ, primus procurator domus Bruxellensis, electus fuit in priorem domus Ultraiecti, præfuit duobus annis, postmodum fuit institutus procurator bonorum Cartusiæ. Obiit prior domus Antverpiæ et convisitator provinciæ 7 martii. Vir valde rigorosus.

Item hoc anno in festo S. Augustini obiit domnus Adrianus Storm de Naeldewyck, professus et prior domus Ultraiectinæ.

⇨ Capella anterior intra septa monasterij censetur.

Item eodem anno circa augustum sepultus fuit in anteriori capellæ Nostræ Dominæ de Gratia in Schuet dominus Eustachius Hebbinc clericus de officijs principis quem nos ibi sepelevimus et exequias fecimus, et habemus declarationem a Capitulo quod capella est infra septa. Lib. fundat. f° XXXIX.

⇒ Ordo Minimorum.

Minimorum ordo a S. Francisco Paulano Calabro institutus a Sixto IV confirmatur.

Jacobus Cypri rex Tyrannus moritur, relicto filio infante, cuius tutela Venetis est commissa.

⇒ In Sclavonia domus ordinis nostri desolatae manent.

Quia possessiones 4 domorum Sclavoniae per frequentem incursum Turcarum in illam patriam sunt pro magna parte desolatae, nec speratur fratres ordinis ibi diu stare posse. Committimus visitoribus provinciae Alemaniae Superioris, ut casu quo eosdem dispergi oporteret in sua provincia locent quos poterunt, alios vero in vicinioribus provinciae Alemaniae Inferioris, Rheni, Saxoniae, Lombardiae Propinquioris, Thusciae ad quamlibet earum 12 personas auctoritate Capituli Generalis mittendo

⇒ Carolus Treveros imperatorem adit/[dedit](#).

Carolus Burgundiae, Brabantiae que dux insigni equitatu Treveros/[Treveris](#) ad Fredericum imperator venit, regium, ut quidam volunt titulum ambiens. Vide Vr. a Marca in Carolo Audace. Hoc contigit in octobri natu/[nam](#) II eiusdem mensis in abbacia Sancti Maximi dedit diploma quo confirmavit legatum domina Aleydis Piecx factum domui Sanctae Sophiae de sua haereditate. In eadem abbacia tractavit regaliter imperatorem, qui tamen postridie vasa conclamari iubet alim et clauculum digreditur quod exosem/[exosam](#) haberet ducis insolentiam cui respondere non posset. Burgundus hoc rumore percussus aegerrime tulit, ut vero offensam melius digereret/[digeret](#) Nancæium concessit ad Renatum Lotharingiae ducem novitio principi congratulaturus.

⇒ Beneficia Margaretæ ducissae collata domus Capellæ.

Illustrissima autem domina Margareta soror Eduardi regis Angliæ uxor Caroli ducis in absentia mariti sui circa initium octobris pro prima vice se contulit ad cartusiam Capellæ Beatæ Mariæ prope Angiam, quæ tunc temporis multum florebat sub V. P. domnus Arnolde Kaerman priore eiusdem et domnus Laurentio de Musscheselle vicario viro sanctissimo. Fecit domui isti ob/[ab](#) hoc tempore et deinceps multa bona in ornamentis et alijs. Dedit enim nobis (inquit auctor parvi chronico/[chronici](#) eiusdem domus) duo magna ornamenta pro magno altari, id est unum aureum rubeum, casulas et antipendia (⇒ ornamenta hoc est octo casulas cum totidem antipendijs de blavio seu cærulæo panno dalmatico, duo alia pro magno altari et capella Beatæ Catharinæ erant de panno rubeo deaurato et aurer. Item misit mulam pater priori.), et unum album cum attinentijs suis. Item decem cærulea ornamenta pro decem altaribus privatis. Et multa in altari Beatæ Virginis et ad imaginem ipsius. Insuper acquisivit nobis anno sequenti 1474 litteram amortizationis omnium bonorum nostrorum, quæ tunc possidebamus, quæ nondum erant amortizata, pro quibus magnam pecuniarum summam nos oportuisset dare pro redemptione. Interim multa vasa vini et alia misit et de exactionibus diu nos custodivit.

⇒ Eodem tempore misit pater vicario domnus Laurentio pulchram monstrantiam et reliquiare cum oleo S. Catharinæ. Item eadem domina dedit duas pulchras coronas Margarita/[Margaritis](#) et auro ornatas pro imaginibus Beatæ Virginis et Domini Jesu in capella anteriori.

⇒ Dominus Joannes Ottonis præpositus Nivellensis benefactor domus Bruxelle.

Eodem anno prima decembris honorabilis dominus magister Joannes Ottonis præpositus Nivellensis huius ducissae exemplum secutus proprio motu ordinavit fieri in Schuet cellam pro qua legavit in testamento suo centum quinquaginta renenses seu coronas.

Notatur hoc anno frater Hermanum Vicke receptus fuisse ad statum conversi.

⇒ Domnus Judocus Herlot, scriptor nostri ordinis.

Circa hunc annum floruit in Franconia domnus Judocus Herlot professus domus Tuckelhuissanæ qui edidit sermones de Sanctis. Vide Bibliothecam Cartusianam.

⇒ Visitatores huius provinciae.

Hoc anno venerabilis pater domnus Gerardus Spronck prior domus Monachorum institutus est convisitor huius provinciae cum domno Arnolde Kaerman priore domus Capellæ qui tunc fuit principalis visitor. Ipse prior domus Monachorum fuit baccaulaureus formatus in theologia, regens in Falcone ante ingressum ordinis, et rector universitatis magnificus.

⇒ Accievoli fundatores cartusiae Florentinae.

Donatus Accieulus antiqua stirpe apud Florentinos natus. Vir in republica magnus Plutarchi Hannibalum/[Hannibalem](#) Scipionem et alios viros illustres latine reddidit. Ex Enghinardo et alijs eruditus vitam Caroli Magni concinnavit quæ cum Plutarchi opere contigi solet. Obijt Mediolani anno 1473 inde Florentiam relatus, et apud cartusianos conditus.

1474

⇨ Solennitas præsentationis Beatæ Virginis celebrari mandatur.

Anno 1474 exijt edictum a Capitulo Generali ut ad laudem et gloriam præexcesse/[præcelsæ](#) Dei Genitricis et Virginis Mariæ laudabili more imitando institutionem ecclesiæ celebraretur amodo festum præsentationis eiusdem in templo solenniter per totum ordinem sub die Sancti Columbani, etc.

⇨ Hæc provincia Theutonæ vocata est quæ prius per LX annos Picardiæ Remotioris dicta fuit.

Certis et honestis respectibus et ad magnam instantiam priorum provinciæ Picardiæ Remotioris ordinamus (inquiunt diffinitores) quod provincia Picardiæ Remotioris amodo nominetur provincia Theutonæ.

⇨ Cartusia Maior combusta circa hunc annum 1474 sub domno Antonio 1 dicto Dellieux.

Intimamus omnibus personis ordinis lamentabilem casum casualis incendij domus Maioris Cartusiæ. Et quia dicta domus non potest reparari sine adiutorio ordinis. Ideo exhortamur omnes priores ordinis in visceribus Jesu Christi quatenus velint dictæ domui Matri ordinis misericorditer subvenire eleemosynas elargiendo, et eas ad futurum Capitulum mittendo. Insuper ipsos monemus ut ipsum casum velint exponere prælatis ecclesiarum et dominis sæcularibus de quibus spem habebunt recipere eleemosynas aliquas pro restauratione dictæ domus.

⇨ Nussia obsidetur a duce Burgundiæ.

Robertus archiepiscopus Coloniensis a suis expulsus qui tutorem patriæ lantgravium Hessiæ constituerant a Carolo Brabantæ duce suppetias petijt atque impetravit. Qui statim eodem anno IV calendas augusti. Nussiam oppidum insigne obsedit vice et nomine ipsius archiepiscopi in maxima multitudine armatorum Hermano gubernatore præfato in opido existente ac toto tempore obsidionis per menses decem et dies XXVII cum opidanis perseverante. Habuit autem Carolus in exercitu suo multa millia hominum et cum machinis et bombardis maximos sæpe fecit insultus, sed tamen nihil proferet/[profecit](#). et amisit unicum filium dominus Gerardi Keppel Westphali, qui postea fundavit cartusiam apud Dulmaniam.

⇨ Cum obsidio diutius duraret quam ferre posset obsessus unanimiter confugerunt ad patronii/patronum suum dominum Quirinum remedia postulantes Apparuit igitur quodam/[quodam](#) tempora/[tempore](#) matutino stans supra murum minitans interitum Carolæ/[Carolo](#) nisi desistate/[desistat](#), Terrilus/[Territus](#) ille solvit obsidionem et abijt Massæus. Morte filij.

⇨ Domnus Hugo Bloot moritur de quo Dorlandus lib. 7, cap. 29.

In die Prothi et Hyacinthi 11 septembris vitam cum morte commutat domnus Hugo Bloot, Delphensis, professus domus Capellæ qui annos circiter triginta exegit in ordine, receptus a domno Laurentio. Ante ingressum ordinis fuerat Benedictinus in Egmunda ac ibidem prior, postquam aliquot annos vixisset in ordine nostro institutus fuit prior domus Montis Dei duobus annis. Unde redijt ad domum professionis suæ et circa finem vitæ fuit cæcus.

In Schuet frater Joannes Huweken sartor receptus fuit in donatum 2^a/[1^a](#) may qui postea factus est portarius.

Quidam civis Bruxellensis Adrianus de Tornaco dedit pro virgata muri ambitus VIIJ/[VIJ](#) petros communes. In mayo empta sunt ter Nieuwer Molen erga d. Hesselum ligna, lapides albi et ferrum duarum domorum pro II^c petris quæ aptata sunt ad usus nostros.

Henricus IV Castellæ et Legionis rex vita defungitur qui domum S. Mariæ de Mira Flores a Joanne II inchoatam perfecit, et dicitur fundator. Successit Isabella eius filia Ferdinando magno Arragonio nupta. Junctis itaque provincijs earum pariter insigniæ communi clypeo sunt impressa.

Bogardi Ophemij vulgo Ophem prope Bruxellas anno 1474 a Gualtero Heetveldio Equite Aurato instituti sunt (tali conditione si ipsi deficerent ad cartusiam Dominæ Nostræ de Gratia devoluerentur, quæ conditio illos conservavit sub Mathia archiepiscopo Mechliniensi.

1474

⇒ Vivarium tot Ossenhem emitur eleemosyna domicella Mariæ vander Borch.

Hoc anno domicella Maria vander Borch emit pro dotatione unius cellæ vivarium situm tOssenhem cum suis pertinentijs pro quo dedit IIIJ^c L. renenses qui sibi quodam miraculo venerunt. Nam matertera eius Lovanij domina Premoch emit certas pensiones vitales ad vitam propriam et dictæ domicellæ quæ quittabantur post mortem eiusdem materteræ ad paucos dies puto VIIJ vel circiter, et totaliter venerunt dictæ domicellæ Mariæ, si ante dictos dies et in vita materteræ eius nihil inde habuisset nisi forte partem suam cum alijs hæredibus. Hanc gratiam recognoscens totaliter eas obtulit domino et imputavit pro una præbenda monachi de XXIIIIJ renensibus annue.

⇒ Andreae Goswini eleemosyna.

Item anno prædicti dominus Andreas Goswini curatus de Viane per medium prioris Capellæ domnus Arnoldi p. m. dedit in eleemosynam IJ^c XCIIJ renenses de XX s. ut inde emerentur annue XVIII renenses similes computando denarium ad XVI.

⇒ Charitas ducissa Margaretæ erga cartusianos.

Frater Joannes Boye conversus domus Capellæ in die Gordiani et Epimachi obiit Gandavi et sepultus apud Carmelitas qui cum in magnam infirmitatem incidisset vocatus fuit a domina Margareta ducisse Burgundiæ et Gandavum adductus ut a suo medico curaretur. Hic a iuventute nutritus fuit in prædicta domo Capellæ et receptus a domno Arnolde cuius cognatus fuit secundum carnem. Erat bonus filius humilis, mansuetus et obediens.

Litteras conservatorias R. D. episcopi Traiectensis per quas auctoritate Innocentij papæ quarti deputantur, committuntur et substituuntur conservatores cartusiæ Delphensis. Opere pretium duxi hic ponere quamvis prolixas propter bullam dictæ/[dicti](#) papæ quam inter privilegia ordinis non inveni, ut posset desservire alijs.

David de Burgundia Dei et Apostolicæ sedis gratia episcopus Traiectensis, iudex et conservator jurium et bonorum religiosorum virorum maioris domus Cartusiæ Gratianopolitanæ diœcesis aliorumque priorum, fratrum, conversorum cartusiensis ordinis in diversis mundi partibus consistentium una cum nonnullis alijs nostris in hac parte collegis cum illa clausula quatenus vos, vel duo aut unus vestrum per vos vel alium, seu alios, etc. A sancta sede Apostolica specialiter deputata religioso ac venerabilibus viris nobis in Christo dilectis abbati Egmondensi ac ecclesiarum nostrarum maioris decano et S. Joannis Traiectensis ac Sanctæ Walburgis Aernhemensis nostræ diœcesis præpositis, nec non Hagensis et in Naeldwyck eiusdem nostræ diœcesis ecclesiarum decanis salutem in Domino et in commissis debitam adhibere diligentiam, litteras felicis recordationis quondam sanctissimi patris domini Innocentij divina providentia papæ quarti sanas et integras ac omnibus prorsus vitio et suspicione carentes nobis pro parte dilectorum in Christo prioris et conventus domus Sancti Bartholomæi in Jerusalem prope Delff dictæ nostræ diœcesis ordinis prædicti præsentatas nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse huiusmodi sub tenore.

Petrus a Timo Girlensis canonicus et thesaurarius Bruxellensis. Historiæ Babantinae (quæ m. s. apud senatum Bruxellensem extat). Scriptor moritur anno 1474 26 februarij. Pro suo anniversario reliquit nobis duos renenses, et fecit magnos labores pro nobis in concordia cum Capituli/[Capitulo](#) Anderlectensi, et Capitulo Sanctæ Gudulæ.

⇐ Bulla Innocentij quarti.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Moguntinensi et episcopo Traiectensi ac dilecto filio decano ecclesie Sancti Severini Coloniensi, salutem et apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesie licet immeriti disponente domino præsidentes circa curam ecclesiarum et monasteriorum omni solertia reddimur indefessa solliciti iuxta debitum pastoralis officij, eorum occurramus dispendijs et profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane dilectorum filiorum prioris et conventus Maioris domus Cartusie Gratianopolitanæ diocesis aliorumque priorum et fratrum ac conversorum cartusiensis ordinis in diversis mundi partibus consistentionum conquestione percepimus quod nonnulli venerabiles fratres nostri patriarchæ archiepiscopi episcopi ceterique ecclesiarum prælati ac cleri et/ac ecclesiasticæ personæ tam religiosæ quam sæculares, nec non duces, marchiones, comites, barones nobiles milites et civitatum universitates et aliæ singulares personæ occuparunt seu occupari fecerunt ecclesias, villas, opida colonos et servos, animalia decimas nemora, prata, pascua, piscarias, venationes, hortos, pomeria molendina terras, domos vineas possessiones, jura redditus et proventus ipsorum et alia bona mobilia et immobilia ad priores fratres et ordinem prædictos spectantia et/ut ea detinent indebite occupata. Nonnulli etiam civitatum et partium prædictarum qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant prioribus et fratribus supradictis super ecclesijs villis opidis colonis et servis animalibus decimis nemoribus pratis pascuis piscarijs venationibus hortis pomerijs molendinis locis terris domibus vineis possessionibus juribus redditibus et proventibus eorundem et quibuscunque alijs bonis mobilibus et immobilibus spiritualibus et temporalibus ac alijs rebus ad priores et fratres prædictos spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas. Quare dicti priores et fratres nobis humiliter supplicaverunt ut/et cum eisdem valde reddat difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum providere sibi super paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores præsumptores molestatores et iniuratores huiusmodi illo volentes eis remedio subvenire per quod ipsorum compescatur temeritas et alijs aditus committendum similia præcludatur discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etiamsi sint extra loca in quibus deputati estis conservatores et iudices præfatis prioribus et fratribus efficacia defensionis præsidio assistentes (*au-dessus de la ligne* : assistendo) non permittatis eosdem super his et quibuscunque alijs bonis et juribus ad dictos priores et fratres spectantibus ab eisdem vel quibuscunque alijs indebite molestari vel eis gravamina vel damna vel iniurias irrogari facturi dictis prioribus et fratribus cum ab eis seu vicarijs aut procuratoribus suis vel eorum aliquo fueritis requisiti de prædictis et alijs personis quibuscunque super restitutione ecclesiarum, villarum, opidorum, colonorum et servorum animalium decimarum nemorum, prætorum pascuorum, piscariorum, venationum hortorum pomeriorum, molendinorum locorum, terrarum, domorum vinearum possessionum jurium reddituum et proventuum ac bonorum mobilium et immobilium et aliorum quorumcunque bonorum, nec non de quibuscunque molestijs iniurijs atque damnis præsentibus et futuris, in illis videlicet quæ judicialem

requirunt indaginem simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij. In alijs vero prout qualitas ipsorum exegerit iustitiæ complementum occupatores seu detentores præsumptos molestatores et iniuriatores huiusmodi nec non contradictores quoslibet et rebelles cuiuscunque dignitatis **status ordinis** vel conditionis extiterint quandocunque et quotiescunque expedierit auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis non obstante felicitatis recordationis Bonifacij papæ octavi prædecessoris nostri in quibus cavetur Ne aliquis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad iudicium evocetur seu ne iudices conservatores a sede deputati prædicta extra civitatem et diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere seu alij vel alijs vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diœcesis eorundem trahere præsumant. Seuque de alijs quam de manifestis iniurijs et violentijs et alijs quæ iudicalem indaginem exigunt pœnis in eos si secus egerint, et in contra procurantes addectis conservatores se nullatenus intromittant et tam de duabus dietis in consilio generali dummodo ultra duos vel tres dietas aliquis extra suam civitatem et diœcesim auctoritate presentium non trahatur quam alijs quibuscunque constitutionibus a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut alijs editis quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare seu si aliquibus communiter vel divisim a prædicta sit sede indultum quatenus excommunicari suspendi nec interdici seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis ac locis ordinibus ac nominibus proprijs mentionem et qualibet alia dicta sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri Et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus. Quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum in præmissis omnibus et eorum singulis cæptis et non cæptis præsentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictione attributa ut eo vigore eaque firmitate possitis in præmissis omnibus et singulis cæptis et non cæptis præsentibus et futuris etnpro prædictis procedere ac si prædicta omnia et singula coram vobis cæpta fuissent et iurisdictione vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem et modum alium perpetuata legitime extitisset constitutione prædicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Datum Avinione secundum nonas februarij Pontificatus nostri anno quarto. Et quia ad præsens diversis alijs nostris et ecclesiæ nostræ Traiectensis negotijs occupati dictarum litterarum apostolicarum executioni intendere sine interesse nequimus. Idcirco de vestris et vestrorum cuiuslibet legalitate et industria plene confidentes vobis et cuilibet vestrum insolidum in præmissis omnibus et singulis eorum vices nostras totales nobis in eisdem litteris per apostolicam sedem quomodolibet attributas donec eas ad nos duxerimus revocandas plenarie duximus committere et committimus per præsentibus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrarum presentibus est appensum. Datum in civitate nostra Traiectensi anno a nativitate Domini millesimo quadragentesimo septuagesimo quarto mensis may die sexta. In plica signatum erat Foulier

1475

⇨ Jubileum ad annum 25 revocatum.

Anno 1475 Xistus 4 pontif. max. jubilæum quod quinquagesimo quoque anno celebrabatur in vicesimum quintum revocat, quo plures huius beneficij forent participes. Biennio ante intimatum fuit personis ordinis nostri quod ordo interderet laborare apud S.D.N. papam pro indulgentia jubilæi, et quidem anno præcedenti indulserat sed quædam omissa fuerant bene convenientia et necessaria. Intimatum hoc anno ut nostri gratiam jubilæi possint acquirere per 30 dies continuos non interruptos nisi iusta causa coacti teneantur et debeant omnes qui literati sunt et sacerdotes ac in sacris constituti visitare duo vel tria altaria domus in qua resident et illic in singulis altaribus flexis genibus devote dicere psalmum miserere mei Deus cum oratione pro pctis Deus cui proprium, et orationem pro S.D.N. Deus omnium fideliam Pastor, Et orationem contra paganos omnipotens sempiterne Deus **menius** manu, etc.

⇨ Instatur ad contribuendum pro restauratione Maioris Cartusiæ.

Cum domus Maioris Cartusiæ ex casuali incendio ad tantam ruinam devenerit quod est pium videre et casus ad monendum omnes ad magnam compassionem, nec dicta domus post reparari sine adiutorio ordinis quapropter exhortamur in visceribus Jesu Christi omnes priores ordinis quatenus velint istum casum tam lamentabilem habere propensius recommissum et eidem domui subvenire eleemosynas largiendo et ad futurum Capitulum mittendo. Et insuper eos monemus quatenus ipsum casum intimare velint prælatis ecclesiarum et dominis temporalibus ceterisque personis devotis, de quibus spem habebunt, aliquod subsidium obtinendi pro restauratione dictæ domus eis regratiando nostra ex parte de beneficijs expensis et imendendis. Et specialiter eis memorando quomodo per omnes domos ordinis celebrentur 30 missæ de Spiritu Sancto pro salute eorum.

⇨ Duo miracula de S. Stephano episcopo Diensi.

Hoc anno vir nobilis ac potens Guichardus de Morgis gravissimos ex enterocela, qua annos circiter decem laboraverat cruciatus sentiens ubi votum de consilio domui Brionensis nuncupavit S. Stephano Diensi episcopo intra triduum plane convaluit. Id constat ex instrumento authentico ea de re edito a Michaële de Podio, notario publico Diensi. Anno 1475 die 29 aprilis. Qui et alio instrumento edito die 26 martij eiusdem anni 1475 fidem facit Marinum Guilloti Latomum ante duos aut tres annos excæcatum non prius votum nuncupasse S. Stephano Diensi episcopo quam visum recepit.

⇨ Domnus Henricus Loen primus prior cartusiæ Bruxellensis absolvitur a prioratu.

In charta huius anni sic habetur : priori domus Nostræ Dominæ de Gratia prope Bruxellam senio iam et debilitate confracto et confecto tanquam bene merito, quia longo tempore ordini servivit, ad suam magnam instantiam fit misericordia. Et remittimus conventui electionem novi prioris. In cuius locum fuit electus domnus Marcellus Voet pro tunc vicarius, magnam instantiam fecerunt conventuales ut saltem prior absolutus remaneret in hac domo sed nihil profecerunt

1475

propter desiderium quod habuit ad solitudinem cellam et domum propriam profectus est cum visitoribus ad domum Capellæ ibi intrans et exiens cellam ut verus et bonus cellita et simplex monachus se gesit primus et ultimus in divinis.

Domnus Petrus de Casleto promptus Lovanij in artibus monachum induit in Schuet D. Pauli commemorationis die.

Divertit ad nos Amandus Lapicida qui postea conversus est facta.

Post electionem prioris domnus Marcilij venit ad domum istam quidam commissarius ex parte principis et dominorum de finantia pro habenda mortificatione omnium bonorum nostrorum circa 60 annos acquisitorum de quibus petebant trecentos aut quadringentos renenses post multos labores fatigationes et discursus quos habuit procurator sequendo principem etiam ad longinquas partes gratia obtenta retinuerunt de pecunia nobis debita dicti domini ultra centum et 88 renenses iam persolutos. Princeps multis sane hoc anno belli difficultatibus implicatus fuit: In obsidione Novesiana integrum pene annum contrivit. Ideoque cum partim prælijs crebris, partim peste, partim alijs incommodis eius copiæ in dies minuerentur suppetias ab episcopo Leodiensi Borbonio flagitavit in episcopus ingenti tum equitum tum peditum exercitu conscripto mox presto fuit et nono die may 1475 relicto Traiecto se Novesium contulit quæm Carolus magna cum gratulatione armatum armatus excepit admirantibus eminus hostibus magnitudinem atque splendorem copiarum.

In vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum Carolus dux obsidione Nussiensis opidi soluta recessit suasu et consilio imperatoris qui tunc in auxilio Nussiensium præsens cum maxima multitudine armatorum hominum, principum, civitatumque iperij omnium. Post cuius discessum Hermanus gubernator ecclesiæ Coloniensis castella opida munitiones et villas pro maiori parte episcopatus paulatim obtinuit ita quod obedientia Ruperti valde fuit in brevi minorata quod erat miserabile vivere.

Carolus episcopum Leodiensem cum copijs Noviomagum misit, ubi mansit in præsidio usque ad septembrem. Ipse autem statim in Brabantiam profectus est. Gallus enim in omnem occasionem intentus Burgundo negotium undique facessivit Helvetios concitat ut ferretanam ditionem invadant nec ita tamen conquiescit, Renatum Lotharingiæ ducem qua minis qua pollicitationibus a Bellicoso avertit, insuper ut ditiones eius invadat ab incanto principe extorquet qui Burgundioni ad Novesiam sedenti bellum indixit quinto calendas junias atque Artesiam misere depopulatus est, Burgundus tanta confœderati principis insolentia percussus, Golloque peifidiam imputans obsidionem tum confirmavit sed pace facta, ut diximus ad Novesiam, Carolus infestis signis Gallos adortus omnia pavore et fuga complevit, Anglus trepidationem auxit qui florentissimum exercitium Burgundi copijs commisit. Sed Burgundia pravo consilio usus victoriam prosecutus non est Lotharingi odio in quem ducere festinabat.

Decimo quarto calendas novembris judiciæ novennales inter Carolum principem et Ludovicum regem initæ proclamantur Et tota

vis

1475

vis belli in Lotharingum incubuit recentis perfidiæ reum ut qui importunæ admodum obsidione Novesiana Caroli principis amicitiam prodidisset. Subacta Lotharingia facili expeditione et non amplius quam trimestri spatio dominum mutavit. Renatus apud Gallum profugus latuit nequicquam regi molestus, ut ex pacto auxiliares copias submitteret Burgundioni depellendo, sed ille dissimulans novæ tragædiæ catastrophem moliebatur tantisper cum bellicoso colludens dum Ludovicum a Lucemburgo comitem Palati in easses suos pertraxisset qui sanguine suo utrumque placavit decimo enim quarto calendas januarias Parisijs plectitur atque apud Franciscanos eadem in urbe sepelitur. (⇨ Deux cens cordeliers vindrent lever le corps du conestable et porter en leur eglise de quoy se dit l'Enigme que deux cens cordeliers ont eu la teste tranchee.) Privatæ similtates Burgundioni cum Luceburgio intercesserant quas historiographi latius recensent. Ex illo retro fluere et sublapsa referri omnia. Et bellicosi principis fortuna rotam invertere. Helvetijs in primis pœnas dedit quos in ipsis Alpium latibulis lacessere ausus. Iste dominus Ludovicus fuit semper amicus cartusianorum domus Capellæ, et misit illis multas pecunias unde factæ sunt vitreæ fenestræ. (⇨ Huius morte relatam divinitus fuisse dominus Laurentio Musscheselio asserit Petrus Colins in hist. de donis Angiensis. Vide infra lineam)

Wilhelmus 6 dux montensis secundam duxit uxorem Sibillam filiam marchionis Brandenburg cum qua ex devotione fundavit monasterium ordinis nostra prope Juliacum.

⇨ Domnus Joannes Theodorici ad meliorem vitam migrat. De quo Dorlandus lib. 7. cap. 30.

Domnus Joannes Theodorici Delphensis in profesto S. Augustini obiit, monachus professus et sacerdos domus Capellæ in qua vixit circiter XL annis. Ante ingressum ordinis fuit magister artium Coloniensis et rexit scholas. Receptus fuit ad ordinem a domno Gerardo Naghel. Post ingressum ordinis valde religiose est conversatus in magna simplicitate, parcitate et rigorositate ordinis. Valde parum loquebatur alicui quia impeditioris linguæ fuit. Diligens in scribendis et ligandis libris, potens in abstinentijs et vigilijs. Vir valde bonæ famæ et bene dilectus ab omnibus propter probatam eius conversationem.

In monasterio nostro de Schuet altera Magdalenæ vel circiter fuit sepulta in magno cæmiterio mater domnus Thomæ religiosi ibidem quæ reliquit partem domus suæ monasterio de qua ante diximus.

⇨ Obitus dominus Petri Fabri, capellani Anderlectensis et conversio decani ad ordinem nostrum.

In profesto S. Lucæ circa octavam ante meridiem obiit Petrus Fabri, alias de curia capellanus Anderlectensis qui die sequenti fuit apud nos sepultus in ambitu nostro, quem cum **in...ngere** vellet decanus dominus Petrus de Thimo circa pectoralia et corpus invenit cilium quod solitus fuit portare, quod ille ignorans putavit emplastrum sed post recognoscens stupefactus fuit pœnitentiam veri illius hinc concepit affectum ad intrandum ordinem nostrum, quod et fecit.

⇨ Domnus Jacobus Backer.

Obiit hoc anno 2 martii domnus Jacobus Backer, Amsterdamensis, professus et vicarius domus Ultraiectinæ qui longo tempore fuerat procurator, deinde longo tempore prior.

En ce temp-la estoit Prieur des Chartreux lez Anghien un nommé Muscheseel; Religieux de singulier devotion et de sainte vie, qui par revelation denoncea a ses Religieux la condamnation de leur Seigneur d'Anghien ses afflictions, et le moment de son execution, incitant ses Religieux a son exemple de se mettre tous en devotes prieres pour le salut de son Ame. Pierre Colins.

1476

⇒ Domnus Joannes Balen, quondam vicarius cartusiæ Bruxellensis laudatur.

Ipsa die Virginum obiit domnus Joannes Balen, monachus professus domus Capellæ, receptus ad ordinem a domno Laurentio, priore. Ante ingressum ordinis fuit magister artium in Porco promotus cum domno Arnoldo Kaerman, priore dictæ domus et visitatore. Ita laudabiliter se gessit in ordine quod factus sit prior Amsterdami fere sex annis inde domum reversus cum domus Bruxellæ esset initiata illuc missus est vicarius. Et idem post aliquot annos electus est in priorem domus Zeelem prope Diest. Ubi fuit circiter decem annis priore quo tempore multas eleemosynas contulit domui nostræ Bruxellensis. Exinde absolutus quia podagricus esse cæpit ad domum professionis suæ reversus est. Ubi laudabiliter et gratiose vitam finivit. Hic fuit valde dulcis et modestus, morigeratus, mansuetus et religiosus et bene ab omnibus dilectus.

⇒ Joannes de Indagine, scriptor celeberrimus.

Circa annum 1476 obiit domnus Joannes Indagine, monachus professus domus Montis S. Salvatoris prope Erphordiam qui alias fuit prior dictæ domus et domorum S. Elizabeth prope Isenacum et Misericordiæ Dei prope Frankenfort et Gratia Dei prope Stetin, habetur nomen eius sequenti anno 1477 in charta. Vir fuit in divinis scripturis studiosissimus et valde eruditus, atque iniure canonico egregie doctus ingenio clarus consilio promptus et providus, plusquam trecentes tractatus edidit, et questionum solutiones pene innumeras et insignis item in multis libris bibliæ commentarios elegantes composuit. Vide Bibliothecam Cartusianam.

In carta huius anni habetur dominus Joannes, vicecomes de Cobornio miles dominus de Triaco, fundator domus Glanderij. Item in carta 1488 fere iisdem verbis an idem vel alius forte filius quia hic additur de fundatoribus.

⇒ Decanus Anderlaci resignat decanatum.

Anno 1476 2^a feria in Paschalibus dominus Petrus de Thimo, de quo supra egimus resignatis decanatus Anderlectensi et alijs pluribus beneficijs monachus factus est in Schuet multa passus est.

⇒ Margareta Mesmakere ordinat fieri cellam.

Domicella Margareta Vuytenberghe prima uxor Guilielmi de Mesmakere, secretarij opidi Bruxellensis curavit fieri hoc anno unam cellam notatam littera K, quæ insuper tot et tanta beneficia contulit domui. Ut vocaretur mater conventus quam in principis foundationis huius domus diximus vidisse patres nostros en Spiritu.

⇒ Item Maria vander Borch.

Item domicella Maria vander Borch quæ anno 1474 emerat vinaria tot Ossenhem IIIJ^CL rhenensibus pro sustentatione unius monachi, hoc anno ordinavit fieri unam cellam signatam littera L pro cuius constructione dedit anno 1478 centum quinquaginta coronas quamlibet XXIIII s.

⇒ Domnus Joannes Florentis recipitur.

Domnus Joannes Burgis, alias Florentis, noviter promotus in artibus et partim expensis huius domus Lovanii in studijs sustentatus circa Pascha ad hanc domum alitricem suam divertit et regulariter protractus tandem de licentia principalis visitoris et consilio domni Henrici quondam hic Prioris, qui juvenem noverat, fuit receptus 28 julij et 2 augusti vestitus, post gradum sacerdotij adoptum obiit ut infra dicitur.

Hoc anno MCCCCLXXVI domnus Henricus Arnoldi prior carthusiensis in Basilea venerabilis et multum devotus pater edidit typis expressum litaniam magnæ efficaciam contra Teucros pessimos Christiani nominis inimicos (p. 124 de quo vide Biblioth.)

⇨ Pulsus meridianus.

Intimamus omnibus personis ordinis qualiter S.D.N. papa Sixtus ad perpetuam rei memoriam per bullam suam cupiens partes inclytæ nationis Gallicanæ et præsertim regni Franciæ persistere de cetero in pace. Et ut natio ipsa a bellorum strepitu persistat immunis, statuit et mandavit virtute sanctæ obedientiæ et sub pœna excommunicationis latæ sententiæ omnibus et singulis ecclesiarum rectoribus et prælatis et alijs quibuscunque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus quoruncunque ordinum quatenus in omnibus civitatibus oppidis et castris et villis et locis quibuscunque domino regi Francorum subiectis et quibuscunque ecclesijs habitalibus ut singulis diebus circa meridiem pulsent vel pulsari faciant campanam eo modo quo de vespere pulsari consuevit in memoriam Annuntiationis per quam Gabriel Angelus B. Virginem Mariam ore proprio salutavit dicitur Ave Maria gratia plena. Et reliqui ut dictam Campanam audituri ad salutandum præfatam Virginem reddantur attenti, quam vocat et vocari vult Ave Maria pacis. Concedit omnibus Christi fidelibus utriusque sexus per totum regnum consistentibus qui pulsante campana huiusmodi in meridie vel qui eam forsitam audire nequiverint præmissorum memores orationem dominicam prædictam Ave Maria cum reliquis devote pronuntiauerint et pro pace altissimum deprecari fuerint trecentes dies indulgentiæ pro qualibet vice de iniunctis pœnitentijs eis misericorditer in Domino relaxat perpetuis futuris temporibus diuratur. Idcirco personas ordinis sub ditioe præfati regis existentes hortamur attente ut præmissas pulsationes et orationes facere non omittant propter periculum emitandum et indulgentias consequendas.

⇨ Status belli et patriæ

Non possum dissimulare regem Franciæ harum orationum fructum et effectum consecutum fuisse vidit enim hoc anno suum æmulum et adversarium humiliatum et sequenti anno extinctum dico ducem Burgundiæ. Helvetij enim hoc anno Carolum in fugam cogere (*sous de la ligne* : lecta) quem nemo hactenus vitabundum conspexerat optima spolia et cumillis (⇨ Granso, Murtia, Nanciumque Carolo Gozas, æ.....ina corpus abstulerunt) ducis suppellectilia et gemmæ nullo pretio æstimandæ. carolus Lausannæ receptus indignatione animi ægritudinem concepit, qua discussa moratum obsidet opidum Sabaudis Helvetijsque conterminum ubi infæliciter iterum pugnavit quatuor supra decem millia occubuerunt miserabilem hanc cladem universa Gallia libenter accepit præsertim Ludovicus rex toties fidei suæ proditor quoties bellicoso damnosus esse potuit, qui et decies centena aureorum millia in solam Helveticam militiam hac expeditione effudit super alias omnes impensas quibus propterea se obligavit præter Helvetios vero Gallumque totus etiam orbis contra ducem conspirasse videtur nescio quo Dei iudicio.

⇨ Sanctus Jeronimus in litanijs quo loco invocandus.

Pergunt nostri patres diffinitores: ad honorem Dei et Beatissimi Hieronymi doctoris Sanctæ Ecclesiæ eximij ordinamus quod in litanijs privatis per totum ordinem nostrum pronuntietur. Et in eisdem litanijs post B. Gregorium conscribatur.

~~Prelio Lausano Joannes Lutzenburgius Marla comes et dominus Angiensis militam fugam sistere enatus perijt 10 kalendas junij. Huius discrimen in Spiritu cognovit domnus Laurentius de Muschezele, professor et vicarius domus Capellæ, dum pro concione monuit seudetores ut orarent pro eo, et antequam concioni finem imponerat affirmavit periculo et vita defunctum. Hic nostris fuit gratosus. Sed ex relatione Petri Colins magis credo hoc accidisse in morte patris eius Ludona conestabilis Franciæ quod quia aliqui negabant, huic adscribere necesse mihi fuerat~~

1476 1477

⇒ Provida intimatio.

Quia veridicis relationibus aptisque testimonijs comperimus domnus Joannem Vituli, monachum professum cartusiæ multiples fecisse falsitates et fraudes hortamur et advisatos omnes priores esse volumus, singulasque personas ordinis ne amodo suis credant scriptis falsitatis et fictis commissionibus tanquam sibi datis cum non sit verum tales commissiones fuisse sibi commissas. Et quod amodo non sint ita faciles ad cerdendum talibus damnatis perversorum adinventionibus. Et si eundem Joannem Vituli apprehendere quoquo modo possint quam citius carceri mancipent. Et tute custodiant donec captione reverendo patri intimata aliter sit provisum.

⇒ Fons ultra vivaria acquiritur.

Eodem anno inceptum fuit tentari de fonte acquirendo (sunt verba libri foundationis) quem actu habemus ultra vinaria nostra. Nota quod quadam vice ante plures annos dumodo mentio hic fiebat de fonte Pippesype acquirendo transeuntibus fratribus in quodam spaciamento per locum illum videns in fine fossati ibidem aliqualem aquam licet modice emanentem quidam e fratribus cogitabat quod ibi posset fortasse esse origo fontis quo talia cogitante visum est sibi audisse saltem mente: Ecce in isto loco habebitis adhuc fontem, quod ille tacitus revolvens cognovit finaliter id evenisse licet graviter et non sine magna hæsitatione plurimorum et experientia desuper capta et expensis multis et mera gratia Dei.

⇒ Eleemosyna prioris Antverpiæ.

Eodem anno in festo S. Mauritij, domnus Joannes de Monte, prior Antverpiæ dedit huic domui centum petros quos prius concessarat et calicem unum, item eius prædecessor domnus Nicolaus Harlem dederat centum rhenenses ex quibus pecunijs ædificata est una cella.

⇒ Frater Amandus Amelen, conversus.

10 octobris Amandus Amelen Lathomus habitum conversorum assumpsit et dedit in adiutorium cellæ suæ faciendæ L petros.

⇒ Obierunt domnus Walterus Leendanus quondam prior Ruremundæ et primo Buscoducensis.

Anno 1472 quando domus Buscoducensis fuit incorporata ordini institutus fuit prior domnus Walterus Leendanus, qui annis 24 domui suæ cartusiæ Ruremundanæ præfuerat. Et hic post tres annos administrationis suæ cœpit ipse viribus non virtute destitui quod cum optime sciret et sentiret, abdicavit se prioratu. Reversus est ad propriam domum, ibi finem vita habuit pariter et laborum circa hunc annum 1476.

⇒ Et domnus Henricus Heeswyck, procurator item Buscoducensis in principio.

In principio huius anni die Conversionis S. Pauli ex hac vita migravit domnus Henricus Heeswyck, secundum prior Ultraiecti et procurator eiusdem item anno 1469 a capitulo Generali institutus fuit rector (potius procurator ut legitur in monumentis eiusdem domus) novæ plantationis prope Buscumducis. Vixit in ordine 38 annos.

⇒ NoCte regVM sVCCVLVIit CaroLVs. stylo veteri.

Præter Helvetios Gallumque totus etiam orbis contra ducem Carolum conspirasse videtur. Galeatius Insubrium dux, fædericus Tarentinus, Renatus Andegavensis provinciæ comes Jolanthis Sabauda fidem cum fortuna principis nostri mutavere, atque adeo Renato Lotharingo auspice Bellicosum ducem vita et castris exuerunt ad Nancæium Austrasiorum Metropolim quam Carolus a Renato duce post liminio receptam Ultima omnium expeditione cinxerat. Cæsus ibi Carolus in Jarvillæ campis instar velitis triarij conferta pugna decertans, turbavit aciem ducis Nicolaus Campobassus Italus qui a Gallo subornatus primo certaminis tumultu cum turma equitum ad Helvetios se proripuit manifestæ prodicionis reus Hic finis Caroli fatorum hic exitus illum sortæ tulit Anceps fama toto Belgio de illo percebuit

- ⇒ Anno 1477 nonis januarij die dominica.
- ⇒ Perfidia Campobachij ubique asseritur

Proditor Campobachus postremis ad ducem Reinerum verbis erat pollicitus viginti se equites apud pugnacem, cum foret transiturus (ad eum scripse) relicturum, qui sese proditoris ignaros simulantes occasionem interficiendi aut capiendi eius essent observaturi. Verum cum pugnacis acies multitudi... hostium dissiparetur 20 proditoribus exequendi facinoris modus est ereptus cæsa cum ceteris maxima eorum parte, nolente Deo inter alia pugnacis infortunia hoc eum affici dedecore, ut a proprijs mercenarijs militis interficeretur, aut captus ad ludibrium veteribus hostibus traderetur; sed postremo hoc eum honore exemplo multorum regum ac imperatorum, decorante, ut inter hostium amicorumque cadavera armatus vitam finiret.

alij cæsum, alij incolumem dixere pro suo quisque adfectu, sed repertum cadaver a quodam ephæbo suo honorario Joanne Baptista Columna nudum et ore congelato ad fossam cui imminebat indicio unguium protensulorum, ginginæ inferioris edentulæ et cicatricis pugna Hericiana ad collum impressæ. Sepultus est iubente Lotharinga Nancæi in æde primaria ad aram principem dominis Georgij Martyris cui Bellicosus dux peculiari cultu devotus fuerat. Si tante fuit victoris inimici humanitas quid sperandum de divina bonitate ? Neque enim Deus punit bis in idipsum. (⇐ virtutes ducis Caroli) Multa præterea in eo eximiæ laudis fuere et quæ boni principes imitari possint. In pauperes profusus sua etiam manu sportulas divisit æmulus Carolo bono, qui similis liberalitatis officio promptus stratanæ familiæ coniuratione martyrij victima eleemosynæ sacrificium cumulavit, Castus in coniugio, citra alterius thalami iniuriam, continentia lege se obstruixit. In divos pronus canonicæ preces cotidie Deo adnumeravit nulla occasione tantæ pietatis iacturam admittens prophetæ regis exemplo qui septies in die collecta mente psalmum cecinit, et sine hac stata modulatione fidiumque obsequio nunquam purpuram deposuit vel recepit. Rarum vero fuit in Bellicoso principe quod Subdo; musicæ artis peritissimus, et proinde Musarum Gratiarumque alumnus, in balneo in triclinio disparem illam concordiam libenter admisit more Alexandri Macedonis cui peculiare olim fuerat pro hac modulorum inflexione animum vel intendere remissum vel remittere intensum. litterarum, historiæque veteris præsertim indagator Guidone Brimæo Imbercurio interprete in hoc altero Parnassi vertia sæpiusculè obdormivit, ut hanc quoque lavrum inter alia familiæ decora serpere voluerit heros immortalis. Hæc ex Cornelio a Marca in meminam tanti principis de ordine de domo nostra bene meriti, huic enim domui bene duo millia coronatorum tam in oblationibus donarijs clenodij quim alijs eleemosynis dedit.

⇐ Rex Franciæ ducatum Burgundiæ et Artesiæ comitatum invadit.

Maria Caroli Audacis proles unica atque ditionum omnium paternarum hæres Gandavi cum Margareta Eboracensi noverca annum agens vicesimum Gallo tumultuantes subsidet. Etenim Ludovicus XI rex qui Mariam ad sacrum fontem suceperat, et eiusdem cum Carolo delphino octenno nuptias valde affectabat, quum cassam se ludere operam animadverteret quamvis anno superiore cum Audace eiusque hærede novennales inducias pactus esset nihilominus Burgundiæ ducatum, et magnam Artesiæ partem velut immanis prædo invadebat. Interea rerum nuntios atque exploratores in hores hinc inde expectabat. Diversoria equis cursorijs in Gallia primus instituit. Vide Lypsium in lib. monitis et exemplis politicis et alios historicos (⇐ nota de equis cursorijs)

⇐ Guidonis Brimæi indigna mors.

Non solum aderant Dei Mariæ foris pugna sed etiam intus timores Guido enim Brimæus Imbercurij toparcha atque Megæ comes idemque Aurei velleris eques frustra apud cartusianos nostros latitans Gandavi ab factionæ plebis captus necquiquam allaborante ad eius liberationem Maria principe, capite multatur et cum eo Hugonetus, quæ indigna tautonim virorum mors insigniter Mariam, eius Novercam, nobilis probosque omnes peradit

1477

unicam ordinationem rebus deploratis huius patriæ satis convenientem hoc anno reperio.

⇒ Festum Compassionis Beatæ Virginis imporatur.

Quia in plerisque locis digna cum reverentia sabbatho post octavas Paschæ festivitas Compassionis Beatæ Dei genetricis Mariæ peragitur ob eiusdem laudem et preconium concedimus domibus ordinis quæ voluerint quod præfatum festum illo die solenniter cum candelis et refectorio valeant celebrare, cuius sollempnitatis officium sit sicut in nativitate, nomine Nativitatis in nomen Compassionis mutato sed loco Evangelij liber generationis legatur Evangelium stabat iuxta crucem Maria mater Jesu, etc.

⇒ Sixtus 4 papa dat indulgentias plenarias cum potestate eligendi confessores in die Nativitatis Beatæ Mariæ obierunt

Sixtus 4 dat indulgentias plenarias cum facultate eligendi confessores pro personis ordinis in die Nativitatis Beatæ Mariæ. Vide Privilegia ordinis, fol. 45).

⇒ Domnus Laurentius de Roesendael prior Romæ, scriptor.

Circa hunc annum obiit domnus Laurentius Zeewen de Rosendael, prior domus S. Crucis in Roma, primo professus domus Omnium Apostolorum prope Leodium, ultimo domus Cartusiæ.

⇒ Dominus Ludolphus vanden Water, principalis initiator domus Sanctæ Sophiæ.

Item venerabilis dominus Ludolphus vanden Water, principalis incæptor domus Sanctæ Sophiæ prope Buscumducis.

Item nobilis domina Magdalena Fer de Vestemberg, fundatrix Horti Beatæ Mariæ in Germania.

⇒ Eleemosyna curati de Viane.

Hoc anno dominus Andræas Goswini curatus de Viane dedit pro una cella in Schuet signata per litteram S centum sextem rhenenses, et anno 1474 dedit octodecim rhenenses annue pro præbenda unius monachi.

⇒ Et dominus Michaëlis pastoris.

Eodem anno dominus Michael pastoris capellanus et receptor dedit hic calicem et pacem argenteam, et anno 1479 dotavit anniversarium suum hæreditarie XXIIII rhenenses.

⇒ Geldria ab obedientia ducis Mariæ cecedit.

Adolphus, Arnoldi Geldriæ ducis filius, a Gandensibus custodia Gurtracensis eductus, militiæque præfectus apud Tornacum a Francis occiditur. Exinde Catharina interfecti Adolphi soror consilio auxilioque Geldriæ ordinum per universam Geldriam ducis Mariæ rectores polli curat, quanquam Carolus et Philippa dicti ducis Adolphi liberi in potestate adhuc essent ducis nostræ Galeatius Maria V. dux Mediolanensium in templo S. Stephani confoditor a Joanne Andræa Lomprogniano (*au-dessus de la ligne* : Lamponiano) nobili viro Mediolanensi. (*au-dessus de la ligne* : 26 decembris 1476) Reliquit is liberos Joannem Galeatium VI ducem modo, cui Isabella Aragonia Neapolitani regis ex Alfonso filio neptis iuncta erat, Blancam Mariam Maximiliani cæsaris uxorem et Annam.

⇒ Domnus Joannes de Audomaro, prior Ziriczeæ.

Hoc anno domnus Joannes de Audemaro, professus domus Capellæ cum esset vicarius in domo Delphensis missus est per cartam Capituli prior ad domum Ziriczeæ ubi circiter sex annis fuit prior usque ad mortem.

⇒ Mariæ principis nostræ nuptiæ.

Augusti duodevicesima Gandavi Mariæ Burgundiæ nuptiæ cum Maximiliano Austrio contractæ celebrantur. Vide Pontum Heuterum, Chronicon CLaMor faCtVs eCCe sponsVs venIt eXIto. Numerus nobilium equitum exceptis famulis erat mille ducentorum qui omnes Maximilianum nudis capitibus præcedentesserta circum tempora e Margaritis ingentibus confectæ quibus petiosi intermisæbantur lapides ferebant.

⇒ Obitur comitis Palatini.

Obijt hoc anno mense decembri illustris et christianissimus princeps Fredericus comes Palatinus Rheni et dux Baviariæ sacri Imperij archidapifer ac princeps elector in habitu Minorem Heydelbergæ apud eos cum ingenti pompa sepultus quem Trithemius valde laudæt.

Matthias Hungariæ rex Austriam Stiriamque vastat et Bhoemiæ regnum Frederico extorquet.

Illustrissima domina Margareta vidua Caroli Audacis hoc anno 1477 dedit domui Capellæ duas pulchras ampullas ponderantes XVI uncias, et in promptis pecunijs C lib. grossorum Flandriæ. Ideo conventus de communi consensu assignavit dictæ dominæ unam cellam V. septimam sub littera G tanquam fundatrici et dotatrici, et inhabitator illius cellæ erit suus capellanus orando pro ea nunc et in perpetuum.

1477

⇨ Domnus Laurentius de Muschesele ad superos migravit.

Hoc eodem anno 1477 in profesto Sanctæ Barbaræ obiit venerabilis pater domnus Laurentius de Muschezele, Alostensis, qui ibidem fuerat rector scholarum vir bonæ vitæ et famæ et bonus clericus quamvis tantum grammaticus. Receptus est ad ordinem a domnus Joannes Montegnijs, priore circa annum 1432 (vide f° 31) et datus est illi magister dominus Joannes de Haycruce. Hic igitur Laurentius omnium suorum testimonio fratrum vir fuit vera religione conspicuus vir vita sanctissimus, et cum fuisset tribus aut quatuor annis in ordine fratres (electione sibi concessa) constituerunt illum supra se priorem quod valde rigore et religiose se ordine habuisset rexit autem domum istam circiter octo annis, et ipsam tam in ædificijs cellarum quam idoneis personis multum valde decoravit. Receptit enim ad ordinem domnus Rasonem (de quo Dorlandus lib. 7. c. 26), domnus Henricum Loen (de quo idem Dorlandus c. 31), domnus Joannem de Aldenardo circa annum 1441 (de quo Dorlandus c. 34), domnus Gasparum vander Stock, Lovaviensem magistri in artibus, qui fuit primus procurator domus Bruxellæ, postea prior Diestensis et postremo prior domus Capellæ, recepit et domnus Hugonem Boletum, de quo Dorlandus c. 29, et domnus Joannem Balon qui fuit vicarius domus Bruxellæ in principio et prior Amsterdamensis et Diestensis. O vere oliva fructifera in domo Dei. Habuit procuratorem domnus Arnoldum de Monte, de quo Dorlandus lib. 7. c. 33.

⇨ Eius liberalitas in pauperes.

Anno Domini 1437 quo fuit in priorem electus cum esset ingens frumenti inopra (de qua scribit Trithemius in Chronicon Sponhemensi : quod fuerit maxima fames in omni regione et præcipue in partibus inferiori in Hollandia, in Zelandia, Hannonia et circa Rhenum ubique, inquit, exorta est, ita ut multi pauperes tam in civitatibus quam in villis fame perirent) ipse pauperum et calamitosorum omnium prodigus provisor et pastor erat adeo ut de Franciæ partibus tanquam ad quendam asylum pro stipe pauperes confugerent, domnus enim Gerardus Delph qui eum præcessit in officio prioratus fuit vir parcus solaria reliquit plena annana et blaudis, quæ iste P. Laurentius tam largiter erogavit tempore præfatæ caristiæ et alia quæ habere potuit ut inde magnam famam acquisiverit in vulgo neque tamen penuriam timuit vel de crastivo cogitavit summa spe semper ad superma erectus. Post annos octo prioratus sui hydropisim incurrit Deo ita disponente quo facilius famulum suum et amicum in secretiorem familiaritatem ad scisceret atque in cellam vinariam introduceret. Postulans igitur reperta occasione sibi misericordiam fieri per patres visitatores ab officio dimissus est quo onere deposito, aquarum etiam pondus, Deo adiutore, deposuit

1478

⇒ Egregium testimonium sanctitatis domnus Laurentij.

dein vicarium institutus tres et triginta annos vixit, quod officium et ministerium laudabiliter quoque exequabatur, de quo domnus Judocus Vander Cleyen sic testificabatur : quoties, inquit, absente priore pater Laurentius visitandi gratia venit ad me in cellam : sermonibus suis et exhortationibus sic erexit me, stabilivit et confortavit, ut postea duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse. Eram siquidem pronior ad modestiam, proclinator ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem, et serventior in precibus, subtilior in divinarum contemplatione et in cunctis observantijs ordinis publice et privatim alacrior.

⇒ Significat dominus Jacobo de Croÿ, episcopo Cameracensi diem obitus sui.

Eadem die qua cessit e vita (uti a triginta tribus annis sponderat Jacobo de Croy, postea episcopo et duci Cameracensi mortis suæ diem intimavit, cum enim decum beret an mensam hora cœnæ in quadam magna societate unus dedit illi ictum in dorso av percusset qui satis ex hoc turbatus et circumspiciens ubique nominem vidit, qui surgens ex mensa perrexit ad cameram suam compunctionem habens non modicam, et revolvens in corde suo quid hoc esset vel quod signum cæpit recordari verborum prædicti patris Laurentij quibus promiserat se illi intimaturum obitum suum, postea intellexit eadem hora ad superos migrasse pater Laurentium, et propterea semper habuit ordinem nostrum valde in honore. Electus in episcopum Cameracensem eadem die qua fuit consecratus in domo cartusiensi Lovanij quæ supra scripta sunt narravit. Vide Dorlandum lib. 7. c. 25.

⇒ Maximilianus Belgicæ princeps inauguratus adhuc iuvenis et imberbis.

Anno 1478 Maximilianus data acceptaque fide in principem a Brabantis, Flandris et Hannonijs recipitur, inauguraturque solitis cæremonijs primarijs in civitatibus celebratis. Circa festum Paschatis Maximilianus quoque Middelburgi Zelandiæ inauguratur, aderantque et Hollandiæ ordines. Ut vero Houckios ac Cabbelianos conciliaret sex septimanis manens frustra dat operam.

⇒ Aurei velleris comitia.

Interea Brugis parata erant necessaria ad equitum aurei velleris suppletionem, quem ordinem Maximilianus in templo Salvatoris iam primum accepturus ac daturus erat pridie calendas mayas accepit. Ordinem ab Adolpho Clivio Ravastainæ Regulo, Torque cum aureo vellere collo eius appendente Lanøj domino equitum huius ordinis natu maximo. Tum ipse varios eodem ornat honore.

⇒ Ludovicus XI regis timiditas.

Quibus peractis Maximilianus pugnæ cum Ludovico rege conferendæ cupidus in Artesiam flexo itinere auctoque validis Flandrorum copijs exercitu ad pontem Wendinum subsidit, regem in certamen provocat qui licet instructissimum haberet exercitum attamen intra Atrebatensis opidi muros continere sese consultius esse putavit.

⇒ Natalis Philippi Austriaci principe nostri.

Nono kalendas julij hora tertia pomeridiana Brugæ filius Maximiliano ex Maria nascitur cui nomen inditum Philippus. Eius natalem hoc metro numeralibus litteris quidam expressit.
oMnIbVs aCCeptIs regnat noVVs ecce PhILippVs

⇨ Iudiciæ inter regem Ludovicum ac Maximilianum restituit comitatum Burgundiæ.

Quarto calendas augusti e sacro cum lavacro suscepere Margarita Eboracensis pugnacis vidua : infantique nomen dedit Adolphus Clivis Ravastinæ Regulus nomine cæsars Frederici; ac Petrus Lutzenburgius fani dominus Pauli comes nomine Heinrici 7 Anglorum regis : magnificeque ab his, a Brugensi senatum mercatorumque collegijs donis est honestatus. Exinde prolongantur inter regem Ludovicum ac Maximilianum in annum induciæ quæ initium essent habituræ decimo quinto calendas augusti ea lege : rex Maximiliano restitueret ante finem primi mensis quicquid in comitati Burgundiæ ac Hannobiæ occupaverat: quod quamquam ægre tandem rex consensit Germanos ac Helvetios veritus, quibus parum placare sciebat Burgundiæ comitatum Francicis provincijs iunctum denique (⇨ Tornacenses cum Maximiliano transigunt) rex Tornaco præsidium deduceret urbemque liberam relinqueret qui regio liberati præsidio mense novembri cum Maximiliano transigunt publicenturque se Francicum amplius non admitteros militem. Hæc de statu patriæ satis prolixè ad ordinem nostrum redeamus.

⇨ Domus Beatæ Mariæ Annuntiæ apud Padebornam Westphaliæ opidum ordini accedit.

Novam plantationem prope Falckensteyn ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen. Quam plantationem domum Beatæ Mariæ Annuntiæ in Monte S. Sixti prope Falckensteyn nominamus quam etiam provincia Allemaniæ Inferioris adiungimus et preficimus in priorem domnus Judocum a prioratu domus Passionis Christi in Legnitz absolutum, cui etiam committimus novellam plantationem recipiendam in Misnia prope Zwickannam quam de consilio visitorum, si expediens videbitur poterit acceptare sicut actum est anno 1480 ubi tunc de ea agens. Hanc autem domum Beatæ Annuntiæ fundavit egregius dominus Wernerus Baldewyn utriusque iuris doctor, sacerdos quem credo ordini nonen dedisse in statu donatu obiit circa annum 1488.

Obijt circa hunc annum dominus Joannes de Sabaudia, dominus Altivillaris ex fundatoribus Vallis S. Hugonis.

⇨ Hic Ludovicus de Petronibus dicendus est de genere fundatorum domus Maggiani quæ fundari cæpta est anno 1318 sumptibus D. Ricciardi de Petronibus S.R. cardinalis.

Item nobilis miles dominus Ludovicus de Petronibus Genensis fundator domus Maggiani. Protector et benefactor dictæ domus.

⇨ Walterus Henrici scholasticus S. Gudulæ construxit et dotavit cellam.

Hoc anno in Schuet, magister Walterus Henrici scholasticus Sanctæ Gudulæ deputavit, ordinavit construere et dotare unam cellam pro quibus intendit et addixit dare VI^C rhenenses coronas et in solutionem dictæ summæ emit pro nobis nomus dictum Dalvenblock pro XCIX rhenenses et quitavit pensionem vitalem inde exeuntem duorum saccorum siliginis pro XVIIJ petris et obiit quinta decembris anno 1494.

⇨ Leonardæ secretariæ ducissæ legatium.

Item eodem anno circa Joannis obiit secretaria ducissæ Margaretæ nominæ Leonarda, quæ in testamento suo legavit IIIJ^C rhenenses ut pro eis emerentur XX rhenenses annui pro sustentatione unius monachi cui adiunxit dicta ducissa II^C rhenenses pro ædificatione unius cellæ dictam donationem domnus Arnoldus Kaerman, prior Capellæ facile hac fuisset sed demisit huic novellæ plantationi.

1479

⇒ Margaretæ van Berchem liberalitas.

Item eadem anno nobi satis propitio domicella Margarita de Berchem alias Jaot de Roescoetele deliberavit hic donare una præbendam annue XVIII rhenenses pro sustentatione unius monachi instinctu et informatione magistri Nicolai Ory capellani beginagij Bruxellensis ubi dicta domicella fuit magistra magna beginarij sicut et præstitit. Vide librum foundationis fol. 45.

⇒ Promissio Catharinæ de Biest.

Item isto anno soror vicarij nostri Joannis Biest Catharina promisit nobis dare XVIII rhenenses pro uno iornali quos dedit anno 1481.

⇒ Turca Croiam et Scodram occupat.

Mahumetes Turcarum imperator Croiam Epiri urbem munitissimam occupat et Scodram Macedoniae caput Venitis eripit.

⇒ Florentinorum coniuratio.

Florentiæ, quæ libera civitas erat in templo liberatæ coniuratione civium in Mediceos fratres quasi libertati publicæ insidiantes, impetu facto Julianus occiditur, Laurentius ærarij sacri munitione evadit. Odium susciter.

Hoc (*au-dessus de la ligne* : vixas) anno 1478 dux Clarentiæ in Anglia occisus est qui fuit frater ducissæ Margaretæ viduæ Caroli Audacis, siquidem in Malvatici vini dolio vivus extinguitur, et inde exemptus capite truncatus est iure an iniuria non est nostrum scribere, consule Avitores.

⇒ Coniuratio plebis Gandensis.

Bello inter Francos et Belgas ad tempus sopito, dissidium alio serpsit Gandenses enim mense februario anni 1479 contra urbis rectores, quod tereuncio singulum cerevisiæ poculum onerassent, arma sumunt, inaudita coniuratio (quam apud Heuterum habes) brevi pugna proborumque victoria non sine præsentis numinis divini auxilio extincta fuit.

Helvetij regi Galliæ stipendarij.

Ludovicus rex Duacum (nobile hodie Musarum emporium) clanculario ingressu intercipere conatur. Sed fraude per Attrebatenses cuiusdam mulieraclæ (cui litteræ concreditæ erant) opera Duacenatibus detecta, pedem referre turpiter cogitur. Id regis animum adeo commovit, ut veteris civitatis incoles secundo damnavit exisio. Decima quarta calendas Junias Sagittarij et Arcubalistarij Atrebatenses qui nonnihil emissis cæteris hic subsisterunt etiam solum vetere cognatur. Quo etiam tempore in Gallijs sublato Francorum Sgittariorum ordine a Carolo 7 rege institute Ludovicus rex ab suis alter sicut sibi timens Helvetios advorat stipendio anno affluente concessio fidos sui futuros custodes. Genebardus Gallus scriptor hoc in melius interpretatur et dicit quod cum Helvetij rapinis et latrocinijs vacarent hoc anno privium a Ludovico Gallorum rege stipendia merentur.

Iam nostra repetamus, hanc ordinationem factam in Capitulo anno lego : quia intelleximus quasdam personas ordinis sine aliqua commissione ab eodem eis facta præsumptuose inconsulte ex propria voluntate procurasse protectiones pro ordine nostro a reverendissimis dominis cardinalibus per breviam apostolicam cum ipse noster ordo ab initio sui usque ad tempora præsentia semper fuerit sub speciali protectione et grave sit dominis cardinalibus in maioribus occupatis nostris intendere nec ordini expediat. Eapropter nos diffintores Capituli Generalis ordinamus et præcipimus sub pœna maioris excommunicationis quam quilibet contrafaciens ipso facto incurrat ut de cetero nullas id facere attentet. Nos enim S.D.N. papæ et omnium dominorum cardinalium protectione potius gaudere volumus, et ad quemlibet ex ipsis in causis nostris nobis magis subvenire volentem liberum optamus habere recursum. Nescio an ordo tunc sicati iam Anno 1627

detractabat habere specialem protectorem quandoquidem ad quemlibet volebat habere recursum. Et domus Montelli anno 1477 obtinuit indulgentias plenarias cum facultate eligendi confessorem in Nativitate Beatæ Mariæ cuius expeditionis commissa data est gubernatori urbis, postea tum habuerunt unum specialum.

1479

⇨ 1479

Hoc anno in Schuet fuit facta coquina nova cum duabus cameris.

⇨ Joannes Florentis moritur

Cella domicellæ vander Borch fuit ad inhabitandum præparata ad quam ivit mansum D. Joannes Florentis, qui infra octavas Pentecostes suscepit ordinem presbyteratus et post paucas missas celebratas moritur ultima Augusti, iunior monachus sed primus monachorum qui hic obiit.

⇨ Dominus Jacobus de Masteyn construxit et dotavit cellam.

Eodem anno tempore visitationis huius domus scilicet profesto Nativitatis Beatæ Mariæ domnus Arnoldus Kaerman prior Capellæ apportavit nobis recognitionem domini Jacobi de Masteyn militis octoginta librarum Flandriæ LX pro redditibus emendis et XX pro cella construendo, pro habitatione et sustentatione unius monachi. Isti domini de Masteyn fuerunt etiam benefactores domus Sylvæ Sancti Martini, et nunc adhuc fautores ordinis.

Eleemosyna magistri Joannis Comperis.

Item eodem anno circa Omnium Sanctorum magistri Joannes Comperes canonicus Antverpiensis frater confratris nostri domnus Petrus Comperes dedit in eleemosinam 40 coronas de XXIIIJ s. quamlibet ad emendum vel quitandum duas similes coronas annue pro anniversario suo hic perpetue celebrando quas tunc voluit levare ad vitam suam sed anno 1481 dedit nobis ea conditione ut dum viveret cantarem unam missam de Spiritu Sancto et eodem die fratres essent sui memores in memento et daretur pitantia vini.

Fere simile potijt dominus Michael de Anderlaco quo ad missam de Beata Maria Virginnis quorum donationes quitati fuerunt sex floren censuales .

⇨ Conradus Merhet qui plurimos libros in sum chori scripsit.

Hoc anno 1479 in Horto Christi prope Noertlingam obiit venerabilis Conradus Merhet, professus Herbiopolensis cartusiæ scriptor celebris cantorque doctissimus. Vide Bibliothecam Cartusianam.

Sexto calendas augusti Maximilianus princeps numerosissimo in Morinos tracto exerciti Tervannense opidum Vallo ducto obsidione premere aggreditur.

⇨ Prælium Guinegatense.

Septima augusti memorabile illud ad veterem villam seu Guynegatam prælium inter Gallos qui Tervanensibus suppotias veniebant cum Maximiliano ambigua admodum fortunæ alea committitur. Mansit tamen penes principem nostrum victoria etiamsi non incruenta. Quod audiens Arenbergius in partibus Leodiensibus facile de proseguendo bello consilium remisit.

Sub id temporis liberium ab Ramontio flammis deditur franci præsidarij qui Teruannam Bethuniam ac fanum Pauli occupabant in Flandriam excurrant et evastant. Misera ubique rerum facies et plurima mortis imago.

Anno præcipiti induciæ inter principem atque regem coeunt ad proximas usque calendas aprileis insequentis anni.

⇨ Joannes rex Aragonum moritur.

Joannes Aragonum rex annos unum et octoginta natus Barcione moritur succedente filio Ferdinando Magno.

Gratia Maximiliani principis.

Extat gratia Maximiliani principis conventui facta de non solvendis exactionibus sub eius signo manuali in pergameno de anno 1479, 3 decembris.

1480

⇒ Margareta Austriaca nascitur Bruxellis.

Anno 1480 quarta idus januarij circa horam diei undecimam Bruxellæ Maria domina nostra filiam parit dictam ad sacrum fontem Margaretam. Federicus Cluniacus præsul Tornacensis eam in Sanctæ Gudulæ baptismalibus undis tinxit : suscepere Margareta Eboracensis Pugnacis vidua, Anna Burgunda Ravestaini uxor, et Joanne Challonius Orangiæ princeps.

Mense martio iudiciæ inter Ludovicum et Maximilianum adusque julij initium iterum in unum annum Atrebatii propagantur.

Andreas de Tornaco, professus domus Capellæ in monasterio Schuet secundo fæcit professionem de licentia et mandato reverendi patris cartusiæ, per epistolam sigillatam quæ eiusmodi tenoris est.

⇒ Litteræ reverendi patris ad conventum nostrum.

Frater Antonius humilis prior domus Maioris Cartusiæ auctoritate Capitulo et nosta qua fungimur super annum ordinamus per præsentis et seriose iniungimus quod sub pœna inobedientiæ impleri volumus ut domnus Andræas de Tornaco hospes in domo Nostræ Dominæ de Gratia prope Bruxellam ordinis nostri cartusiensis ad statim ibidem profiteatur visis præsentibus prima die Capituli, et de cetero pro professo ibidem habeatur, iniungentes prior et conventui ut in hoc nullam difficultatem faciant nam ipsius loco.

Frater Joannes de Colonia eorum professo in domo Capellæ profitebitur quod et similiter fieri volumus et iubemus datum cartusiæ XII martij anno Domini MCCCCLXXX sub sigillo dictæ domus in testimonium præmissorum.

⇒ Insolentia Gandensium principes ex urbe discedunt.

Vere huius anni Gandenses ordinum Flandriæ consensu maximeque Dudzellæ domini instinctu Maximiliano leges sumptuarias quibus familiam instituat ditionesque regat scribunt, qua insolentia cum uxore Maria urbe discedens Mechliniam contendit, eaque ibi relicta Bredam est profectus, inde Getrubergam, conscensæque navi Roterodamum venit, ubi in morbum incidens adeo gravieter aliquandiu laboravit, ut modici de vita desperarent, sed tandem natura morbum superante convaluit.

In Capitulo nostro non nisi admonitiones factæ, et concessæ indulgentiæ a Sixto papa intimantur omnibus personis ordinis et fortæ etiam omnibus fidelibus prout status Ecclesiæ bone exigebat.

⇒ Mutatio priorum in domo Gandensi et Delphensi.

Domnus Ludovico Pottier, priori Gandensi ad magnas instantias suas et propter infirmitates corporis facta est misericordia, in cuius locum elegerunt conventuales domnus Simonem de Horreo, priorem domus Delphensis professum suum; et Delphenses domnus Gasparum vander Stock professum domus Capellæ.

⇒ Turcæ cæsi.

Turcarum 30.000 cæsa sunt a Stephano Barthoreo Transilvaniæ Valvoda.

Hoc eodem anno Mohometes obsedit Rhodum cumque iam pene vicisset divino miraculo victus fugatusque fuit. Mox invasit Rhenum Siciliae, Hidrunti civitatis episcopum medium secuit populum ut oves martavit.

Cœnobium Transfigurationis Jesu Christi in Reinschaw accessit ordinis.

Cœnobium Transfigurationis Jesu Christi in Reinschaw prope Zwickaw in Misnia Saxoniae fundasse circa annum Domini 1478 perhibentur, cui narrationi concordat charta Capituli huius anni quæ sic habet: Novam plantationem in Misnia ob reverentiam et devotionem illustrium

dominorum et principum Saxoniae Matrique eorum et aliorum devotorum ordini nostro incorporamus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Quam domum Transfigurationis Jesu Christi, Vallis Sancti Martini et terra Pleymensi (*au-dessus de la ligne*: Meynensi) nominamus et per totum ordinem nominari volumus et eam provinciae Alemaniae Inferioris adiungimus. De qua tamen in annalibus cartusiae Erphordiensis haec fere totidem verbis leguntur : sub priore XVII Erphordiensis domnus Jodoco Kristein viro eloquentiae singularis magnaeque industriae novellis sarculis caeptum est provideri domui Transfigurationis

abductis ex cartusiana Erphordiana quatuor religiosis. Ordini vero dicta domus cooperante domino Ottonio proposito canonicorum regularium qui eam prius incoluere, accessit. Ipsius enim et suorum pari consensu effectum est ut per sedem apostolicam ordo cartusiensis ibidem erigeretur.

⇨ Incorporatio domus Juliacæ.

Novam plantationem prope Juliacum ordini nostro incorporamus in Nomine Patri et Filij et Spiritus Sancti. Amen. quam domum Compassionis Beatæ mariæ in Cantavio nominamus.

Prima septembris obiit generosus dominus Udalricus (*au-dessus de la ligne* : Ulricus), comes de Wiertenborch, fundator Boni Lapidis Germanice Guitelstain apud Vrachium, fuit olim præpositura monachorum benedictinorum.

⇨ Domnus Ulricus Herbipolensis scriptor floret.

Circa hunc annum ex hac quoque vita migravit Ulricus Herbipolensis, professus Horti Angelorum prope Wirceburgum Sacræ paginæ licentiatum non solum divinarum verum etiam humanarum literarum egregie gnarus prudentia excellens, ingenio acer plurima tum oratione soluta tum carmine lepide eleganter et decore composuit. Bibliotheca Cartusianam, Sutor, Dorlandus.

Insulani Francos prædantes vicinos fugant Exinde rex circiter viginti virorum millia in ditionem mittit Lutzburgensem duce Carolo Ambosio qui primo impetu Virtonium expugnat inodium per deditionem accipit ac in Franciam cum copijs revertitur. Chimans Luxemburgensium præfectus congregatis circiter duobus peditum millibus ac octingentis equitibus recipiunt exuruntque arcem Haspræam mittitque Maximilianus Chanterainæ dominum cum alijs quatuor virorum millibus ut prædatorum aliquot castella apud Lutzenburgios Namurcæos ac Leodios expugnet. Exinde Maximilianus dimisso exercitu Lutzenburgum venit inauguraturque. Invisit hic eum archipræsul Treverensis comitatus quadringentis equitibus.

⇨ Notatur signanter in libro foundationis ob stallum quoddam Anderlecti.

Hoc anno conventio facta est cum monasterio de Schuet et hæredibus domini de Mol, canonici Anderlecteum et concordatum de antistadio scilicet den opstal ante domum domini Petri Fabri pridem, de cuius distinctione patet in littera de super facta illo et puto satis distinctum fuit per novam plantationem et parica fossata, de quo antistadio iam controversia est patribus minimis.

⇨ Elemosyna domicella Catharinæ vanden Bossche begutæ.

Eodem anno domicella Catharina vanden Bossche, begutta Bruxellensis dedit pro sustentatione unius monachi hortum unum cum tribus domibus superstantibus dictum de Clootbane sub censu II librarum monetæ usualis et unius caponis quæ estimavit ultra onera ad XX rhenenses quod ipsa levabit in vita sua, et magister Nicilaus Ory (cuius æstimo instinctu fecit) post obitum dicta domicellæ si ipse supervixerit et fecerit officium missarum et aliorum quæ promisit, et post amborum vitam veniet ad nos.

⇨ Magistri Nicolai Blien petitio et eleemosyna.

Feria sexta infra octavas Assumptionis Beatæ Mariæ obierunt magister Joannes de Groote cancellarius et sigillifer quondam Brabantia pater confratris nostri domnus Joannes de Groote. Et eodem die magister Nicolaus Blien, doctor Lovanij qui ambo fuerunt magni amici huius domus et benefactores in vita. Et hic dominus Nicolaus pro anniversario suo et pro quibus desiderat hic annuatim celebrando legavit XX rhenenses semel ad unum rhenensem annum emendum et aliquot libros. Item octo modios siliginis mensuræ S. Trudonis perpetuæ intuitu domnus Marcelij qui sibi in seculo servivit in scholis regendis in Flandria fere XI annis. Item petijt ut prior

1481

huius domus haberet curam filij sui naturalis Nicolai in levando redditus et suos et disponendo eum ad scholas usque ad XXV ætatis annum ut posset fieri religiosus quod visitatores et prior cartusiæ consensit.

⇒ Obitus domni Joannis de Monte, prioris cartusiæ Antverpiensis et benefactoris huius domus.

In profesto Sanctæ Andrææ obiit venerabilis patris domnus Joannes de Monte, prior Antverpiæ, qui præter ea quæ contulit ad construendam cellam ut supra narravimus languens in infirmitate de qua occubuit ex informatione patris visitatoris Arnoldi dedit 10^a octobris ad opus novæ ecclesiæ perficiendæ X libras grossorum, etc. et crebras pitantias conventui frequenter transeundo per hanc domum adiens visitatorem Capellæ quia habuit et curam bonorum cartusiæ, et libenter referillabatur hic super tædio officij sui.

⇒ Domnus Arnoldus Kaerman, prior Capellæ adjuvat reverendu episcopum Cameracensem dominus Henricum de Bergis in reformatione monasteriorum diœcesis suæ.

Item eodem anno in nundinis septembris patris visitator domnus Arnoldus procuravit novam ecclesiam perficiendum a patribus ordinis sex libras, et post electionem novi prioris Antverpiæ domnus Henrici Duvelant adhuc obtinuit ab eo IJ libras die Sanctæ Luciæ unde redijt infirmus sed zelum Dei habens sollicitavit tam Lovanij quam hic Bruxellis apud episcopum Cameracensem pro munatentia reformationis incæptæ monialium de Ghelinhien cuius ipse fuit præmordialis et principalis promotor. Circa principium anni obierat revenendus pater Joannes de Burgundia episcopus Cameracensis qui dictæ diœcesi præfuerat 40 annis, successit ei (vide infra lineam) magister Henricus de Bergis doctor utriusque iuris dictus prothonotarius. Hic primo anno episcopatus sui in die S. Martini fuit in domo Capellæ et comedit in refectorio et dedit X coronas aut circiter et domnus Arnoldus adjuvit eum reformare monasteria.

⇒ Hiems valida.

Annus 1481 satis luctuosus fuit ordini nostro et præcipue nostræ provinciæ propter præstantissimos et exemplares viros quos per mortem amisimus erat hoc tempore interdum gelu et hiems valida nociva senibus ex his caussis forte morbum incurrerunt sed et vineæ ac arbores multæ fuerunt mortificatæ.

⇒ Moritur dominus Nicolaus Falconisse doctor alias Valkenisse.

Circa Epiphaniam obiit magister Nicolaus Falconisse doctor in medicis socius quondam magister Henricus Loen tam in promotione quam in Porcensi fundatione et gubernatione pedagogij. Iste fuit archidiaconus Antverpiensis et canonicus Beatæ Mariæ Cameracensis. Hic acquisivit nobis indultum apostolicum pro ordinibus suscipiendis a proximiori episcopo sub Nicolao papa V habet in hac domo am(amicus ?) quia semel dedit centum petros auræi et sæpius gratiam pitantiæ

⇒ Domnus Nicolaus Kerker sacrsita domus Ultraiectinæ per XXV annos.

Altera S. Anthonij obiit domnus Nicolaus Kerker Amsterdamensis, monachus domus Ultraiectinæ qui per XXV annos continuos devote et cum labore sudavit in officio sacristæ, in exemplum longanimitatis et patientiæ alijs.

⇒ Obitus prioris domni Henrici Loen primi prioris huius domus.

Tertio februarij obiit venerabilis pater noster domnus Henricus Loen, vicarius domus Capellæ. Hic ante ingressum ordinis fuit baucelaurius formatus in theologia Lovanij vir magnæ scientiæ et famæ et bonæ vitæ natione Lovaniensis, qui in prima formali promotione dictæ universitatis fuit primus. Et fundavit pedagogium Porcense cum socio supradicto magister Nicolao Falconisse alias de Valkenisse et diu rexit fuit Ethicus, et si voluisset ibidem permanere fertur quod ipse fuisset canonicus (vel decanus) S. Petri, sed divina inspiratione præventus intravit ordinem nostrum in domo Capellæ receptus a domnus Laurentio de Musschessel circa annum 1441 in die

Assumptionis Beatæ Mariæ fere per totum annum novitiatus fuit infirmus, post professionem institutus est vicarius. Deinde absoluto domnus Laurentio electus est in priorem domus Capellæ, quod officium laudabiliter gessit et fuit convisitator huius provinciæ circiter 8 annis sed

Henricus a Bergis episcopus Cameracensis vir fuit nulli optimorum Antistitum pietate aut alio virtutis genere secundus victum impartiebat egenis, succurrebat laborantibus, orabat frequenter docebat etiam Quod enim docendi genus salubrius, ac optimio illi, et uni Deo gratius, quam aborrentis recte monendo concionandoque ad viam reducere virtutis quod ille strenue faciebat. Adijciam quod et studia coluit studiosos amavit fovit provexit Barlandus in chron. Brabant. electus est anno 1480 unde chronographicum eCCe saCerdos MagnVs sVI In dless sVIs plaCVIt deo. Et si addantur hæc ubi Et InVentVs est JVstUs annue mortis **in.....abit 1480**

1481

⇨ Gymnasij Porcensis institutor ac rector primus extitit Henricus de Loe vir sapientia et vitæ sanctitate celeberrimus qui vigesimus quartus academiæ rector anno M.CCCCXXXVIJ fuit, cunque annis iam pluribus gymnasio præfuisset anno ab academia condita circiter XIV sacro cathusianorum ordini sese voto adstrinxit, in eoque exactis quadraginta annis ætatis suæ anno LXXV Christi 1481 obiit. Hæc Nicolaus Vernulæus in academia Lovaniensi.

Sed anno 14LVI fundata domo Bruxellensi quam ipse iuverat erigi procuratum est a patre reverendo (ipso nesciente) quod hic absolutus ibidem rector institueretur extitit autem ibidem rector et prior circiter XIX annis, post hæc auxilio domni Arnoldi prioris huius domus (Capellæ) impetravit a Capitulo Generali misericordiam, et sic reversus est ad domum hanc matrem suæ professionis anno LXXV. Et anno LXXVII mortuæ ; domnus Laurentio vicario domus huius factus est iterum vicarius plusquam tribus annis, id est usque ad obitum suum. Erat tunc annorum circiter LXXV. Hic fuit multum pius mansuetus, dulcis, zelotus et in magno fervore et humilitate obiit. De eo consulat lector Dorlandum lib. 7. cap. 31, Sutorem, Arnoldum Bostium et librum foundationis ubi domnus Marcelus Voet prolixè describit qam pie est devote vivendi finem fecerit.

Hunc expirantem cum prior suus honorabilis domnus Arnoldus Kaermanus cerneret graviter in corde ingemiscens exclamavit : quorsum mi Pater tu pergis, et cur me hic in cladibus derelinquis ? Utinam tecum nunc moriar, qui vivere sine te non valeo. Sed certe non diu dimisit eum hic quia nona de sequenti secutus est eum. Et merito eum tenerrime dilexit quia fere L annis singularem conversationem habuerunt ad invicem tam in seculo quam in ordine. Ipse enim pater Henricus fuit magister et pedagogista domnus prioris Arnoldi Lovanij in pedagogio Porci, postmodum monachus factus in domo Capellæ eundem patrem Arnoldum tunc scholas in Geraldimonte regentem induxit ad ordinem suscipiendum. Et idem Henricus prior Capellæ posmodum effectus dictum domnum Arnoldum recepit ad ordinem. Iam de obitu dicti patris Arnoldi verba chronica domus Capellæ in medium proferamus.

⇨ Ad meliorem vitam migrat pater Arnoldus Kaerman prior domus Capellæ et visitator provinciæ.

Anno M CCCCLXXXI, XII die februarij obiit venerabilis pater noster domnus Arnoldus Kaerman, prior huius domus ac visitator principalis huius provinciæ Theutoniæ : principalis quidem decem annis et convisitator XI annis. Hic ergo domnus Arnoldus ante ingressum ordinis fuit magister artium promotus Lovanij in pedagogio Porcensi, et rexerat scholas in Geraldimonte. Post hæc aliquot annis sæcularis sacerdos et capellanus S. Georgij fuerat vir maturus et severus, castus bonæ famæ et magnæ reverentiæ in populo. Idem postea anno 1449 intravit ordinem nostrum receptus in domo hac vestitus Petri ad Vincula a domno Henrico priore huius domus qui etiam fuerat eius magister in pedagogio. Ingressus itaque ordinem magnum specimen religionis ostendit fervens spiritu devotus et zelosus. Postquam vero circiter VIJ annis in ordine steterat laudabiliter initiata est domus Bruxellæ ad quam primus vicarius missus est (*au-dessus de la ligne* : fuit) sed cum ibidem auctoritate reverendi patris domni Henrici prioris huius domus est prior institutus primus, dictus domnus Arnoldus canonica electione mediante factus est prior huius domus anno 1456 circa initium octobris, quod officium administravit strenue plusquam XXIIIJ annis id est

usque ad diem obitus sui. Vir valde fuit idoneus et industrius tam in spiritualibus, quam in temporalibus, vir inquam magnæ famæ et experientiæ religionis et reputationis tam in ordine nostro quam un sæculo. Sub cuius regimine domus ista multum erecta est tam in ædificijs quam in redditibus usque ad XXV lib. grossorum perpetuorum reddituum tandem confectus senio anno ætatis suæ circiter 68 postquam in ordine fuisse XXXIIJ annis cum bona fide spe et charitate et vivacitate sensuum usque ad ultimum diem sumptis ecclesiasticis sacramentis obit anno et die quo supra (emisse clamore magno expiravit). Hæc verba quidam fratrum nostrorum admiratus fuit nec tamen illi in hoc diffinitis finis fuit, quamvis non clamore valido tamen sonore eiulatu ipse quo... expiravit. Vide Dorlandum lib 7, cap. 32 et librum foundationis domus nostræ Bruxellensis. Ex quo pauca hæc accipe : domnus Arnoldus circa tempus matutinarum in præsentia duorum priorum Bruxellensis scilicet et Sylvæ S. Martini et vicarij sui in ægritudine sua instituti, scilicet domnus Jacobi de Bursalia Zelandi quique ei in prioratum successit viam universæ carnis ingressus est secutus amicum suum domnus Henricum : unde non modica illi domui et huic Bruxellensis tristitia mæror et quodammodo desolatio facta gemitus et lachrymæ (⇒Justæ lachrymæ) eo quod tam spectabiles duos patres omnium nostrum consolatores, educatores, protectores et adiutores amiserint, speramus tum quod meritis nos apud Deum plus nunc adiuvabunt, quam in vita potuerunt quibus ipse dignetur concedere vitam suam per ennem Amen

⇒ Beneficia patris domnus Arnoldi huic domui collata.

Nos vero per maxime esse memores eius in orationibus nostris et grati tenemur de innumerabilibus beneficijs huic domui impensis et procuratis, de quibus pauca referre potero ad instigationem maioris amoris et incentivi ad precandum pro eodem, et in aliorum exemplum tempore prioratus sui multa largitus est huic domui de bonis domus suæ in pecunia et pitantijs vino in averia fæno pisis piscibus, lignis pomis piris terasis blandis et diversis fructibus saminibus raparum sinapis et alijs panno vestibus et eiusmodi, sæpe magnam summam pecuniæ mutuavit nobis. Multa procuravit nobis a diversis prinio a curato Vianæ dominus Andræa Goswini cellam cum dotatione ad XVIIJ rhenenses secundo cellam ducissæ Margaretæ cum dotatione eius per Leonardam cubiculariam eiusdem ad XX rhenenses. Tertia cellam domini Jacobi de Mastayn cum dotatione ad XX rhenenses, Quarto cellam domus Antverpiæ, et pro construenda ecclesia LXX rhenenses et plura alia procuravit cuius memoria sit in benedictione.

⇒ Obitus reverendi patris domnus Antonij Dellieux, generalis ordinis nostri.

In die S. Valentini 14 februarij obiit quoque reverendus in Christo pater domnus Antonius Dellieux, prior Maioris Cartusiæ, fuerat ante, prior domus Avinionis vir magnæ scientiæ et famæ in cuius locum alius Antonius suffertus est cognomento de Sarno.

Visitatores huius provinciæ domnus Gerardus Spronck, prior domus Monachorum cum domnus Simonæ de Horreo, priore domus Gandensis.

⇒ Bulla Sixti quarti habetur inter privilegia ordinis fol. 44.

XVIIJ kalendas aprilis Sixtus quaetus concedit certas indulgentias ordini. Item confirmat privilegia indulta extensiones et confirmationes a prædecessoribus concessas, etc.

⇨ Patriæ status

Vere anno 1481 Maximilianus iterum atque iterum in Hollandiam profectus bellum Houckijs infert. Capiunter capita aliquot Houckiorum et securi percutiuntur. Nonis autem maij posteaquam res Hollandicas ex animi sententia confecisset Buscoduci numerum equitum aurei velleris supplet, filiumque Philippum trimulum equitem creatum aureo torque condecorat. Venerat et Maria uterum gerens Buscoducum ut cum marito inauguraretur, scænamque ligneam medio foro erectam ascenderat. Ea repente cæremonijs nondum finitis rumpitur. Maria cum omnibus qui in scena stabant præceps fertur nemine e casu se sauciente nec conquerente Maximilianus monet in Geldros et Neomagenses qui agros Hollandiæ et Brabantiaë continuis incursionibus vastabant quibus domitis Maximilianus cum uxore Neomagum proficiscitur ac in Geldriæ duces inaugurantur. Uxore Maria Bruxellam remissa Rurmondæ militem cogit ac Venneloum obsidet octava junij terræ aliquot per Capitulum S. Gudulæ a decimis eximuntur ut patet in libro foundationis domus nostræ.

Quidam decanus Thenensis, et quidam ordinis prædicatorum et tertius laicus sartor locum in Schuet petierunt qui non perseveraverunt.

Domnus Joannes Hac redijt ex domo S. Annæ Brugis in qua fuerat hospes.

⇨ Nicolai Ory capellani beginagij testamentum.

Circa Nativitatem Beatæ Virginis venerunt hic ex testamento magistri Nicolai Ory capellani beginarum Bruxellensium tres casulæ cum albis et quatuor mappis et corporali in bursa Et glossa ordinaria bibliæ in quatuor magnis voluminibus.

Hoc anno paces argenteæ perfecto sunt ; tertiam dedit dominus de Robays miles in Flandriæ. Et aliquot reparationes factæ in domo.

⇨ Caristia in terris istis.

Hoc anno fuit magna caristia fere in omnibus nutrementis hominum quæ duravit circiter duobus annis: ita quod modius blandi interdum venderetur libra grossos et amplius

Notatur ab historicis Astrolabij Nautici inventio hoc anno et in Hispania inquirendæ fidei tribunal institutum fuisse a Ferdinando.

Postridie calendas septembres nascitur Bruxellæ Maximiliano filius Franciscus, qui 23 decembris sequentes obiit.

Mahumetes II Turcarum rex IX et Orientis imperator I qui Constantinopolitanum et Trapezuntinum imperia christianis eripuit 3 may 1481 moritur ætatis 51.

⇨ Maria princeps nostra moritur.

Anno 1482 Maria desideratissima princeps nostra quum corporis ingenijque summo vigore et alacritate esset, annumque vicesimum quintum principatus quintum menses tres recenseret aucupio animum oculosque ut intendit non procul a Maximiliano marito venante asturcone cespitante eiusque ephippio male cincto delapsa atque arboris subiacentis trunco impacta contusis graviter artibus Burgus refertur. Evocantur e varijs locis peritissimi medici. Verum malo omne medicum respuente post tres tandem hebdomadas quinto nempe calendas aprilis in ipso vernantis ætatis

1482

flore, annos quinque supra viginti non amplius nata e vivis recessit, iusto infinitoque dolore post obitum apud omnes relicto. Sepulta est Brugis in Beatæ Virginis basilica pro altari principe.

Petrus Magnus presbyter Bruxellensis hoc eius funeri appendit chronographicum

GestIt eqVo Marla aLIpedes præVertoe CerVos

VI CadIt aC BeLgIs fInera sLenda parIt.

Philippus Austriacus eius nominis primus Maximiliani et Mariæ principum filius annos quatuor natus in maternas transit ditones. Ceterum Gandenses annuentibus Flandris Maximilianum Maria coniuge orbatum aspernantes Philippum comitem, ac Margaretam eius sororem, invito Maximiliano patre Gandavi detirent pro arbitrio enutriunt atque nomine ordinum Belgicæ tutelam usurpant de subditorum bonis itaque pro lbito disponentes.

12 calendas augusti Maximilianus convotatis Brabantis ab ijs liberorum suorum tutor constituitur.

⇒ Ariense opidum Gallis proditur.

Sexto calendas augusti Joannes Dolehainus Cohemi dominus Ariensis opidi præfectus ope aliquot nobilium avaritia infamium a Gallo rege corruptus eis opidum tradit. Promiserat rex Cohemo decem millia aureorum liliorum in singulos dum viveret annos ac præfæcturam ordinariam centum lanceariorum equitum, in communi vero ei ceterisque numerarat nobilibus millia triginta. Sed ne hæc publicaretur turpitudine rex iustum exercitum ad obsidendum opidum duce Crevecurio mittit, qui partem murorum ac munitionum tormentis **connellit** simulant Franci invasionem, Cohemus metum. Colloquuntur, fit invilis civibus deditio. (⇒ Inglorius proditoris obitus) Cohomus vero in Franciam demigrans rege promissis non stante summa cum infamia pauper et exsul vitam terminavit. Quippe principes proditionem amant, proditores detestantur. Et ratio est quam vel Solymus Turcarum truculentissimus imperator de quodam Baiazetis medico pronuntiavit veteri domino infidum, nono fidum non futurum. Vide apud Lipsium lib. 2, monitis et exemplis politicis, cap. 5 in **Sænitia** exemplis numero VIII.

⇒ Ludovicus Borbonius 82 episcopus Leodiensis interficitur.

In fine augusti Leodij circa domum nostram interfectus fuit episcopus Leodiensis Ludovicus de Bourbon. Unde postmodum magnum disturbium fuit in terra Leodiensi ab ipsis Leodiensibus et Brabantinis sic in libro foundationis nostræ: mensis enim augusti die tricesima quæ veneris erat Wilhelmus Arenbergius ab episcopo proscriptus adiunctis sibi Gallis et exulibus et alijs proscriptis et flagitiosissimis quibusque Leodium impugnaturus adveniebat ab ea parte qua carthusiani sunt quibus episcopus cum suis obviam procedens cum in augustias quasdam viarum incidisset unde effugium non patebat ex insidijs est a malevolis interfectus qui hoc officio gratiam captabant Arenbergij, episcopi occisi corpus etiam sepultura privare voluit (Heuterus dicit in Mosam proiectum sed a monachis extractum ⇒ Pontus Huterus scribit Arenbergium Marcanum primum præsuli vulnus in iugulum rutilise) tandem vero intra urbem delatum sepeliri sed sine omni solemnitate passus est pridie calendas septembris ante aram maiorem S. Lamberti. Urbe potita Arenbergius mirum in modum tyrannidem episcopi interferti exaggeravit cuius nomine tantæ calamitates per Brabantos Leodiensibus inflictæ sint. Maximilianus hac re intellecta adiutus tribus prætorijs Brabantia Lovaniensi Bruxellensi Antverpiensi e vestigio in armis fuit, Hasselletum expugnat, S. Trudonis

1482 1483

⇨ Brabantinorum iuditionem Leodiensem irruptio, et eiusdem per Arebergium deprædatio.

Opidum Tungros per deditionem accipit, promptissimo animo Lodiensem sperabat expeditionem ut exemplum aderet iustæ vindictæ de episcopo et patriam in tuto collocaret: Arenbergius sibi metuens evocato privatim ad colloquium Nassovio obtinuit ut quasi factis inducijs Brabanticus exercitus una cum auxiliaribus dimitteretur. Quo facto veluti sublato metu latrocinij incendijs direptionibus tota diœcesis Leodiensis sursum atque deorsum turbata fuit cum et Arebergius ipse suum negotium agens exemplum de se flagitiosis deret Mortuo Ludovico tres contendunt pro episcopatu, filius Arenbergij reprobatur, Horneus concordat cum Voyo pronotario et a summo pontifice confirmatur.

Hoc anno empta fuerunt in Schuet circa XXI rhenenses annuos. Item XV iornalia terræ arabilis in Juxem sub spe quod in futurum ibi possemus facere puteum lapidum ut habetur in registro haredum.

⇨ Domicella Anna de Vilers sepelitur.

In fine octobris sepelivimus supra sepulchrum magistri Zigeri de Hasselt domicellam Annam de Vileers uxorem magistri de Groote quæ postea translata et sepulta est cum magister Carolo eius marito ante cellam eiusdem magister Caroli pro tunc cancellarij Brabantiaë.

Circa idem tempus fecimus librariam nostram super capitulum.

⇨ Pax inter Maximilianum et Ludovicum regem.

Infra octavas Nativitatis denunciata est Bruxellæ pax facta intra regem Franciaë et terras istas inter quas ad XV fere annos fuit guerra et interdum **trenge**.

Item die Epiphaniæ lectus est tractatus dictæ pacis articulatim Bruxellæ continens XXIIIJ folia papiri. Et in gaudium misit nobis opidum XIIIJ geltas vini rhenensis.

Sic etiam Locrius: nono calendas januarij pax inter Maximilianum et Ludovicum iniquissimis conditionibus intercedit arrogantia contumariaque Flandrorum urgente, qui Philippo et Margareta principibus pueris quorum custodiam arripuerant, freti, eorum ditiones patre in Germaniam amandato, pro animorum libidine moderari ardebant. Hinc divo Eustathio Maximilianus conferebatur quod illi filiam seo et filium Lupus rapuissent; et recte si per Leonem Ludovicum regem ad quem ex pacis lege Margareta sequenti anno perducta est, per Lupum vero Gandavenses intelligas.

⇨ Arenbergij exercitus altribus.

Anno 1483 quarto idus januarias Arenbergius ex urbe ac municipio Leodiensi contractis copijs quam potuit amplissimus cum obsidione castrum Holloniaë liberare vellet, Brabanti qui illud obsidebant Arenbergij exercitum pene universum continuerunt Periene (ait Heuterus) e Leodiensibus tria virorum millia, capti multo plures tormenta omnia cum signis militaribus in potestatem redacta. Ex Austriacis circiter quinquaginta cecidere, liber foundationis domus nostræ addit pacem factam inter Brabantinos et Leodienses circa octavas Paschæ, et conditiones describit Heuterus sed in Historia Leodiensi non fit mentio nisi pacis facta cum Horneo sequenti anni.

1483

Per id tempus Maximilianus cum Philippo filio Gandavi erat. Veniunt legati regis Franciæ petentes in postremæ pacis leges quemadmodum rex fecerat, iuraret filiam Margaretam Delphino promissam in Franciam enutriendam mitteret. Iusiurandum Gandavi in templo dominus Beatæ Joannis finito sacro publice præstatur. Margareta poulo post Hesdinum a Gandensibus perducta traditur Creveceurio qui cum sponsa infante postridie calendas junij Parisios pervenit.

⇒ Princeps Maximilianus captivat quosdam.

Nonnulli e Brabantinorum nobilitate civitatibus suis **peifradere** conati se Flandris iungerent ne Maximiliano tutelam liberorum permetterent capti Vilvordæ capite sunt puniti, interque hos Nicolaus Heetveldius consul Antverpianus ac aliquot alij sed ponamus verba libri foundationis.

Anno 1483 feria tertia in rogationibus princeps Maximilianus fecit aliquos capi de Bruxella Lovanio, et Antverpia Mechlinia et horum aliquos fecit decapitari in castro Vilvordiæ et liquos bannivit. Unde fuit magnus timor guerrarum inter principem et dicta opida et Gandenses et timor ingens in populo, et nisi Deus preseverasset nos de sua gratia potuisset fuisse magna commotio seu seditio inter communitatem et domnos sed pro parte cessavit verum turbatio inter dictum principem et Gansdenses una cum alijs Flandrensibus non cessavit.

⇒ Obitus fundatoris domus Defensionis Beatæ Mariæ apud Xerecio in Hispanijs.

Hoc anno 12 martij ad meliorem vitam migravit nobilis et devotus vir Alvarus Obertos civis et rector Xericiensis fundator domus Defensionis Beatæ Mariæ prope præfatam civitatem vulgo Xeres de la Frontera ad columnas Herculis et sequenti anno domus incorporata fuit ordini.

⇒ Item Godefridi Lenich quondam abbatis ad S. Pantaleonem Coloniae ex ordine nostro assumpsi.

Hoc pariter anno naturæ concessisse traditur domnus Godefridus Lechnich primo professus Cartusiæ Coloniensis deinde in abbatem ad S. Panthaleonem ordinis S. Benedicti electus omnium suffragijs domnus Joanni Deducken itidem cartusiano non pari eventu successit. Resignavit namque triennio ante obitum officium hoc atque ad præposituram prope Lacense monasterium divertens illic diem suum obît. Vide Bibliothecam Cartusianam fol. 215.

Nonnulli patres de Capitulo Generali ad Hispaniam Cathaloniam atque Italiam ad visitandum domos nostri ordinis missi qui per totum ordinem orationibus fratrum se commendari desiderarunt.

⇒ Joannes de Roye sepelitur.

Quarta julij fuit in Schuet sepultus Joannes de Roye pater fratris nostri Henrici monachi qui a multis annis bene fecit domui huic in multis et reliquit post obitum suum et uxoris eius adhuc viventis unum hortum stantem iuxta ecclesiam de Molenbeca prout patet in registro.

⇒ Æstus magnus et pestilentialis

Iste annus fuit quo ad æstatem valde calidus, et in multis locis pestilentialis valde inio in messe plures ex æstu obierunt in his partibus nam unus operariorum nostrorum scilicet Walterus Hanneman bonus et legalis operarius XVII julij tactus fuit tanto æstu quod post prandium

1483

circa horam quintam desecando triticum nostrum in Valle iuxta Stuvemberch subito cecidit et loquelam et cognitionem amisit, et ibi iuxta dumum infra horam postquam desijt operari spiritum emisit.

⇨ Duo vicarij et duo procuratores uno anno mortui sunt in domo Ultraiectina.

Item XVI die mensis junij domnus Laurentius de Leydis, professus et vicarius domus Ultraiectinæ mortuus inventus fuit.

Eodem anno scribiturin monumentis eiusdem domus obijisse prima die decembris domnus Henricus de Hoorn, professus et vicarius.

Item domnus Joannes Start de Clivis professus et procurator dictæ domus obiit in crastino S. Martini et domnus Nicolaus Theodorici de Amsterdam, itidem professus et procurator, obiit in nocte S. Andreae, sed non traditur quo morbo mihi facile persuadeo fuisse contagiosum, quia hac ætate obsessa fuit civitas Ultraiectina a Maximiliano (⇨ civitas Ultraiectina obsessa a Maximiliano) eo quod teneret partes Houckiorum et Antistitem Davidem Burgundum oppressum captum in urbe Amersvoortium suæ factionis opidum tertio ab urbe miliari distans relegaverant Houckij iustaque copia sepserant, morbi autem fere semper castra sequuntur, dedita autem fuit civitas Maximiliano pridie calendas septembres.

In hac obsidione occubuit Judocus Lalanus Montignij regulus pridie nonas augusti.

⇨ Godefridus Gerardo novitius donatus pro defensione domus Ultraiectinæ occubuit.

Sed et nostros memoremus Godefridus Gerardi receptus in donatum sed nondum professus ipso die Beati Bernardi abbatis ex vulnere quod suscepit pro defensione domus nostræ Ultraiectinæ hoc tempore obsidionis civitatis obiit.

⇨ Eduardus rex Angliæ moritur.

Hoc anno circa festum Paschæ obiit Eduardus rex Angliæ frater Margaretæ ducissæ Burgundiæ qui ante mortem fecerat filium suum ungi in regem sed non diu quit quia **fratruus/patruus** prævalint.

⇨ Alias pridie sabbati die.

Secundo calendas septembres obiit Ludovicus Undecimus vesperi circa horam octavam, sepultusque est ad fanum Mariæ Clarij quam unice semper coluerat ac ubi condi voluerat.

⇨ Ludovicus XI Galliaë rex moritur quo nemo mortalium unquam maiori tremore exhorruit mortem.

De eius obitu sic Lipsius in monitis et exemplis politicis: Ludovicus XI Galliaë rex ætate et valetudine iam inclinante, medicis Blanditur et auri montes promittit aut donat: deinde et sanctos viros (in ijs S. Franciscum de Paula) evocat, et e filius educit, quibus vitam suam non emendandam sed propagandam commendat, tanto interea metu ubi in arce munita et fenestris ipsis atque omni aditu clathris ferreis obduito sese includeret : id est quid nisi in spontaneum carcerem daret ! o infer ! hoc assidue times quod semel faciendum est hoc times, quod in manu tua est ne timeas. Regnavit 22 annos tyranno haud valde absimilis. Sub ipso capite plexi dominus de Nantovillat 1468 comes S. Pauli 1475 comes Darmignac 1472 dux Nemoursensis 1477.

⇨ Succedit Carolus 8.

Successit Carolus 8 annos natus 13 et menses duos non tamen statim coronatus fuit sed expectatum est usque ad junium anni sequentis quod 14 annum explevit. De quo Carolo idem Lipsius scribit: Ludovicus XI rex filium Carolum omnium bonarum artium rudem voluit ne esset, ut aiebat, in consilijs capiendis refractor et tenacior sui sensus. Et Mehercule hoc est assecutus,

nam illum iam regem duo tresue homunculi et IJ ex vilissimis huc illuc pro suo arbitrio
circumegerunt Hoc tantum volebat scire ex lingua latina: qui nescit dissimulare nescit regnare.

1484

⇒ Totum cæmeterium et ambitus consecratur.

In profesto Sancti Jacobi episcopus Dagnensis suffraganeus Cameracensis dominus Godefridus ordinis Carmelitarum consecravit et dedicavit cæmeterium totum magnum ambitum et hortum in medio ipsius gratis.

Die Sanctæ Bartholomæi tempore visitationis visitatores absolverunt sacristam domnus Arnoldum Calck etiam conclusa visitatione post spatiam ex causa et ordinaverunt domnus Mathiam sacristam qui postea fuit prior.

Fons deducitur ad cellas aliquot religiosorum liberalitate quorundam bonorum virorum.

⇒ Clericus redditus recipitur qui non perseveravit.

Magister Franciscus Waelem de Bruxellæ ad statum clerici redditi et postea donati de licentia domnus Gerardi de Haerlem prioris Monachorum et principalis visitatoris quoi sequenti anno a nobis recessit et dedit pro expensis suis XXX rhenenses et pro thuribulo XV rhenenses.

Hoc anno 23 martij obiit frater Joannes Moens, conversus laicus, qui minus discretus notatur fuisse in potando post sudores et calefactiores.

⇒ Martinus Lutherus nascitur.

Hoc item anno Martinus Lutherus fax et turbo reipb. Christianæ in Saxonia nascitur, et quamvis Deus misericordie providentia sua plurimos illi antagonistas præstanti pietate et eruditione suscitavit, qui illi statim in initio restituerunt et etiamnum hodie resistunt occulto tamen sed iusto semper iudicio peccatis nostris promoventibus integra regna et nobilissimas provincias ijsdem suis hæresibus et pravis dogmatibus dementavit et adhuc dementat.

R. D. Joannes Cordius ex abbate S. Sulpitii 87 archiepiscopus Bituricensis egrius prædicator, et in omnes suæ diocesis ecclesias munificus summo amore prosequatur religiosos præsertim Cartusiæ Maioris quos fratres et amicos in Christo carissimos vocabat, quibus et 7 lib. Turonen. annui redditus concessit 10 februarij anno 1476, obiit 1483, 25 junij.

Anno 1484 undecimo calendas februarij obscura nocte occupant viginti peditis Austriaci Amersvortium quod congelatis fossis custodias negligenter custodiissem

Maximilianus eodem tempore in Hannonia filij Philippi tutor admittitur.

Inde Cameracum calendis februarij veniens divertebatur in abbatia B. Autbeti, et ibi a Philippo Clivio Lancelotus Barlaimontius occiditur. ob legatos Gandensium captos et quod duxisset in uxorem Guilielmi Marcani communis hostie in uxorem.

⇒ Lepido stratagemate Teneramunda a Maximiliano intercipitur ante Adventum.

Maximilianus considerans Gandenses ad bellum se parare insidiatur opidis circa Gandavum situs. Instruit Mechliniæ plaustra tria, imponis iuvenes acerrimos, quorum pars instar sacrarum Virginum vestita facies fuco obductas habebat. Abbas in medio sedens caniculum sinu fonebat. Qui in altero currum sedebant Monachorum vestibus erant induti. Qui in tertio mercatorum in morem vestiti sub vestibus omnes armati bienes gladios ad latera ferebant. Cum in porta Teneramondana currus starent sustodosque pauci abbatim alloquerentur cæteri subito desilientes pulsus custodibus portam occupant ac equos soluunt. Adest statim Maximilianus cum octingentis equitibus pugnatur in oppidi ingressu, aliquid strenue, Cadit a parte Maximiliani solus Jacobus Hernanus comitis filius, a civium parte plures, qui tandem in fugam coniecti Maximiliano opidum reliquere.

1484

Deinde astuta prudentia, quæ in civilibus bellis plusquam aperta vis potest Audenarda potitur.

⇨ Domnus Gerardus Spronck de Haerlem, prior domus Monachorum et visitator provinciæ moritur. (vide infra marginem).

Kalendis aprilis obiit in domo Ultraiectina domnus Gerardus Spronck, prior domus Monachorum et visitator provinciæ (vide infra scriptus marginem)

Hoc anno 1484 obiit papa Sixtus 4 pridie idus augusti. Hic concessit et legentes 7 psalmos in ratorijs cellarum lucremur Indulgentias stationis urbis Romæ, et exemit nos propterea a visitatione ecclesiæ. Vide privilegia ordinis. Succesit Innocentius 8.

⇨ Domus S. Viti apud Ratisbonam accedit ordini.

Domus S. Viti apud Ratisbonam Baviaræ opidum de qua Wiguleius Hundius in sua metropoli Salsburgensi contestatur fuisse aliquando Benedictinorum patrum domicilium. Quod Gebhardus huius nostris 1 Ratisbonensium antistes XIV in fundo qui dicitur Pruel a monasterio S Ernmerani per legitimam permutationem recepto anno nongentesimo nonagesimo septimo ædificavit. Quod tamen anno Domini M CCCCLXXXIV Albertus Boiaræ dux cognomento sapiens eiectis ob vitæ dissolutionem benedictinis cartusianæ familiæ patribus perpetuis temporibus incolendum assignavit.

⇨ Obitus domina Aleydis Pieckes summæ benefactricis domus Sanctæ Sophiæ.

3 novembris ad meliorem vitam migravit domina Aleydis Pieckes fundatrix domus Sanctæ Sophiæ prope Buscumducis de qua ante diximus.

⇨ Item Henrici Prudentis prioris eiusdem domus.

Et 8 eiusdem mensis venerabilis devotissimus pater Henricus Vroede 3 eiusdem domus prior, professus domus Brugensis et quondam eiusdem prior. Scripsit Tetralogum devotioni.

⇨ Sepeliuntur in Schuet magister Zigerus van Hassel presbyter

Eodem anno in Schuet circa medium julij (VIJ idus obiit) fuit sepultus magister Zigerus van Hasselt presbyter sub lapide suo et matris eius (quæ defuncta est anno 1489) domui bene providit, et fuit magnus fautor eius a principio. dedit. 7 rhenenses in memoriam anniversarij sui et matris Mariæ Vander Maset.

⇨ et Joannes Middelborch burgimagister Bruxellensis.

Item circa 26 augusti fuit sepultus in Schuet Joannes Middelborch tunc burgimagister Bruxellensis magnus fautor et benefactor domus cuius uxor habebat hic filium fratris sui monachum fratrum Mathiam qui fuit postea prior, dedit quinque iornalia terræ arabilis apud Wolverthem et X alias 5 rhenenses super opidum Bruxellensis et LX petros pro salatio fratrum, etc.

Alostenses Gandensium factioni faventes Brabantia fines populabantur quod et liber foundationis nostræ testatur.

⇨ Flandri irrumpunt eosque ad portas Bruxellensis Cartusiani parcent.

Anno 1485 die Purificationis ub missis privatis irruerunt quidam armigeri ex Flandria præcipue de Alosto et venerunt usque ad portas opidi, et fecerunt rapinas varias quorum et bestiarum et captivaverunt plures de vicinia nostra, tertia die proxime sequenti steterunt ad horam circa capellam nostram centum equites in campo seminato et fecerunt prædas istud nobis non intulerunt damnum, et circa festum S. Gregorij parum comedentes et bibentes promiserunt procuratori nobis nunquam male facturis.

V. P. domnus Gerardus Spronck, alias Herlam, prior domus Monachorum et visitator provinciæ fuit ante ingressum ordinis baccalaureus formatus in Theologia et regens in Falcone, et antequam

tribus annis plene stetit in ordine factus est prior. Vir magnæ scientiæ famæ ac religionis.
Fuerat etiam rector universitatis Lovaniensis.

⇒ Argenteus Carolus expoliatur.

Propter has excursiones Flandrorum circa principium Quadragesimæ domnus prior, procurator, coquinarius et Hermanus in capella expoliaverunt argenteum Carolum (qui prior et procurator non multo post fuerunt spoliati forte iusto Dei iudicio ut mox dicemus) et miserunt argentum et alia encenia et bona domus Bruxellam in domum Elzelaere et in hospitium nostrum, ac de consilio dicti Joannis Elzelaere et Francisci Stoc fecimus imaginem ligneam ducis Caroli super quam argentum erat fixum depingi meliori foro quo potuimus per famulum dicti Francisci in cuius depinctione de scitu et voluntate nostra appositum est pro parte argentum pictorum pro parte folie ne dicatur quod pictor false depinxerit, pictor habuit XV rhenenses. Iste Carolus argenteus factus fuit anno M CCCCLXXVIJ circa festum Beatæ Mariæ Magdalenæ quem dux Burgundiæ fieri fecit, pondere fuit LXXXIIII mercarum argenti prout se invenisse testatur domnus Franciscus Cavenere in quodam libello domnus Joannes de Bruyne olim procuratoris huius domus.

⇒ Cancellarius Brabantiae et patres cartusiani falsa visione et imprudentia deceptiuntur.

Circa festum Annuntiationis Hermanus Anderlecht custos capellæ Nostræ Dominæ de Gratia dixit quod visum sibi fuit et quomodo Beatæ Virgo dixit in corde quod pax cum Flandrensibus non fieret nisi cartusienses etiam se interponerent et sic retulit cancellario Brabantiae qui die Palmarum vocavit ad se priorem huius domus et suasit ei ut se offerret ad servitium principis ad loquendum Flandrensibus cum prioribus Antverpiensi et Diestensi et rogandum eos ut se vellent inclinare ad pacem ad quam princeps Maximilianus se semper dixit inclinatum. Sic accepta informatione a cancellario Brabantiae dominus Carolo de Groote, qui fratrem habuit in hac domo circa medium aprilis prior huius domus demandavit ceteris prioribus ut simul convenirent prior Capellæ et prior Diestensis comparuerunt Antverpiensis ab erat domo, sicque 20 aprilis prædicti duo priores prior et procurator huius domus perrexerunt Gandavum simul in currum.

⇒ Priores cartusiani capti a Flandrensibus ruteris, quod pergerent Gandavum ad loquendum pro pace absque salvo conductus.

Et eodem sero quando (inquiunt) venissemus ad ...viane iuxta Gandavum invaserunt nos ruteri Flandrenses et præcipue villani circa et abduxerunt de via communi ad unam domum ruralem et ibi cæperunt nobis pecunias nostras litteras et informationem propter quam tota nocte diffamaverunt nos ad portas opidi et de mane in opido dicentes nos esse predictores. Sic de mane circa horam octavam induxerunt nos in oppidum cum uno servitore legis ipsis Ruteris circum circa nos gradientibus et multis millibus hominum respectantibus et quibusdam deridentibus nos verbis et factis usque ad domum civium ante legem qui omnes nostras litteras habuerunt apud se ex quibus in genere pauci notabantur qui pacem impediabant pro commodo proprio et lucro et dominatione sua servanda. Et sic Wilhelmus Rijm et quidam alij dixerunt nos esse nos magni criminis sic miserunt nos in unam cameram in domo civium ubi fuimus stricte custoditi ad septem hebomadas postea admonitione et prece domnus prioris Gandensis fuimus dimissi ad

domum eiusdem.

⇐ Seditio populi Gandensis.

Eodem die dimissionis nostræ de domo civica facta est coniuratio et seditio populi contra illos de lege, de quibus aliqui capti fuerunt et tantum duo scilicet Wilhemeus Rijm et Daniel Onrene primus tunc scabilus decapitati fuerunt infra quindenam qua marsimus in domo nostra apud dictum opidum. Alij plures capti iterum fuerunt dimissi et nova lex creata et decani qui cum alijs voluerunt pacem quam per litteram obtulit capitneus de Teneramunda scilicet dominus de Saustray et sic tendam post medium junij fuimus plene per novam legem laxati ad redeundum ad domos proprias sed habuimus solvere expensas factas, et ceperunt currum et duos bonos equos et mulam et aurigam mercenarium nostrum posuerunt in carcerem pro cuius liberatione et expensis suis et nostris vita cum valore equorum et aliorum quæ amisimus habuimus bene damnum L libras grossorum Flandriæ scilicet III^C rhenenses cuius damni recuperationem facta pace posecuti sunt apud scabinos Gandenses qui contra nostros tulerunt sententiam sed dictum est a prudentibus ut peterent restitutionem a principe Maximiliano cuius gratia et intuitu et ex admonitione cancellarij (⇐ domnum quod nostri incurrerunt) damna incurreram quod et fecerunt per medium domicelli Joannis fax custodis vestium eius.

Pro horum declaratione adjicramus quæ habentur apud Heuterum et videamus quanto periculo nostri patres liberati fuerunt si non contraria pars prævaluisset.

Iam Flandros belli civilis tædere incipiebat, maiorque pars Gandensium ac Brugensium pacem petebat pecuniæ inopiam allegantes, quibus Guilihelmus Rimius (de quo supra) homo seditiosissimus consulebat ducis Philippi pretiosiore supellectilem, quæ Gandavi asservabatur, venderent. Ægerrime id ferebat Martinus (alij Matthiam vocant) Paiartus summus opisicum præfectus (decanum vocant) instigatque secreto populum pacem petere non desistat fit ita. Sed cum res differretur exarcerbatur plebs contra belli concitatores ac conventus Teneramundi perturbatores. Iam antea enim in hoc opido tredecim aurei velleris equites congregati æquissimas paces leges Gandensibus obtulerant, easque plebs admisisset nisi qui cum imperio in urbe tunc erant impeditissent Guilielmo Rimio et Danieli Onredeno capita publice absciuduntur cæteri plebis interventu liberantur.

⇐ Flandri cum Maximiliano pacisiscuntur.

Septimo calendas jullij Maximilianus Brugas cum nobili decentique comitatu intrat, et Flandri pacem ab eodem impetrant. Exinde Gandenses se parant ut Maximilianum honorifice excipiant exeunt ei obviam cum Philippo Austriaco Adolphus Ravastinus Anthonius Burgundus cum multis alijs nobilibus qui in urbe cum Philippo fuerant detenti. Philippus viso patre ex equo desilit, caput nudat, flexoque poplite salutatur. Pater filium amplexatur ac exosculatur tanto utriusque animi cum affectu in amplexum ruentes ut aliquamdiu non divellerentur, nec verba proferrent, maiorique astantium parti lacrymas excuterent.

Hoc anno 1485, 4 octobris vel novembris obiit Nannetis B. S. Francisca Ambosia ordinis Cam. vidua Petri secundi ducis Britaniæ, cum quo vixit caste, et fundavit missam hebdomadatam fer. 4 perpetuis temporibus dicendam in honorem S. Ursulæ et 11 millium virg. in cartusia Nannetensi, in quarum honorem eo die distribuebat undecim puellis album panem, ad cuius obitum etiam adfuerunt sanctæ Virgines, quas et gratulabundis vocibus excipiebat Bene veniant dominæ, etc.

1485

dein nonis julij omnes urbem porta Brugensi intrant sequentibus Germanorum peditum quinque millibus. Tum Maximilianus proprio gladio tactis scapulis in equitum cooptat numerum Martinum Paiartum quod eum semper pacis authorem fuisse sciret, ab dictos Germanos sequitur periculosus et luctuosus tumultus civium Gandensium sed in his **horiere/hoviere** me piget.

Maximilianus filium Philippum Gandavo eductum Mechliniam sub custodia Adolphi Ravastaini mittit.

⇒ Wilhelmi Arenbergij captivitas et exitus qui Ludovicum Borbonium episcopum Leodiensis occidit.

Guilielmus Marcanus Arenbergius Lumaignæ dominus die quodam Sancti Trudonis opidum egressus laxandi animi causa capitur a Frederico qui Joanni Hornio Antistiti frater erat. Heuterus scribit hoc fecisse ex mandato principis Maximiliani, quod coniurasset cum duce Lotharingæ contra eum.

Inde Traiectum ad Mosam perductus gladio subijcitur universa id vidente civitate 12 calendas julij luitque meritas suæ pœnas in samia.

⇒ Novam bellum.

Hanc eius mortem postea ut vindicarent amici novum Antistitem et Traiectinos vehementer afflixerunt eversis eorum castellis agro late vastato, incensis pagis, trucidatis colonis.

Iam nostra postlimio repetamus 3 januarij sepelimus in Schuet relictam Joannis de Roye Bruxellensis matrem domnus Joannes de Roye post cuius obitum venit domui domistadium in Molenbeca iuxta ecclesiam.

Pro consolatione personarum ordinis et expeditione monachatum nec non pro maiori devotione concipienda concessum est a Capitulo Generali quod volentes valeant missas ipsorum monachatum celebrare ad nutum dum tum prima missa sit de requiem, et in reliquis missis de vivis oratio propria dicatur penultimo loco cum intentione illius pro quo monachus celebratur.

⇒ Inchoatio domus Campensis.

Donationes et præsentationes ad novem plantationem in Monte Solis prope Campos inchoatam gratas habemus et iam acta approbamus. Concedentes de speciali gratia omnibus specialibus promotoribus fautoribus et amicis participationem omnium bonorum quæ fiunt in ordine nostro et de cetero fient in vita ipsorum pariter et post mortem cum missis et orationibus consuetis post obitum ipsorum per totum ordinem nostrum celebrandis, et præficimus ibidem in rectorem domnus Waerboldum (Leydensem) monachum professum domus Traiecti (qui etiam fuit prior, procurator et vicarius domus suæ professionis). Ceteram dispositionem et provisionem necessariam ac utilem committentes visitoribus. Uxor Gereonis fundavit tres cellas et dotavit. Otho van Heyden civis Daventriensis unam cellam dotavit, domina Machtildis unam. Lambertus van Hove, Everardus van Arcko benefactores. Fuit hæc domus incorporata ordini anno 1494.

1486

⇨ Margareta Zuweels benefactrix huius domus moritur.

XIIJ septembris obiit magna benefactrix nostra domicella Margareta Zuweels, uxor Joannis Elzelaers quæ nobis procuravit per virum suum Joannem Elzelaers eleemosynam stanni et plumbi pro deducendo fonte III^C rhenenses circiter, et confersit cum dictæ Joanne in donationem bonorum pauperum de quibus domus habet quintam partem, etc. Sepulta fuit in Schuet profesto Exaltationis Sanctæ Crucis et exequiæ celebratæ in octavis Nativitatis Beatæ Virginis Mariæ quia de peste obiit.

Henricus VII Richemundiæ comes regnum Angliæ Caroli VII Francorum regis auxilio obtinet et regnat annis tribus ac viginti.

⇨ Maximilianus Romanorum rex coronatur.

Anno 1486 Maximilianus princeps Romanorum rex 16 februarij designatus Aquisgravi decima aprilis anno ætatis 28 coronatur nempe admota capiti corona qua olim B. Carolus Magnus fuit redimitus.

⇨ Carolus de Groote cancellarius Brabantiaë obiit.

8 februarij fuit hic sepultus egregius domini cancellarius Brabantiaë magister Carolus de Groote, qui habuit fratrem in hac domo monachum. Ipse ordinavit fieri hic unam cellam quæ prima omnium fuit cooperta scilicet cum sumptuosissima Galilea de albis lapidibus incipiens primo formam ambitus propter quæ dedit quingentos rhenenses et semel quitavit LX rhenenses quos priori concesserat, et quoties domum visitavit et VI rhenenses communes dedit et plura alia beneficia domui contulit. (⇨ Nota).

Hoc anno cella domini de Masteyn ædificata fuit pro cuius dotatione et ædificatione dedit LXXX libras Flandrorum.

⇨ Laurentius der Kinderen.

6 februarij receptus fuit in donatum frater Laurentius der Kinderen qui pridem fuit in coquina sed seductus volens nubere exivit contra voluntatem domni prioris et matris suæ, qui postmodum magnam paupertatem perpessus et ad se reversus bene per domnum priorem probatus diversis modis fuit receptus.

⇨ Gallorum excursiones in Belgas.

Creveceurius (continente Francorum rege piraticam in Belgas exercet, atque Hannoniæ agros depopulatur. Hinc pax inter archiducem et regem contracta disrumpitur.

Terriana Lensium aliaque loca a Belgis intercepta. Vide historicos.

Maximilianus Aquisgravo recedens aurea indutus imperiali veste Ruremundam armatus introijt, dum Buscoducum appropiorquat venit obviam ei sacer profanusque ordo cum universo populo.

⇨ Fredericus imperator venit Bruxellam.

Pridie idus junij (*au-dessus de la ligne* : jullij) Romanorum rex qui cum summo honore et sumptu Antverpiæ Mechliniæ ac Bruxellæ fuerat exceptus certior factus patrem cæsarem honestissimo comitatu se invisentem haud procul Bruxella abesse cum filio Philippo Lovanium pervolat, patremque excipit, qui incredibili desiderio vivendi

⇒ Tumultus Bruxellæ.

Nepotis tenebatur: quem cum senex esset amplexus ac cum lachrymis exosculatus, beneque non semel præcatus simul Bruxellam contententes vigesima secunda julij qui Beatæ Magdalenæ est consecratus, intrant ubi post paucos dies levi/leni de causa tumultus inter cives ac Germanos milites oritur. Cives statim a magistratu pacantur : Germani instructa acie ad curiam, ubi principes genio indulgentes mensæ assistebant, tendunt reperientesque in curribus onerarijs dolia aliquot vino Rhenensi plena eo die a magistratu dono data positis armis iram omnem in ea convertunt, prædam faciunt neque discedunt antequam ea exhausissent de hoc tumultu sic habet liber foundationis : Circa Maximiliani Bruxellam et fuit feria secunda sequenti in nocte magna turbatio in opido a Teutonicis ruteris qui turbabant cives, et periculum pugnae et prædationis civitatis. Sed Deus misericorditer præservavit quod quidam Teutonici fuerunt interfecti et submersi, et paucissimi de opido.

Cæsar Fredericus posteaquam per tres menses in Brabantia, Hannonia ac Flandria ordinum sumptu lætos egisset dies in Grmaniam est reversus comitante eum Romanorum regis nomine Mingovallij domino, ipse cum exercitu contra Gallos pugnabat.

⇒ Domnus Gaspar Vander Stock prior Capellæ convisitator.

Domnus Henricus Duvenlandia prior domus Antverpiæ convisitator volens proficisci ad cartusiam, mansit in hac domo ægrotus, pro quo ivit domnus Gaspar vander Stock, prior Capellæ et rediit convisitator Provinciæ.

⇒ Collecta propria in festo Sanctæ Catharinæ.

Ordinamus (inquunt diffinitores Capituli) quod in festo Beatæ Catharinæ Virginis et martyris dicatur oratio propria eiusdem festi videlicet : Deus qui dedisti legem Moysi, etc.

Item quod quilibet celebrans dicat unam missam de defunctis cum orationibus Deus cui proprium, inclina, fidelium per religiosos (nescio Montis Dei) promissam.

⇒ Reverendissimus dominus Joannes cardinalis de Arragonia protector et promotor ordinis.

Reverendissimus dominus Joannes tituli Sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis de Arragonia vulgariter nuncupatus protector et magnus promotor ordinis nostri denuntiatur obiisse, quique est causa quod ordo habet illas indulgentias magnas per S.D.N. Sixtum papam 4 concessas fuit filius Ferdinandi Neapolitanorum regis **veneno** a principe solennitana sublatus.

⇒ Obitus fundatoris domus Transfigurationis.

Item 18 junij obiit honorabilis dominus Joannes Fredel civis Zwickawensis fundator domus Transfigurationis Jesu Christi, qui sequenti anno habuit plenum monachatum.

⇒ Maria vander Borch sepelitur apud nos.

In festo omnium Sanctorum fuit sepulta in Schuet domicella Maria Vander Borch ante sumum altare quæ fundavit et dotavit unam cellam quæ obiit Lovanij in Beghinagio

Anno 1487, 11 januarij Ludovicus Pottier quondam cartusiæ Gandensis prior laudabilis post multos labores et patientiæ coronas animam Deo reddidit.

Domnus Ludovicus Pottier professus cartusiæ Gandensis longo tempore vixit in ordine valde pacificus et omnibus dilectus fuit; extitit ibidem vicarius. Anno 1475 fuit dictæ domui ordinatus prior per Capitulum Generale in quo officio benigne laudabiliter se habuit. Plures fratres ad ordinem suscepit. Nonnulli experti sunt cum spiritum propheticum habuisse et futura prædixisse. Ad magnas instantias suas et propter infirmitates corporis quas frequenter et patienter sustinuit, facta sibi fuit misericordia anno 1480. Denique fuit institutus vicarius anno 1482, in quo officio

optime et laudabiliter se habuit. Omnibus fratribus solatio et refugium fuit et semper ut piissimam matrem omnium fratrum inter ipsos et priorem fuit sicut decet bonum vicarium, exhibuit.

1487

⇨ Arenbergij Leodium frustra obsident sed cartusiam vastant.

Anno 1487 idibus januarij Arenbergij Leodium improvisa obsidiona cingunt occupatoque ad stationem suam carthusianorum monasterio de nocte assultum faciunt. Ceterum amicis Atistiti præsidio venientibus non diu illuc durare potuerunt. Hæc ex historia Leodiensi sed videamus monumenta dictæ domus.

Anno 1487 in profesto Epiphaniæ dominus Everardus de Marka (hunc Arenbergij statuerant ducem vindicandæ mortis dominus Gulielmi fratris sui) collecta multitudine fortium volens capere civitatem Leodiensem locavit se apud carthusianos, ubi per quindenam permansit oppugnando civitatem sed non expugnavit. Prima nocte qua venerunt ecclesia nostra casuali incendio tota comburebatur cum multis libris et clinodijis sed et tabula summi altaris cum reliquijs sanctorum in cinerem redacta est. Et omnia victualia nostra ab ipsis ruteris consumpta. Post eorum recessum venerunt Leodienses (⇨ Leodienses ipsi conantur cartusiam nostram demoliri, sed visitatores provinciæ apud episcopum intercedunt) et ea quæ alij dimiserunt rapuerunt. Nec hoc suffecit, nam locum delere decreverunt, exteriores muros solotenus everterunt, deinde mures retro cellas et octo cellas destruxerunt volentes omnia alia ædificia evertere sed dominus non permisit. Nam domini voluntate et precibus visitorum (domnus Simonis de Horreo prioris Gandavensis et domnus Gasparis vander Stock prioris Capellæ) quos demandavimus in tanta necessitate flexus dominus Leodiensis (Joannes Horneus) præcipit subversoribus ut cessarent. Tunc visitatores medietatem conventus per provinciam diviserunt priore domnus Stephano et procuratore prius absolutis et constituto in rectorem propter festinantiam domnus Jacbus de Loes vicario huius domus qui confirmatus fuit in priorem sequenti Capitulo cum hac admonitione: Et monemus priorem Leodij ut sollicitus sit pro restauratione et reclusionem eiusdem domus tam lamentabiliter destructæ. In quam rem civitas dedit semel 600 flor. monetæ currentis et dominus Everardus a Marka moriens anno 1496. 600 rhenenses annue.

⇨ Ecclesiæ ædificatis in Schuet procedit.

XII aprilis in die cœnæ domini inchoatio facta est ad prosequendam ædificationem ecclesiæ conventualis in Schuet iam ab annis XVIIJ inchoatam quam ad altitudinem septem vel octo pedum ex terra elevavit suis sumptibus domicellus Joannes fax Teuthonicus custos vestium regis Romanorum.

⇨ Domnus Marcellius Voet secundus prior huius domus moritur.

Hoc anno XXIX mensis julij obiit venerabilis pater domnus Marcellius Voet ætatis suæ anno LIIJ prioratus autem sui anno XIIJ, qui ante prioratum suum quatuor annis fuit vicarius et corerctor huius domus, fuit vir litteratus et prudens, qui quam sancte quam pie quamque laudabiliter conversatus fuit vix est effari. In frequentando chorum et ecclesiam valde sollicitus fuit. Nam licet multo tempore ante mortem infirmus et impotens fuerit, tamen die noctuque pœne ultra vires studuit interesse divinis et tempore sanitatis adeo ferventer laboravit

1488

quod duas vel tres voces valuit. Fuit etiam multum diligens in corrigendis libris ecclesiasticis multum etiam studuit pro pace conventus et multa sæpe in verbis et factis pro pace aliorum patienter pertulit. Insuper domum in ædificijs et reditibus plurimum ampliavit. Nam 7 cellas tempore suo ædificavit et octavam scilicet episcopi Cameracensis inchoavit. Item novam coquinam ædificavit, hoc ultimo vitæ suæ anno cæpit ecclesiam inceptam continente sed non longe post inceptionem obiit post multos labores multasque patientiæ coronas. Cuius anima cum prædestinatis in pace quiescat.

⇒ Mathias Tsergoosens eligitur.

Altera die post Laurentij electionem canonicè celebravimus qua cum difficultate sortiente effectum imo trina vice repetita finaliter una voce super crescente electus in priorem domnus Matthias pro tunc sacrista huius domus annorum circiter XXXVI et frater Henricus de Roye instituitur sacrista.

⇒ Henricus Arnoldi prior Basiliensis scriptor celebris fato quoque defungitur.

Henricus Arnoldi natione Saxo professione monachus ordinis cartusiensis domus Basiliensis, vir religione devotus, ingenio clarus, affectu sincerus moribus gravis, eloquio dulcis, conversationis affabilis, pius, humilis mansuetus, exemplo fulgidus, in sacris litteris plurimum exercitatus, et pontificij iuris non ignarus. Qui cum officio notarialus in sacro Basiliensi concilio multis annis fungeretur, fidelis iustus ac prudens cunctorum testimonio probatus est. Tandem cernens omnia esse vanitatem, universa pro Christi amore contempsit, clausuram præfatæ domus carthusiensis eligens inaccessus est. Ubi in priorem electus multis annis subditos sibi monachos in magna pace et tranquillitate gubernavit. Scripsit multa opuscula unde devota atque salubria de quibus consule Bibliotheca Cartusianam. Moritur sub Frederico 3 hoc anno 1487.

⇐ Officium Corporis Christi est prioris.

Videamus ordinationes Capituli nostri Generalis huius anni magis notabiles. Ordinamus quod amodo totum officium Corporis Christi propter reverentiam tantæ solemnitatis tam in matutinis quam totius diei spectet ad priorem celebrandum.

⇐ Innocentius papa 8 confirmat indulgentias ordinationis, etc.

Intimamus insuper omnibus personis ordinis quod S.D.N. Innocentius papa 8 modernus pro serenitate conscientiæ personarum ordinis (constitutionem Pauli secundi papæ super alienatione rerum ecclesiasticarum) relaxavit paululum et reduxit ad statuta et ordinationes ordinis. Et indulgentias etiam concessas a suis prædecessoribus confirmavit hac conditione quod non vult nec sanctitatis suæ mentis est per huiusmodi indiulgentias ac nonas concessionem statutis et ordinationibus ordinis derogare constantibus litteris apud R. patrem cardinalæ remanentibus, quam conclusionem non expressam video in privilegijs ordinis.

⇐ Creveceurius Belgas non parum affligit

Quarto calendas junij Franci ductore Creveceurio sub nocte obscura fanum Audomari occupant.

Mense julio Creveceurius Terrianam quam Salezarus anno superiore invaserat etiam dolo Belgis eripit.

Octavo calendas augusti idem Creveceurius non parvam Belgarum manum iuxta Bethunam ad Mervillæ Pontem summa perfidia cædit captivorum præcipuus fuit Carolus Egmondanus Geldriæ dux annos tantum quindecim natus Adolphi filius, qui postea Francorum partes secutus est Borbonijs maternis cognatis custodiendus datus

1488

2 septembris illustris dominus, dominus Joannes miles vicecomes de Combonio e vivis tollitur qui fuit unus de fundatoribus domus Glanderij.

⇨ Uxor Caroli de Groote transfertur.

Item anno prædicto XVII septembris in Schuet elevata fuit de sepulchro uxor quonam magistri Caroli de Groote cancellarij Brabantiae quæ fuit hic sepulta anno Domini 1482 circa sepulchrum magistri Sigeri van Hasselt, et posuimus eam in sepulchro viri sui ante iannum cellæ quam præfatus dominus fecit fieri sub magno lapide sicut in vita desideravit.

⇨ Prædicatores ordinatursecundumconsuetudinem provinciæ.

Item in festo S. Joannis Evangelistæ fuerunt hic ordinati quatuor prædicatores excepto prior de Scitu visitorum pro conformatione domus nostræ ad alias domus provinciæ.

⇨ Numerus religiosorum domus Capellæ hoc tempore.

Anno 1487 fuerunt in domo Capellæ residentes monachi incluso R. priore 21 monachi, 4 conversi et duo donati. Erant duo hospites ex monachis, sed bene tres ex professis aberant.

Anno 1488 circa festum S. Anthonij obiit strenuus miles et fallronarius (valkenier ?) regis Romanorum et capitaneus muncipij de Replemunda sepultus in domo Capellæ.

⇨ Initium belli civilis.

Francorum rex concitato Adriano Vilaino Rassingemij domino viro nobili sed turbulento ac Joanne Coppeholio viro ignobili sed acri ac inter plebeios magnæ auctoritatis nihil aliud quam civile bellum denuo Romanorum regi concitare cupiebat quare Rassingemium in Arce Vilvordiana arctæ custodiæ tradit quem brevi post Liekerkuis patruelis eius astu liberavit. Isque civilibus furijs clasicum cantaturus eductis tribus Gandensium milibus.

Quinto januarij anno 1488 nocte intempesta Cortracum obsidet ac capit

Initio mensis februarij concitatione hostium Romanorum regis Brugenses in seditionem vertuntur quum tamen Romanorum rex sine præsidio alicuius momenti ad urbem venisset expectanturus Belgarum ordines qui de pace cum Francorum rege ineunda erant acturi. Postero die soræ comes iunior cum aliquot Germanis in area ante publicas ædes ludicris certaminibus (au-dessus de la ligne : armis) se oblectans dedit suspicionem Brugensibus Germanos se velle invadere cum tum nemini nocerent in fugam se conijciunt.

⇨ Maximilianus Brugæ captivus.

Exinde quinquaginta duo opificum proferentur signa subsequente armata plebe ac forum maius occupante. Et ad instantiam Gandensium Romanorum rex nonis februarij in domo satis augusta ad fori angulum includitur ac custoditur abdicati nobilium ignobiliumque comitatu ac fanullatu.

⇨ Liberatur

Mense mayo Maximilianus post trimestrem captivitatem Frederici imperatore patris, qui numero stipatus exercitu in Flandros ad filij liberationem monebat, metu, ei custodia datis obsidibus, educitur .

⇨ Philippus Clivius contra Maximilianum pro Flandris arma sumit.

Inter obsides autem præcipuus erat Philippus Clivius quem rex Romanorum secundum pacis conditiones a dicto sibi sacramento liberavit potestatem ei faciens militandi cum Flandris contra se si pacem hanc violasset. Quod et fecit. Quamvis Maximilianus diceret se patrem cæsarem

armatum imperij nomine sequi non quod pacem Brugensem violare cupiat sed imperij jus defendere petebat enim cæsar ut Gandenses et Flandri se supremum ditionis Trans-Scladanæ dominum agnoscerent reciperentque.

⇒ Explicantur verba libri foundationis de huius temporis statu.

Ponamus verba libri foundationis nostræ de temporum horum statu, sic habet.

Hoc anno fuerunt Bruxellenses in magno timore quem volavit fama quod rex cum suis vellet spoliare et invadere civitatem sed Deus sua clementia præservavit eam. Unde ex illo tempore cives cæperunt servare portas et vicos civitatis. Postea idem præfatus rex visus est tentare Brugas quamobrem ibidem captus hac tentus fuit sic quod fere per quatuor menses esset in custodia. Inanis fuit timor Brugensium sicut et forte Bruxellensium verum tamen est quod eodem tempore Romanorum regis custodes non soluta stipendia conquerentes partem agri Brabantici ac Hannoniæ depopulabantur ac Germani milites agrum Brugensem. Bruxellæ vero nullus hospiti suo satisfaciebat, sed cum solutionem peterent, convitijs ac minis homines irritabant, dicentes venisse tempus quo Germani manus Flandrorum sanguinæ abluerent. Hæc et similia sumendorum armorum contra Romanorum regem occasionem dederunt, quamquam, ut dixi, Flandriæ ordines ac legati præcipuarum Belgij provinciarum urbiumque Brugas ad rem componendam deque pace cum Franco tractanda advenissent.

⇒ Pax Flandrensis non ab omnibus recipitur.

Tandem finaliter facta fuit in Flandria una congregatio omnium patriarum ac nobilium aliquorum, et ibi (scilicet Gandavi) facta fuit una pax et concordia generalis omnium provinciarum istarum, promisitque rex se nunquam vindicaturum iniuriam sibi illatam. Sed postquam supervenit Fredericus cæsar pater Maximiliani regis statim irrupit fœdus conceptum ac cæpit obsidere Gandenses totamque circa regionem incendere ac demoliri. Pax hæc quidem per universam publicatur Flandriam. Cæteri Belgæ partim eam publicavere, partim ut parum honestam ac indecoram contempserunt. Imo dux Philippus scribit Lifferensibus in finibus Gandensium cæterorumque Flandrorum hostiliter incurrant, quomodo se rex Romanorum excusaverit diximus aut.

⇒ Fundator cartusiæ Dulmaniæ ad meliorem vitam transit.

14 januarij obiit nobilis et generosus dominus Gerardus Keppelius qui fundavit castrum Beatæ Mariæ apud Dulmaniam Monasteriensis diœcesis.

Quinta februarij in festo Sanctæ Agathæ ordinis habitum suscepit in domo nostra ter Schuet domnus Henricus Ory.

⇒ Margareta de Berchem moritur. Vide p. 120.

Ultima januarij obiit singularis benefactrix nostra domicella Margareta de Berchem beguta quæ reliquit domui XIII rhenenses. Insuper in vita multa obsequia domui nostræ et ecclesiæ præstitit.

⇒ Henricus Nulant moritur et eius legatum.

Item hoc anno obiit VIJ maij dominus Henricus Nulant, canonicus ecclesiæ Anderlactensis ex cuius legatione venerunt huic domui centum rhenensem communes de XX St. super opidum Bruxellenses etiam domus quam extruxit in Anderlaco. Insuper etiam legavit domui omnia mobilia sua ac debita petens ut pro his omnibus hæreditares ac redditus perpetui comporarentur ad distribuendum annue pauperibus de quibus domus pro administratione habeat quintam partem. Placuit etiam quod poterimus ista distribuere pauperibus diversis sui dictamen conscientiarum nostrarum præcipue tum commendavit quatuor domus scilicet Carthusiensium circa Buscoducum, domum Observantium dictam Boetendale, domum tertij ordinis Bruxellis, domum sororum ante beginagium dumodo egerint et perseveraverint in obervantia et pauperes vicinos.

⇒ Vide reg. lit. in fine folio LIIIJ

De statu huius tempore sic habet chronicon domus Capellæ : Gandenses, Brugenses et Yprenses auxilio Francorum obtinuerunt ne imperatori ac filio eius subijcerentur quamvis multa millia occisa sunt ab utraque parte, rapinæ et incendia multa facta sunt.

Joannes Elzelaer misit huc XXII^a maij unam pulchram tabulam pictoratum ponendam supra sepulchrum uxoris suæ per medium Franconis Stoeck.

Item fecit præparari lapidem ponendum super sepulchrum suum.

In Capitulo Generali: ordinamus quod quilibet sacerdos celebrans dicat unam missam defunctorum pro intentione venerabilis patris domnus Laurentij Blumenam et suorum in qua dicatur oratio inclina famulorum et famularium fidelium et omnipotens.

Ordinationes de modo celebrandi festum Compassionis Beatæ Mariæ sæpe variate fuerunt, hoc anno ordinatum sicut tenemus ut 2^æ vesperæ sine de dominica a Capitulo.

Monemus domnus Godefridum monachum domus Capellæ ne contra dictum sapientis suæ initetur prudentiæ sed superioris monitionibus et ordinationibus humiliter acquiescat. Et si quos proclamatione dignos noverit potius in privato quam in publico denunciatur ut charitas et emendatio potius quam confusio proximi quari videatur.

⇨ Joannes Teneramundanus e vivis eripitur fax sui sæculo. Vide supplementum vol. chronicon domus Capellæ.

Vivere desiit hoc anno 14 augusti domnus Joannes Teneramundanus qui ut dicitur fuit professus domus Capellæ sed in alijs provincijs ordini inservivit fuit enim prior domus Vallis S. Spiritus prope Gosnay et Vallis s. Petri. Et anno 1452 institutus visitator provinciæ Picardiæ totoque septennio functus est insigniter hoc munere a quo demum onere multis precibus obtinuit absolutionem et sibi donatus fuit. Fuit autem fax sui sæculi, vir magni zeli, magnique spiritus, applicatus frequenter rebus admodum ferijs et magni ponderis. Fuit quoque prior Siligniæ, visitatorque provinciæ Burgundiæ. De quo P. Sutor ita habet Joannes de Teneramunda vir in divinis scripturis studiosus et valde eruditus, vita et conversatione devotus, ingenio clarus, sermone compositus edidit ad ædificationem ecclesiæ opuscula multa quæ imprimis ad amorem Dei legentes concitare possunt.

⇨ Leodium capitur ab Arenbergijs.

Episcopus Leodiensis Joannes Horneus nihil mali expectans ab hostibus suis cum liberandi Maximiliani gratia in Flandriam profectus esset Everardus a Marcka occupato ponte amari cordis prodicione quorundam Leodium invasit, oppressis civibus universis, quosdam supplicio afficit .

⇨ Bruxellenses recipiunt Philippum de Ravesteyn in malam sibimet ipsis

Circa festum Matthei apostoli Bruxellenses receperunt Philippum de Ravesteyn filium Adolphi qui fecit ibi statim proclamari pacem et concordiam ac unionem inter regem et patrias factam in opido Gandensi eandem fecit proclamari in opido Lovaniensi. Proclamatione facta statim notabilis discordia publica que guerra inter regem et prætracta opida Brabantia, intantum quod Teutonici et rutheri in Mechlinia Vilvordia ac Hallis alijsque locis ex parte regis Romanorum locati omnes paci adhærentes cæperunt captivare et equos et boves aliaque pecora abducere.

⇨ Philippus Clivius alias de Ravesteyn declaratur imperij perduellis.

Nec mirum nonis enim septembris Antverpiæ in area abatiæ B. Michaelis cæsar imperatorijs indutus vestimentis pro tribunali sub dio sedens lata proprio

ore sententia Philippum Clivium ut imperij perduellem rebellemque clientem honore ac bonis privatam proscibit, ordinesque Belgarum ibidem congregatos admonet pacem 1482 initam observent, offertque eis libellum causas adventus sui cum exercitu continentem quæ omnes in Gandenses redundabant. Exeinde Clivius decimo quarto calendæ octobres, ut mox diximus ex libro foundationis favore aliquot civium, Bruxellæ Brabantiae cum quingentis equitibus per portam Flandricam intromittitur. Romanorum rex re intellecta Mechliniam cum iusto præsidio mittit Joannem ac Cornelium Bergios fratres et filio Philippo sint præsidio, quem summopere in potestatem redactum cupiebat Clivius. Bergij fratres Vilvordiam occupant præsidioque muniunt quotidie ad portas usque Bruxellensium excurrentes.

⇒ Cædes Bruxellensium

Quarto idus octobres aliquot Germani equites prope Bruxellam in insidijs sedentes, pedites ante urbem excurrere prædasque agere iubent. Contra hos civium incondita multitudo sine certo duce et ordine exit, præsidarijs frustra eos retinere conantibus. Simulant Germani a multitudine se premi, cedunt donec ad nota insidiarum loca Bruxellenses pertraxissent a quibus facile in fugam coniecti quadringentos circiter cives dissipaverunt. Ponamus verba libri foundationis (in cuius dilucidatione desudo). Tandem ipse rex in persona XII octobris ipsa dedicatione Sanctæ Gudulæ cum duodecim fere millibus equitum venit ante civitatem Bruxellensem et alijs in locis tutis se occultantibus, pauci ex eis cæperunt oves circa mœnia pascentes abducere, quo comperto Bruxellenses dictas oves reducere cupientes pene improvisi ac inermes cæperunt insequi fugientes quibus fugam simulantibus donec eos longe ab opido pertraherent statim qui latuerunt comparuerunt et prædictos Bruxellenses a tergo vallantes plures ex eis peremerunt alij vero evadere necem cupientes Zennam transnatare nisi sunt a quibus plures natare nescientes submersi sunt ita quod fere centum occubuisse compererunt. Rex etiam cum suis ruteris pene ducentos Bruxellensis abduxerunt captivos sicque dies dedicationis et lætitiæ versus est in lamentum

⇒ Leodienses Arenbergij et Flandri vocantur in auxilium.

Quibus peractis prædictus Philippus Ravesteyn præfatis periculis volens occurrere patriamque destitutam a præfatis ruteris liberare Francorum cœpit ac Flandrorum Leodiensiumque auxilium invocare. Quibus vocatis statim septima die post prædictam stragem dominus Robertus de Arenberch cum duobus filijs Wilhelmi fratris sui aliaque comitiva equitem satis copiosa civitatem Bruxellensem intraverunt sabbatoque sequentis hebdomadæ Flandri in subsidium prædicti (⇒ sub pacis nomine bellum geritur) Philippi pro conservatione pacis Bruxellæ comparuerunt, sed paulo post ad propria certis de causis permoti redierunt. Nihil aliud prætendebant (quam pacem) quam defendere se eus ducis Philippi, quum homines ambitiosi imperio gaudentes in rem propriam satagerent offerebant rebelles Brabantiae ac Flandri Romanorum regi centum millia aureorum rhenensium florenorum Coloniae Agrippinæ numeraturi si relictis Belgis in Germaniam non amplius reversurus proficisci voluisset ac ordinibus Proceribusque filio parte matris sanguine iunctis gubernationem reliquisset. Inter hos Clivij primi fuisset. Sed fallebantur tam degeneris ac imbecilis (⇒ non tantum pacem Gandavi initam volebant sed etiam tutelam Philippi non penes Maximilianum patrem amplius sed penes patriæ status deinceps cupiebant)

ultima die octobris cæsar Maximilianus Mechliniæ existens dedit huic domui litteras patentes protectionis quas salve garde vocant

animi principem Romanorum regem indicantes.

⇨ Albertus Saxo belli dux pro Maximiliano.

Cæsar ac Belgarum ordines cum Clivio iterum Mechliniæ frustra de pace agunt. Quare septimo idus octobris Diestam cæsar profectus inde in Germaniam redijt, filio Romanorum regi relinquens Albertum Saxorem Thuringiæ lantgravium Misniæque marchionem cum iusta peditum equitumque Germanorum manu, virum bellicosum, fortem, militiæ peritum.

Clivius Likerkium ac Gennabium occupat, une sui prædas ingentes agebant. Mercatores eo iter facientes mercibus tutam protectionem numerata pecunia redimebant. Qui Likerkani (suis non parcentes) procuratorum nostrum famulum et aurigam captivarunt et provisionem quam curru ex nundinis Antverpiensibus Teneramonda ad vehebat arrestarunt pro qua re prior Philippum Clivium adijt sed priusquam responsum procurator Bruxellis accepisset suam vexam duodecim avenæ modijs et aliquot siccis piscibus redemit dolens se eis quibus nihil debuit promississe timebat venditionem equorum. Itaque facta est in civitate Bruxellensi (⇨ caristia Bruxellis) magna rerum caristia propter ruteros circumquaque in castellis civitatem obsidentes et victualia impediens. Ruteri de Kestergate frater Laurentium huius domus donatum in custodia posuerunt qui Angiam inerat pro emendis ovis spoliantes eum et falso ei plura imputantes.

Sub fine huius anni Maximilianus in Hollandia agebat provinciam sibi concilians. Interim sui rem prospere agebant in Flandria maxime Nioportani (sic).

⇨ Obijt dominus Wernerus Baldewyn donatus et fundator domus Beatæ Mariæ Annuntiatae.

Donati etiam sacerdotes in ordine nostro fuerunt, et ad quæ obligabantur.

Hoc anno 17 mensis maij e vivis tollitur egregius dominus, dominus Wernerus Baldewyn utriusque iuris doctor donatus et fundator domus Beatæ Mariæ Annuntiatae in Conraetsburch apud Padebornam Westphaliæ oppidum. Hic erat sacerdos et aliqui mirantur quod dicatur etiam donatus cum iam donati nisi sunt laici (*au-dessus et derrière la ligne* : igitur explicando) donati in ordine nostro non faciunt professionem sed obligantur per chartam in manibus priorum in Capitulo vel in claustro. Donati vero sacerdotes obligantur ad substantialia ordinis videlicet ad paupertatem castitatem et obedientiam. Licet modicam summam tractare pecuniæ cum licentia prioris, de qua tamen reddunt rationem suo priori quando ab eo fuerint requisiti. Item ipsi non commorantur monachis in certis locis videlicet in Galilea, in choro, in refectorio licet cum eis possit dispensari quod ad voluntatem prioris cum monachis in choro et lectioni in refectorio valeant interesse. Item ijdem donati non sunt astricti ad cilicia neque ad continuam cellæ et silentij observantiam neque ad alia monachorum exercitia, quæ in statutis eis non sunt asscripta. Item possunt de licentia prioris interdum extra monasteria uti carnibus et balneis. Item non astringuntur ad ieiunia regularia V. a sexto exaltationis usque ad Pascha sed ad ieiunia ab ecclesia instituta et per Adventum erit XL^a. Item non sunt obligati ad abstinentias singulis hebdomadibus faciendas sed solum ferijs sextis quatuor temporum et XL^a et per Adventum. Item

tempore debito surgunt ad persolvendas horas canonicas quas ad modum ordinis nostri debent persolvere. Et post solutionem matutinarum possunt redire ad læctos. Item possunt nudi inter linteamina requiescere suppositis filtris sine alijs non tamen plumis. Item siquis donatus in Adventu carnes comederet a priore suo graviter disciplinari deberet. Item donati bonæ vitæ possunt recipi (si petunt) in statum monachorum vel conversorum.

⇒ Moritur domnus Arnoldus Beeltusem diligens et exactus compiler chronici domus Capellæ ex quo plurima desumpsi et quasi ducem ut præceptorem sequutus sum.

Anno 1489 in februarij obiit domnus Arnoldus Beeltusem de Tolenbecque collector chronicæ domus Capellæ, qui vivus fuit in exemplum conversandi quia a omnibus diebus vitæ suæ semper diligens bonus chorista et egregius cellista vicarius et corrector fuit, et mortuus in exemplum timendi Deum quia iuventus fuit mortuus sedens ante lectum suum fuerat tamen infirmus, sed iustus si præoccupatus fuerit erit in refrigerio. Scripsit antiphonaria notavit gradualia.

⇒ Audomaropolis lepido stratagemate principi nostro redditur.

Anno 1489 tertio idus februarij Burgundi ac Belgæ forti civium opera adiuti fanum Audomari eiectis Francis recuperant: verum lepidissimo stratagemate. Nocte intempesta accedente ad urbem Maximiliani milite, ducibus Carolo Savensio et Georgio Bireistano Germano: cives ut conventum erat in una murorum turri, ubi excubabant lumen accensæ in laterna landelæ demonstrant. Belgæ e contra felem quam poterat altissime vociferantem pro signo ac tessera reddunt sed circitore seu vigiliarum recognitore nonnihil abscedente vel absente. Hinc admotis raptim scalis nemire repugnante. Scandunt nostri mœnia occurrentes Francos præsidarios cædunt, inque in opidum irrupentes atque proximam portam effrigentes cæteros intromittunt. Cæcidere hoc conatu tantum quinque Franci, cives nulli, Belgæ complures.

⇒ Plurimas molestias conventus sustinuit a militibus rebellis.

Durante in patria ista discordia multas a ruteris sustinuimus molestias ante portam sed præcipuæ altera Vincentij circa horam quartam post matutinus intraverunt domum istam ultra septuaginta ruteri per pomerium ac hortum olerum ex his qui Bruxellensibus ad hæserunt et quamquam violenter nihil abstulerunt tum victualia ac provisiones inventas consumpserunt et fratrem Joannem conversum percusserunt..

Item hoc anno in festo Sanctæ Agathæ Virginis fecit hic professionem domnus Henricus Ory quo die ruteri Bruxellenses præparaverunt se ad eundem te Liekercke pro victualibus, qui cum appropinquarent domui nostræ supervenit pluria tam copiosa quod omnes pene compulsi sunt intrare domum istam, qui tempore summæ missæ quando prædictus iuvenis debuit emittere professionem insolenter se habuerunt, ianuas violenter aperuerunt multa victualia in pané, piscibus, caseo et similibus consumpserunt. Quidam etiam e Bruxellensibus carpiones et alias pisces abstulerunt pro quo facto eos Teutonici obiurgaverunt ac reprehenderunt.

Item circa idem festum quadam nocte Franci numero viginti circiter portam conventualem violenter aperuerunt, et duas cellas portæ proximas violenter infringere conabantur/cora... , nostri putabant inimicos causa prædandi advenisse sed postea comperunt Gandavo in auxilium Bruxellensibus advenisse et solum nocte illa latere et parum reficere petierunt violenter tum contra morem ordinis quandam puellam introduxerunt quam nullis precibus a se dimittere voluerunt

Domnus procurator impetraverat salvamgardiam ab utraque parte scilicet a Romanorum rege et a Dominus Philippo Clivio domino Ravesteyn nihilominus provisiones quas e vicinis civitatibus adducebat sæpe arrestabantur et equi capiebantur quos aliquando recuperavit aliquando emisit, et coactus fuerit mulieres quasdam conducere quæ blanda tam de Wesenbeke quam de alijs locis Bruxellam deferrent.

Quim Brabantia ac Flandria varijs calamitatum generibus propria culpa vexatetur cæsarque Fredericus in Germaniam redijsset; Romanorum rex necessaria et ad patrem proficisceretur parabat, constituens Belgis ac filio Philippo gubernatorem.

⇨ Albertus dux Saxo guberntor Belgij.

Albertum Saxonem Misniæ marchionem ac Turingiæ lantgravium, Hannonijs Chimai principem, qui am Saxone coniunctis consilijs ac viribus hostibus magnas clades intulere ac sensim civili bello finem fecere Romanorum rege in Germaniam profecto, Clivius e Francia revertitur magna adducens tyronum auxilia, fama erat eum Bruxellenses qui fame laborabant commeatu innaturum. Conocat Saxo ac Chimaus militem ut impedian. Est pagus nomine Isqua medio ferme situs itinere situs itinere(sic) inter Bruxellam ac Nivellam hunc bene munierant Bruxellensis quod utrique civitati ad commeatus importationem utilis esset. Proficiscitur eo cum mille peditibus ac centum viginti equitibus Saxo, sequitur mox Chimaus cum multa nobilitate ac mille partim peditibus partim equitibus oostriedieque nonas martij Isquam expugnant (quo die scilicet in magno carnisprivio dominus Philippus Clivius dominus de Ravesteyn habet liber noster intravit civitatem Bruxellensem cum magna copia Francorum).

⇨ Incendia ducis Saxonis de quibus liber foundationis agit.

Templum in quo maior pars confugerat incendunt, ominus qui intus erant flamma pereuntibus. Vicini Isquaris magno numero in auxilium properabant, prælio victo fugam capiunt, circiter centum sexaginta capti Vilvordiam perducuntur. Hinc ad pagum Ascha duobus Bruxella milliaribus distantem contendunt, et quamquam esset valde munitus cum templo tum expugnant, iniectoque igne miserabilem in modum viri cum fæminis ac pueris exuruntur. Eadem fuit fortuna page templi Wavrensis ac complurium locorum, quæ circa urbem Bruxellenses munierant. Neque unquam exinde quo Clivius cum Brabantiam addiuxit res illi amplius successere. (⇨ Nota).

⇨ Bruxellenses Vilvordiam capiunt et incendunt.

Quim Saxo ac Chimaus Isquam proficiscerentur, Germani qui Vilvordiæ erant in præsidio ad castra Saxonis evocati Mechliniensibus Vilvordiam tradunt custodiendam. Oppidum ingressi mensas sternunt, edunt bibunt vident nugantur neglectisque custodijs dormitum eunt. Resciscunt opera quorundam Vilvordensium Bruxellenses, magnaue manu nocte egressi opidum invadunt, Mechlinianis qui poterant in arcem evadentibus. Magna præda, multique captivi Bruxellam abducunt opidum incenditur. Eodem tempore Flandri collectis quadringentis equitibus et multis peditibus Bruxellenses summa commeatus inopia laborantes invant, invectis in urbem ducentis quinquaginta plaustris ovini commeatus genere onustus.

⇒ Quidam ruteri Arenberchij domum nostram violenter intrarunt sed non impune.

Circa finem martij quadam nocte sex ruteri ex his qui domino de Arenberch adhererunt silentiæ intraverunt domum nostram per murum circa portam retro novam ecclesiam, quibus ingressis statim accesserunt ad Januam per quam itur proxime ad conventum quam quia clausam invenerunt conati sunt ignem admonere et **qm** pulveres circa se habuerunt quibus emittuntur bombardi eisdem pulveribus ignem procurare nisi sunt statimque ignis improviset eosdem pulveres attigit, et quinque ex eis ita combussit quod præ dolore quasi furere videbantur præcipue unum, qui circa se eosdem pulveres portavit. Quo facto ianuam violenter aperuerunt et clamore valido operarios ac ministros præ dolore inquietaverunt, qui causam adventus et infortunium intelligentes eis studio humanitatis subsidium pro posse impenderunt.

⇒ Dominus Jacobus Croyus divinæ revelationi per P. Laurentium Musschezeliū sibi intimatæ non satis credens aut confidens frustra ambit episcopatum Leodiensem.

Leodiensem Antistite iam antea fugato Arenbergij Leodij rerum iam potiti et omnia satis tuta rati in Brabantiam adversus Albertum Saxonem pugnaturi discessissent ecce nunquam expectatus Jacobus Croius pronotharius nonas turbas adventu suo excitavit, hic enim causatus sibi non solvi promissam ab Horneo pensionem annuam, quasi data conditione non secuta liber a resignatione episcopatum de integro potebat. Pater noster **p. m.**(post mortem ?) domnus Laurentius Musschezeliū prædixerat illi futurum quandoque maximum prælatum huius patriæ, quare extra eam non debebat prælaturas ambire vel certe magis considerare in divino promisso. Et tamen regem Gallorum non recte sibi conciliare studet. Sed tam apud Gallos quam apud Leodienses fabulam surdis cecinit, et cum adventantem ex Brabantia Arenbergium intellexisset relicto Leodio ad sua feversus est.

⇒ Preces publicæ habitæ Leodij cum visitatione reliquiarum pro pace nec frustra.

Hoc perturbato rerum statu habitæ sunt Leodij supplicationes ad Deum pro pace impetranda interpositis sanctorum et speciatim S. Lamberti martyris ecclesiæ Leodiensis præcipui post Christum patroni precibus et meritis. Visitato quoque mense aprili eorum reliquiæ, et populo debita cum reverentia ad eas calendas et venerandas exhibitæ, factæ quoque solemnes processiones et sacrificia ad Deum placandum magna cum populi devotione per prælatos et alios sacerdotes oblata, exemplum insigne si quando in similibus periculis et turbis constituamur quid tum facto nobis opus sit demonstrat vide historiam apud Chapeaville.

Episcopus obsessus ab Arenberijs per Saxonem liberatu.

Nec Deus sprevit preces eorum incæptæ sunt 14 aprils, et 23 die eiusdem mensis scilicet undecimo calendas may Robertus Arenbergius cum Traiectum iterum ac tertio armata manu occupare frustra tentasset tandem adiutus copijs Ravestani qui tunc temporis Lovanij in præsidio erat S. Trudonem obsidione cinxit quoniam Trudones contemptis Arenbergijs Antistitem Horneum præsentem fovebant. Sed hanc obsidionem cum Antistes una cum opidanis aliquamdiu fortiter tulisset, et altercatio esset inter obsidentes parato ad irrumpendum hiatu alter alteri oppugnationis honorem offerret famæ venit Saxonem instructo exercitu ad levandam opsidionem aut ad confligendum magnis itineribus properare concepto metu vasa conclamant tribus desertis tormentis Lovanium revertuntur Episcopus igitur liberatus Arnoldum a Berlo Trudonensibus præfecit et una cum liberatore suo Saxone tertio idus augusti oppidum Thenense captum spoliavit, ipsumque Saxonem insidijs Arenbergicis pene circumventum vicessim liberavit, quo mutuo beneficio sic inter se devincti sunt ut Saxo postea Antistitem in sedem suam reducere conatus sit.

⇨ Hoc difficili et duro tempore clenodia vendita.

Propter debitorum multitudinem compulsi fuimus vendere quædam clenodia præcipue ad satisfaciendum cuidam Ægidio de Pretere de pecunia mutuata vendidimus ergo de scitu visitorum tres calices, duas testas argentias, unum parvum poculum argenteum, de quibus recepimus summam centum octoginta octo rhenenses communes. Isti **tum** calices tempore suo poterunt recuperari per similes eiusdem valoris ac ponderis ut scribebant.

⇨ Item oves.

Item in profesto Visitationis Beatæ Mariæ vendidimus omnes oves nostras timore amittendi, et pecuniam inde receptam reliquimus in cambio opidi quod tenet Rolandus de Weert ad emendum alias tempore suo.

⇨ Sepulturæ quorandam in Schuet.

27 may obierat opilio noster nomine Petrus qui multis annis pavit oves nostras solo victu et vestitu contentus satis diligens et fidelis qui etiam de consensu curati sua sacramenta suscepit a nobis, et sicut desideraverat in nostro cemiterio sepultus fuit.

In eodem sepelivimus 18 eiusdem Joannem Ory qui habebat hic filium professum, qui quamvis non esset civis Bruxellensis obiit **tum** ibidem propter guerras patriæ.

Et 27 sepulta quoque fuit iuxta patrem Elizabeth Ory filia eiusdem.

Item in festo S. Petri ad vincula in nostro eidem cæmiterium fuit illata honesta matrona Margareta Tsergoossens matertera domnus Matthiæ pro tunc prioris huius domus, quæ vivens plures gratias domui impendit multosque labores pro ecclesiæ nostra in lavandis vestibis multos annos subest.

In ordine nostro vix quietora invenio. In domo Montelli fuit magna turbatio. Et quia nonnulli conventuales canonicam electionem prioris non celebrarunt canonicam pœnam subierunt, verum quia quibusdam displiceret ista ad longum referre subitico quamvis sciam timore pœnæ quosdam coërceri.

Ideo quid de Godefridus qui sanctam domum Capellæ hoc tempore turbabat fuit definitum in Capitulo non puto silentio pertranseundum.

⇨ Calumniator Capitulo Generalis punitur.

Et domnus Godefridus monachus domus Capellæ qui Dei timore postposito suis ineptis scripsis tam temere quam mendaciter sine omni reverentia lacerare Capitulum Generale præsumit dicendo quod dictum Capitulum Generale decipit suos novitios legende eis statuta tanquam legem et post professionem cum tenentur ligati cogit eos ad ordinationes dictis statutis contrarias quod utique falsum est. Ut omnis deinceps iniquitas opilet os suum et discat aliquando reticere qui nunquam didiscit bene loqui sit ipse in disciplina generali ad ordinis voluntatem. Et si de cetero simile quid attentaverit ordo providebit quod ceteris cedet in exemplum.

Reprehenduntur nonnullæ personæ ordinis quæ non cessant suos priores super novis indulgentijs et confessionibus molestare. Et ut dicam quod sentio etiam statuta super his prima facie satis dura videbantur ut omnia peccata mortalia teneremur prioribus confiteri sed R. P. Franciscus a Puteo postea explicavit intelligenda esse criminalia.

Saxo in Arschottum Brabantiae oppidum invasit ignemque aliquot locis Germani inijcientes elegantissimum exussere eius templum. Lætati sunt summopere Mechliniani et Antverpiani quod nulli magis eorum agris fuissent infesti, sæpeque erant de negligentia Saxonis conquesti eum

incusantes ac si

ilam cum Clivio sentiret sed post hac mutata opinione fortiter de eo iudicare cæperunt ac profiteri prudenter eum bonisque artibus bellum gerere.

Clivius Bruxellæ agens semel atque iterum Hallam Hannoniæ frustra oppugnat civitas sub præsidio Beatæ Virginis Mariæ (quæ ibidem veneratur) oppidum egregie propugnantibus.

Hoc anno in augusto postquam opidum Thenense fuit ab Alemanis spoliatum, inierunt consilium Bruxellenses et Lovanienses cum suis adhærentibus, et elegerunt multos de melioribus ac discretioribus quos miserunt cum honesta legatione ad ducem Saxoniam eis iniungentes ut non reverterentur quin pacem si possibile foret reportarent. Qui tantum egerunt apud ducem Saxoniam ac apud alios dominos illius partis quod pacem summa pecuniæ reprotuissa reportaverunt hæc in libro foundationis.

⇒ Thenense opidum capitur et spoliatur ac ad eam in qua nunc visitur pervenit calamitatem.

Saxo Thenam omnibus rebus necessarijs abundantem ac cum Clivio non ita dudum sentientem, cum frustra aliquandiu oppugnasset, ac amaris sarcasmis indies exciperetur et irrideretur tandem duobus locis ipsa meridie oppidum aggressus quum idem sæpius fecisset, ut eos in consuetudinem adductos negligere vim assuescerit, omnibus eo tempore annexus copijs tandem vi irrumpit, ac per multos dies opulentam civitatem diripit tandemque incendit, Francis et Leodijs præsidarijs pro maiori parte cæsis paucis captis. Cives capti spoliati ac exusti ad eam, in qua hodie visuntur pervenere calamitatem.

⇒ Bruxellenses et ceteri Brabanti principi reconciliantur.

Exinde ad Albertum Saxonem veniunt abbas Parcanus, Affligemius ac consul Bruxellensis pro Brabantia ac Flandria absolutam pacem petentes. Ad quos Saxo: Pro Brabantis rebellibus petite, quid ad vos Flandri ? Illi eum vera dicere indicantes, Clivio Flandrisque desertis Brabantis pacem impetrant, promittentes in militum Romanorum regis stipendium Lovanienses Bruxellenses ac Nivellani centum millia florenorum.

Clivius pacem impedire non valens accepta a Saxone fide publica septimo calendas septembres cum uxore præsidio quingentorum equitum Bruxella discædit. Post meridiem urbem intrat Albertus Saxo, Chimaus Engelbertus Nassavius, Philibertus Verrius dictus Musca, ac Ægidius (*au-dessus de la ligne*: alias Franciscus) Buslidius, præpositus summi templi Leodiensis, qui paulo post archipræsul Besontinus in comitatu Burgundiæ est factus (de quo nobis infra non semel sermo recurret). Comitabantur hos bis mille Germani pedites mutateque Bruxellæ sacramento statim formidine grassantis pestis discedunt.

⇒ Maxima pestilentia Bruxellæ.

Quod non tacet liber noster dicitur: fuit hoc anno in oppido Bruxellensi maxima pestilentia ita ut quotidie moriebantur II^C III^C homines nam ut ferebatur hoc anno obierunt plusquam XXV millia hominum inclusis mulieribus et parvulis. Huterus dicit quod octodecim mensium spatio in sola urbe Bruxellensi triginta millia obierint alij addunt adhuc tria millia hoc biennio interijsset. Talis lues bellum et famem sæpe sequi solet.

⇒ Charitas P. Theodorici Minoritæ erga infectos.

Dum illa gravis pestilentiam lues grassaretur mortuis pastoribus P. Theodoricus van Munster Minorida motus pietate a superioribus petita licentia suam obtulit operam. Et ne conventum suum periculo exponeret infectionis in publico foro tentorium erexit, ac in eo mensam in modum altaris ad reponenda sacramenta statuit, ibique ad se confugientibus infirmis quibus licebat sacramenta administravit: deinde totam civitatem obequitabat ut morientibus succumeret, illorum præsciis qui præpropera

morte morituri erant ante alios, quos prius curavit ipse a peste intactus. Erat illi comes sacrista eiusdam ecclesiæ, qui lucerna et nola sacramenta gestantem provibat donec et ipse pestilentia sublatu, nullo alio qui id muneris præstaret invento, ipse lucerna ad cordam dextra ciborum sinistra nolam gestans utriusque officium implevit. Cum hiemis tempore propter ventorum vehementiam lumen in tentorio servare non posset a coctore cervisiarum circa forum habitante ad ædes suas invitatus cubiculum obtinuit Mirabile dictu ! Cum omnium braxatorum officinæ lue infectæ essent, hæc sola non solum permansit immunis, sed experientia certa compertum est omnes ex cerevisia huius officinæ bibentes agros quidem sanatos, sanos vero a lue præservatos quod mentis huius sancti Patris adscribendum nullus sane dubitat. (⇨ perduravit hic pestilentialis morbus annis duobus. De triginta duobus millibus hominum qui hac lue abrepti sunt nisi duo damnati perhibentur quod quidem magna fuit Dei miseratio nec improbalis docetur) Perseveravit hic pestilentialis morbus annis duobus, quo tempore triginta tria millia abrepti sunt; e quibus prædictus pater triginta duobus millibus sacramenta administravit. Cum lue cessante pius Theodoricus ad graciaram actionem populum adhortaretur hoc addidit sibi a Deo revelatum ex illis triginta duobus millibus duos dumtaxat damnates, unum quia in fine vitæ desperasset, alterum quod confiteri rebuisset. Si vera fuit revelatio magna utique est Dei miseratio nec minor est tempore legis quam gratiæ. Docent autem patres omnia illa hominum millia quæ tempore veteris testamenti frequenter simul occisa dicuntur de prima morte ad secundam non transijsse, illam illius temporis, ut prima facie apparet Dei severitatem disciplinam fuisse non solum ad deterrendum, sed etiam ad expiandum. Eamque delinquentes cooperante et ordinarie concurrente Dei gratia primo quidem extimulasse ad pœnitentiam, deinde una cum pœnitentia in necessitate constitutis expiassent culpam, huc pertinet illud Cyrilli seu verius originis. Mors quæ veteris testamenti tempore pœnæ causa infertur pro peccato purgatio est peccati ipsius pro quo iubetur inferri. Absolvitur ergo peccatum pro pœna mortis, nec superest aliquid quod pro hoc crimine iudicij dies pœna æternum ignis dignum inveniat. Vid Jac Jans. in psal 105, v. 30. Hi autem et gratia et sacramentis novæ legis utebantur et pœnam mortis subibant quid minus erit de vestris/nostri censiendum.

⇨ Sepultum Margaretæ de Groote.

Hoc anno prima die septembris in Schuet fuit sepulta in novo ambitu iuxta patrem suum una iuvenula decem annorum nomine Margareta de Groote filia primogenita magister Caroli de Groote post mortem quondam cancellarij Brabantia sicut in vita sua desideravit.

⇨ Item uxoris Hermanni Anderlecht.

Quarta die eiusdem mensis fuit sepulta in nostro cæmiterio Aleydis uxor Hermanni Anderlecht custodis capellæ Beatæ Mariæ quæ multis annis scilicet a principio inchoationis huius domus Beatæ Virgini cum viro suo fideliter servivit.

⇨ Item Annæ Tsergoossens.

Quinta eiusdem mensis septembris fuit sepulta in magno ambitu honesta matrona Anna Tsergoossens relicta quondam Joannis Middelborch et matertera domnus Mathiæ pro tunc prioris huius domus magna benefactrix huius conventus quæ reliquit in memoriam anniversarij sui et mariti decem rhenenses annue et sexdecim ad vitam prædicti domnus Mathiæ nepotis sui item legavit tertiam partem domus suæ. Item circiter centum rhenensem quos priori accomodavit, quitavit. Item dedit quadraginta rhenenses pro comparanda casula cuius crucem emit triginta rhenensibus. Et hæc forte est casula quam ex panno aureo habemus quia hæc sola est quæ pulchram crucem habet. Multis annis in Adventu et Quadragesima conventui bis in hebdomada vinum ministrari fecit, et pitantias diversis vicibus etiam in obitu suo XII rhenenses dimisit et mobilia diversa præsertim in panno lineo, inio ipsa albas mappas corporalia et similia pro ecclesia multos annos lavit, et hospita domus et ordinis fuit.

⇒ Sepultura parentum domnus Joannis de Roeye.

In nativitate Beatæ Mariæ fuit hic sepulta in nostro cæmeterio uxor Joannis de Roye pistoris cuius filius pro tunc fuit sacrista huius domus, cuius maritus breviter postea scilicet XXV septembris circa eam et parentes suos scilicet patrem et matrem fuit sepultus, qui reliquit pro anniversario suo tres florenos annue.

⇒ Item Lucæ Oliveri qui fundavit missam in capella.

Eodem die scilicet XXV septembris fuit terræ mandatus in cæmeterio nostro Lucas Oliveris servitor domini de Gaesbeke, qui ordinavit omni hebdomada unam missam in capella celebrari, pro qua habemus libram gross. Flandriæ scilicet VI rhenenses in opido.

⇒ Item Margaretæ Stroets.

Item hoc anno sexta octobris fuit sepulta in dicto cæmeterio nostro Margareta Stroets neptis magistri Sigeri de Hasselt post mortem in nostro ambitu sepulti.

⇒ Item cuiusdam sacerdotis sæcularis, qui pro Carolo Audace missam legere consuevit in sacello.

Item eodem die sepultus fuit quidam sacerdos sæcularis nomine Nicolaus Gallicus natione qui tempore ducis Caroli quotidie in nostra capella exteriori pro prospero successu præfati ducis missam legere consuevit.

⇒ Item Nicolai Buijs.

Item XI octobris obiit magnus amicus et servitor noster Nicolaus Buijs qui sequenti die fuit hic quoque sepultus. Hic multis annis habitavit in hospicio nostro Bruxellis et fuit receptor bonorum domus nostræ et etiam domnus cartusiæ, qui legavit domui in testamento suo LII rhenenses communes pro utilitate domus applicandos, semper fuit paratus ad servitia domus.

⇒ Item Mariæ vanden Masen legavit duas tertias partes mobilium suorum alaim tertiam prædicatoribus.

Item obiit in festo Undecim millium Virginum obiit honesta virgo, Maria vander Masen neptis et ancilla quondam magistri Sigeri van Hasselt, et sequenti die in nostro cæmeterio fuit sepulta, quæ legavit pro anniversario suo duos rhenenses annue et tertiam partes (*au-dessus de la ligne* : duas tertias) mobilium suorum, ex quibus recepimus in moneta quæ hinc currebat LXXXI circiter rhenenses in bona moneta XXVII rhenenses, et in transitu videte depressionem monetæ de qua mox dicemus.

⇒ Item medietatem VII jornalium terræ sub Molenbeke.

Adolescens quidam postulat pro loco qui furto commisso abiit.

Circa hoc tempus adolescens quidam Joannes van Oliver ex honesta parentela institit hic pro loco, et quia satis idoneus videbatur etiam absente priore nostri permiserunt conventum sequi, paucis diebus post ablato calice, et duobus ciphis argenteis.

Domini abbatis de Ninive qui in domo nostra hospitatus fuerat et pretioso libello abiit vias suas.

⇒ Obitus Hermannii Anderlecht.

Quarta decembris obiit Hermannus Anderlecht alias Moyesone ac sepultus fuit in cæmeterio nostro qui per quadraginta annos scilicet ab inchoatione huius domus fuit custos capellæ nostræ exterioris, quam fideliter custodivit et multis annis ante mortem suam parum aut nihil de stipendijs suis solitis recepit. Domui etiam nostræ in multis sibi possibilibus valde obsequiosus fuit dedit etiam domui et legavit in prompta pecunia XXII rhenenses communes et quædam mala debita, reliquit etiam nobis sylvam suam quam habuit a domino Petro Strote cum onere suo.

calendarium habet et in memoriam anniversarij sui reliquisse duos rhenenses annuos super domum apud Terbiest.

⇒ Item Guilielmi Thuenis sacerdotis.

Item hoc anno sexta die decembris fuit hic sepultus in cæmiterio dominus Wilhelmus Thuenis sacerdos ac capellanus beginagij Bruxellensis qui pridem ante in domo hac quinque vel sex annis habitavit in expensis et didicit scribere fracturam. Qui reliquit nobis quartam partem domus suæ. Vide calendarium quinte die decembris.

⇒ Nota. Hic decimus sextus sepultus hoc anno in domo nostra ter Schuet.

Hic igitur decimus sextus sepultus hoc anno in monasterio, et quamvis non dicantur mortui ex centagione tamen facile mihi persuadeo plures inde perijsse

⇨ Pax proclamata

Hoc anno in festo Sanctæ Thomæ Apostoli fuit in oppido Bruxellensi proclamata pax universalis inter reges et patrias nobis proximas, et tertia die post istam proclamationem fuit facta una satis notabilis depressio monetæ ita quod unus florinus aureus qui fecerat tres rhenenses communes scilicet 60 stupheros depressus fuit ad 20 stuferos, et sic omnis alia omnis pecunia unaquoque secundum qualitatem suam

⇨ moneta depressa.

Audiebant, inquit Heuterus villici; omnesque debitores monetam auream atque argenteam diminuto valore tertiam tantum præsentis æstimationis partem valituram. Vidisses igitur per omnes vias ac compita debitores ac villices currere marsupia auro argentoque distenta circumferre, pulsare dominorum creditorumque ostia, obtestari quod ad solvendam numerandamque pecuniam parati non admitterentur. Ex adverso oculere sese creditores ac fugere debitorum aurum argentumque offerentium conspectum. Rara certe avis in terris nigroque simillima cygno. Hac mutatione apud Belgas litium immenses numerus ortus est, præstassetque hanc monetæ diminitionem tribus aut quatuor annis invicem succedentibus fecisse singulis annis nonnihil de eius valore detrahentes quam subita ingentique mutatione multorum hominum summo cum damno monetam in ordinem redegissee. Petrus Opmerus asserit etiam quod hæc subita et inordinata monetæ depressio plurimum damni intulerit Belgio ita ut anno fere integro omnis fere cessaverit negotiatio.

Hic annus nos plurimum detinuit ac fatigavit, iam ad sequentem transeamus.

⇨ Margareta vidua Caroli Audacis primarium lapidem ponit novæ cartusiæ Lovanij construendæ.

Circa hoc tempus illustrissima domina Margareta Eduardi regis Angliæ soror et vidua Caroli ducis Burgundiæ voluit videre locum designatum novæ cartusiæ Lovanij construendæ, ad quem cum venisset primam lapidem ædificij posuit multis ibidem præsentibus, inter quos idem nobilis eius Ludovicus Pynnock villicus Lovaniensis qui supposuit aureum pro ærentarijs.

Ultima anni 1489, alias 9 decembris, magister Ægidius de Platea S.T.L. canonicus Lovaniensis et archidiaconus Hannoniæ testamento legavit tertiam partem bonorum suorum monasterio cartusianorum Lovanij construendo si intra triennij spatium inchoaretur, qua restrictione et clausula factum est ut superiores ordinis maturius consilium caperent de mittendis personis ad occupandum locum et ibidem divinu officium celebrandum.

⇨ Pugna inter Leodienses in Mirica Zonhoveæ in qua victor Antistes Horneus.

Anno 1490 remittente se bello in hac patria fortius erupit in vicina Leodiensi ditione. Dum Arenbergij Dionantum impugnant Antistiti Horneo pugne diem dicunt in mirico Zonhovea, ad quem locum cum utriusque partis copia adductæ infestis animis concurrissent Antistes victoriam obtinuit sed non incruentam, tanta ibi cum plebeiorum tam nobilium Leodiensium multitudo corruit. Ut Arenbergiorum vires prorsus altriuerit.

⇨ Pax mox inita sed non coaluit hoc anno.

Quo facto pax bonis conditionibus inter partes concepta fuit, quamquam alijs aliter tumultuantibus diœcesis Leodiensis pacem ratam hoc anno non sit satita.

⇨ Domnus Petrus de Dumo laudatur.

Kalendis martij ad superos migravit domnus Petrus de Dumo, professus cartusiæ Gandensis, de quo in manu-scriptis archivis eiusdem domus sic habetur. Iste bonus et dilectus frater noster gratiose et valde pacifice conversatus est nobiscum, ideoque dilectus est ab omnibus. Nunquam

postquam fuit in ordine de risu dissolutione, aut aliqua levitate notari potuit. In sæculo etiam fuerat optimæ conversationis et graciosus iuvenis, satis bene in litteratura institutus et doctus ex humilitate sua tamen quasi nescius et simplex se habuit fuitque satis scrupulosus et timoratus. Antequam intravit ordinem fuerat miraculose a submersione aquarum per virginem Mariam liberatus, unde eidem semper extitit valde devotus ac ad eius honorem aliqua satis pulchra rhytmata et devota ante obitus sui diem in infirmitate constitutus, composuit.

⇒ Sepultura operarij nostri.

XIX martij fuit in Schuet sepultus in nostro cæmeterio Michael de Slachmodere operarius noster qui pluribus annis nostris expensis servivit domui ac fidelibus in omnibus fuit.

⇒ Item Aurigæ nostri.

In festo S. Benedicti in dicto nostro cæmeterio fuit quoque sepultus Rogerus de Meys principalis auriga noster qui domui pluribus annis fideliter servivit.

⇒ Carbones penu impositi ardent.

Altera post festum Benedicti fuerunt hic positi carbones de Zonia in uno penu sub capitulo qui post duas horas fuerunt in penu totaliter accensi ac igniti inventi : ita quod tota domus in periculo ignis fuisset nisi Deo providente ignis sacristæ innotuisset.

⇒ Mathias Corvinus Hungariæ rex moritur, æt 47 regni 33, Leones qui Budæ detinebantur omnes eodem die interiere Bon...

Pridie nonas apriles Matthias Hungariæ rex apoplexia Viennæ extinguitur post quem Vladislaus Casimiri Poloniæ regis filius annis 26 Hungaris præfuit. Et Maximilianus princeps Viennam cum reliqua Austria recepit.

Discordia orta fuit inter capitulum Anderlactense et conventum nostrum propter dominus Henrici Nulant quondam canonici dictæ ecclesiæ et convocatis arbitris pro capitulo indicatum fuit quod merito deberamus supplere hoc quod per dictum dominus Henricum in gravamen aliorum negligenter omissum fuit. Vide Librum Foundationis, fol. 62.

⇒ Eleemosyna archiepiscopi Bisontinensis.

Circa istud tempus reverendissimus dominus, dominus Franciscus Busleydis archiepiscopus Bisontinensis dedit pro fundatione et dotatione unius cellæ sexcentos rhenenses.

⇒ Decem iornalia empta et conversa in nemus.

Hoc anno eminus unam partem terræ arabilis X iornarium erga dominus Rolandum de Mol nomine Joannis Rolebuc qui est hæres prædictorum bonorum et erga Annam vander Heetvelde sitam in parochia de Molenbeke super camp..... dictus Guldekens hocht et qm indonea erat ad seminandum plantavimus ibi diversa ligna ad faciendum de illa parte terræ unam silvam quam hoc anno procurator noster cum operarijs suis ac alijs ministris de familia nostra totaliter plantavit, et etiam cum eisdem in diversis locis plantas collegit et cum **airru** nostro ac etiam humeris ministrorum easdem apportavit.

Hoc anno evigilavit censura Capituli nostri Generalis simul et reverendi patris contra desertores religionis prout ex ordinationibus et bulla apostolica ab Innocentio summo pontifice impetrata patet. Sic habet ordinatio Capituli Generalis.

⇒ Mutationes locorum periculosæ.

Et quia experientia rerum magistra docente comperimus translationes de loco ad locum personis ordinis hactenus fugæ et apostatiæ fomenta præstitisse. Et indes discursus personarum et confusionem ordinis et plurimorum, scandalum generare. Idcirco omnes et singulos visitatores strictius quo possumus admonemus ut nullam personam nisi inevitabili necessitate urgente aut alias propter evidentem casum in statutis expressum de domo sua transferant, nec gravamen alleganti fidem adhibeant nisi a priore et maiore parte conventus sui de veritate certitudinem habeant. Insuper ad obviandum periculis animarum atque ad reprimendum temeraricis ac refandos fugitivorum girovagarum et apostatarum discursus in visceribus Jesu Christi omnes et

singulas personas ordinis exhortantes monemus quatenus tanquam evigiles honoris Dei et ordinis nostri zelatores tales præscriptos iuxta omnem possibilitatem capere incarcerare, incarceratos detinere, atque detentis disciplinas imponere secundum statutorum nostrorum et ordinationum formam non differant nec litteris mendicatis aut calidis excusationibus credant

Nam diversi fratres nostri ordinis ut beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura secularia et ordinum quoruncunque regularia obtinere, carnes concedere vel extra septa et claustra domorum ordinis moram trahere possunt a sede apostolica dispensationes obtinuerant verum ad petitionem reverendi patris summus pontifex Innocentius 8 concessit ut priores domorum præfatos fratres ad observationem regularem ordinis ad permanendum in claustro compellere possint. Idem ut priores nostri possint benedicere paramenta altarium casulas et alia ad divinum cultum pertinentia.

Joannes Standonck Mechlinæ natus S. Theologiæ professor Parisiensis, ac denique ibidem canonicus et rector institutus gymnasij Montis Acuti, domum iuxta illud gymnasium finno 1491 conduxerat in qua agentes scholasticos ad se undecunque venientes suscepit quos hora undecima ad Cartusiam mittebat ubi eis panis cum pauculo iure et ceteris mendicis erogabatur, postea pij homines pauperibus eius celebram domum ædificarunt et dotarunt cuius primarius dotator dominus Ludovicus de Graville. Vide folio 190(?) ad annum 1505.

⇨ Adolphus Contereau et Petrus Eeckaert venerunt ad ordinem.

Hoc anno altera Sanctæ Catharinæ ad nos duo iuvenes quorum unus vocabatur Adolphus Contereau filius dominus Roberti Contereau militis ac locum tenentis regis Romanorum, qui Adolphus habuit hic nepotem dominis Joannem de Groote. Alter veró vocabatur Petrus Eeckaert qui pro tunc petierunt visitare dominus Joannem de Groote sicque abierunt, brevi post redierunt desiderantes intrare chorum ac videre duodum ordinis, sed incontinenti altera die postquam domum intreverant venit mater prædicti Adolphi et eundem secum abduxit, et tam ipsa quam abbas de Affligemio Avunculus eius ceteri fratres et cognati eius eum a sancto proposito blanditijs ac promissionibus alijsque modis retrahere conati sunt, parum tamen profererunt, quam breviter postea iterum redijt, et amicis suis tam per nuntios quam per scripta eum extrahere conantibus.

⇨ Anno 1491

Tandem prædictus Adolphus et Petrus Eeckaert ambo simul penultima januarij recepti sunt ad osculum pacis, ac deinde prædictus Adolphus in festa sanctæ Agathæ fuit vestitus, Petrus veró fuit septima februarij. Et anno revoluto ambo emiserunt professionem in domo hac quorum unus scilicet Adolphus circa tempus professionis suæ ad magnam instantiam parentum suorum resignavit dominia sua in manus Domini temporalis salvo quod reservavit sibi ad utilitatem domus nostræ.

⇨ Quinquaginta rhenenses relictis a domno Adolfo Contereau

L rhenenses hæreditarij census supra unum dominium dictum Kobbeghem (*au-dessus de la ligne* : Grimbergen *et en-dessous de la ligne* : Releghem).

⇨ Item quadraginta rhenenses relictis a domno Petro Eeckaert.

Item domnus Petrus Eeckaert reliquit domui multa bona circa quadraginta rhenenses annue tam ex parte patris quam ex parte materteræ relictæ Petri Wyckman de qua recipimus annue te Vischeroel VI rhenenses et octo sc. et supra opidum VJ renenses.

⇨ Domus Salvatoris prope Villam Francam incorporata ordini.

Domus Salvatoris prope Villam Francam in Aquitania fuit hoc anno incorporata ordini. Hanc fundavit honorabilis Domians D. Visianus Valet mercator Villæ Francæ Ruthenensis cum magistro Joanne Valet eius patre et matre et Gulielmo Chabaudi cognato eius pariter mercatore dictæ villæ, qui obiit circa annum 1451. Nobilis autem Catharina Garnier fuit uxor et executrix testamenti dicti Vesiani Valet quæ obiit 1 augusti 1482 vel præcedenti.

⇨ Gabriel de Castilione permaximus benefactor domus Scalæ Dei.

Magnificus dominus Gabriel de Castilione magnus benefactor et quasi alter fundator domus
Scallæ Dei fato defunctis est hoc anno 2 novembris.

⇒ Domus Lovanienis circa hunc annum 1491 ædificari cæpta est.

Circa hunc annum initium sumpsit amplissima domus Beatæ Mariæ Magdalenæ sub Cruce in Monte Calvariæ Lovanij. Huius monasterij fundum dedit venerandus dominus Walterus Waterleet alias Henrici tunc præpositus Malbodiensis et scholasticus Sanctæ Gudulæ Bruxellis antea verò cantor et capellanus (ut vocant) serenissimi ducis Burgundiæ etc. Caroli occisi in prælio ante Nancij, fundus autem quem dabat 4 fere bonariorum erat cum domo stabulis ut horreis desuper tunc in eum finem ab eo cõemptus, cuius administrationem committebat domno Henrico Duvelant, priori domus Sanctæ Catharinæ prope Antverpiam qui primus pro nova plantatione huius domus multum laboravit in acquirendis licentijs et privilegijs a serenissimo tunc archiduce Philippo primo ab episcopo Leodiensi, magistratu Lovaniensi, capitulo Sancti Petri et paracho Sancti Jacobi in civitate Lovaniensi, alias usque ad hunc annum Domini 1491.

⇒ Circa festum 11 millium Virginum, duo isti patres cum frater Nicolao donato domus Antverpiensis primi inhabitare cæperunt locum assignatur.

Tunc enim huc missus fuit domnus Joannes Scillinck professus domus Gandavi antea prior Delfensis, et institutus fuit rector huius domus, venitque cum eo etiam missus domnus Joannes Vekenstyl, alias de Lovanio, seu Lovaniensis primus hic procurator antea vicarius prædictæ domus Sanctæ Catharinæ.

⇒ Anno 1492 in festo sancti Urbani papæ martyris quod tunc accidit in vigilia pentecostes incæptæ sunt duæ primæ cellæ præsentem magnam multitudinem populi. Nam pater procurator domnus Joannes Vekestyl attentius considerans hoc in loco castas animas Deo et Beatæ Mariæ Virginis perseveranter et perpetuo (uti bene sperabat) servituras non incongruum fore putavit si per castas manus Virginum curaret inchoandum utriusque cellæ fundamentum. Itaque annuente reitore 13 Virgines ex nobilioribus et ditioribus opidi Lovaniensis electas ad hoc opus invitaverat quæ **communi** consensu piæ petitioni morem gerentes ubi ad locum accesserunt illico primos utriusque cellæ lapides singulæ singulos in fundamentum posuerunt offerentes super unum quemque lapidem nummum aureum et argenteum. Religiosis cantantibus Veni Creator.

Sequenti anno 1492 duæ primæ cellæ cum ambitu utriusque fundatæ sunt a præfato dominus Waltero Waterleet et honesto cive Antverpiensi Joanne van Overhoff. Idem dominus Walterus fundavit et datavit unam cellam in Schuet ut diximus anno 1478, obiit anno 1494. Cellas reliquas diversi tum ecclesiastici tum seculares fundaverunt, unam cum ambitu suo dominus de Bergis op Zoom cuius posteri marchiones vocantur, sextam cellam procuratoris fundavit anno 1496 serenissima ducissa Margareta vidua supradicti ducis Caroli occisi, eratque ipsa regum Angliæ filia et soror octavan cellam cum ambitu suo fundavit Walterus Gielis alias de Pottere Buscoducensis sed civis et mercator Bergis Zoomiæ cælebs sine uxore et liberis. Insuper et ecclesiam nostram ædificari fecit post mortem per fratrem suum germanum Gisbertum Gielis anno 1499 obiit autem idem Walterus anno 1497. Templum autem quod ipse ædificari iusserat diu postea auxit seu chorum illi templo addidit et multa alia extrui curavit nobilis domina Magdalena de Hamalia vidua domini de Chievre, Croy, etc. cuius posteri duces Arschotani vocantur. Hi ergo pro primis et præcipuis benefactoribus nostris habentur. Refectorium cum pennario et dependentijs comes Henricus de Nassau extrui fecit.

⇒ Henricus Hinckaert dat nomen ordini nostro in Schuet.

Hoc anno octava may fuit in Schuet receptus ad osculum pacis domnus Henricus Hinckaert nobilis filius Joannis Hinckaert militis qui postea IX junij fuit vestitus et anno revoluto fecit professionem 7^a junij duobus scilicet diebus ante principalem diem suæ professionis de consensu visitorum, eo quod incideret in vigiliam Pentecostes quæ dies propter longum officium et alius minus idonea est. Nec hoc alquis miretur quia alia tunc iura erant quam quæ nunc nam et in secunda parte

statutorum novorum cap. 7 n. 13 habetur quod prior Cartusiæ possit dispensare ut ad professionem admittantur infra annum personæ quarum sufficientia hoc meretur.

Extat tabula in sacello sanctæ Annæ in Lacken, quam circa professionem fieri curavit prædictus domnus Henricus Hinckaert annorum tunc 22, ubi depictus est ad vivum, in medio imago est crucifixi sub qua hæc pia verba leguntur. Quis cogitare sufficit qualiter Deus prævenerit nos, venerit ad nos, subvenerit nobis, singularis illa Majestas se humiliaverit, ut nos sublimaret, incarnari dignata est, ut spirituales efficeremur mori voluit, ut viveremus, servire ut regnemos, exulare ut repatriaremur, et omnibus bonis æternaliter perfruerem.

⇨ Curtis de Alsinghen

Iste Henricus legavit domui tam in bonis hæreditarijs quam in redditibus pecuniarijs circa sexaginta florenses annue. Et ex parte ipsius venit domui pro parte curtis te Halsingem sed pater prior Mathias emendavit dictam curtim et a diversis mit terras scilicet a Paulo Vrelant, Joanne Eeckaert et alijs multis ita ut iam valeat annue XLII modios et in **sis???** siliginis quia ab Henrico non habuimus nisi novem modios siliginis et novem petros in pecunijs. Et dominus Joannes, miles dedit ibidem parvum pratum circa dictam curtim situm de quo recipimus annue XX s. in memoriam anniversarij dicti domini Joannis de Mol et pro quibus intendit

⇨ Obitus Joannis de Elzelaer

Hoc anno (ni fallor) (*au-dessus de la ligne* : alias 1494) 24 julij obiit honestus ac discretus vir Joannes van Elzelaer, magnus amicus et fautor ordinis et benefactor præcipue domus nostræ, qui sequenti die fuit in nostro ambitu sepultus iuxta coniugem suam, qui multa bona nostræ domui reliquit puta domos agros prata nemora redditus hæreditarios de quibus bonis semper quatuor partes ministrandæ erunt indigentibus quintam vero partem semper domus pro suis laboribus reservabit.

⇨ Brugenses bello lacescuntur a Nassauio

De externis hoc tantum invenio nontandum Brugenses multas calamitates perpessos fuisse, Eingelbertus enim Nassouius Flandriæ gubernator occasionem captabat puniendi eosdem Brugenses ob captum Rom. regem ac iniquarum pacis conditionum extorsionem quare ex Hannonia evocavit præsidiarios milites dictos la Garde et permisit prædas, circa civitatem agere, et quia eo inconsulto arma ontra Guardianos sumpserant dixit ex parte eorum pacem violatam, quare agrum Brugensem diligenter ab eisdem pervastari curat, tandem magna summa pecuniæ pacem dedimunt, et maiorem partem in rem Nassauij numeratam assorit Huterus e qua certum est Palatium Nassauicum, quod hodie Bruxellæ visitur amplissimum pro maiori parte fuisse constructum duravit hoc bellum nensibus quatuordecim. Sed illiud nostro tempore flammis conflagrasse vidimus arca annum 1515.

⇨ Ignatius Loyola nascitur

In hunc annum incidit ortus beatæ Ignatij Loyolæ Hispani, Societatis Jesu fundatoris. Quem virum sociosque Deus misericordie sua providentia suscitasse ab omnibus viris pijs et prudentibus existimatur ut Luthero quem paulo ante natum diximus eiusque sectatoribus emendatione sanctitateque vitæ resisteret, nempe quo tempore Sathanas ad perdendum aliquos excitat, Deus ad salvandum lios erigit.

⇨ Ad cælos migrat domnus Joannes de Aldenardo, quem summis laudibus effert Dorlandus lib. 7 cap. 34.

21 novembris in festo Præsentationis Beatæ Mariæ obiit domnus Johannis Jacobi de Aldenardo antiqua sacrista domus Capellæ bene 33 annis vir bonus et devotus gratosus et exemplaris fratribus.

Anno 1492 initio januarij Rom. rex ac Anna Britonum dux filia natu maior Francisci postremi Britonum ducis qui sine liberis masculis obiit de ineundo matrimonio invicem daut fidem. At rex Franciæ Carolus eadem appetere nuptias ducem Annam cum urbe Renesio in qua agebat antequam Maximilianus iustas copias submittere posset qui iuris facit, de cetero hic annus satis felix faustusque fuit. ⇨ paulo post frater prædicti domnus Joannes Leodij viam universæ carnis ingressus est.

Anno MCCCCLXXXII 10 Januarij hora 6 mane obiit domnus Daniel de Aldenardo, quondam procurator domus Leodiensis, qui tria missalia, collectaneum et Martyrologium scripsit.

Die prima ferbruarij dictum fuit Romæ qualiter rex Hispania habuit victoriam de Granata, ipsumque cæpit et dominatus est. Eadem die miraculum in urbo fuit. Nam cum dominus Petrus

Gondisalus de Mondoza, cardinalis Sanctæ Crucis de sua impensa (et ordinis nostri) faceret incrustare et de albare dictam ecclesiam operarij repererunt titulum cruci Christi affixum in summitate arcus. Vide Eccles. Anal. Tom. 18 ad annum 1492.

⇒ Leodiensibus pax stabilis reddita

Hoc anno in ditione Leodiensi inter Horneos et Arenbergios pax est firmata ut Everardi filius filiam comitis uxorem duceret. Quo facto Everardus ipse Joannem Horneum episcopum mense martio in gratiam recepit atque 8 calendas augusti Traiecto Leodium magna cum nobilium popa/pcpa deduxit.

⇒ Granata Hispanis dedita.

Ferdinandus Castellæ rex occupata Granata Bætiam Mauris eripit, eodem anno 124 millia familiarum Judaicarum ex Hispania pulsa testatur Onufrius.

⇒ Pontificum successio.

Hoc anno Innocentius 8 papa obiit 8 calendas augusti. Vacat sedes dies 26 succedus Alexander VI Hispanus, Rodericus Borgia ante pontificatum dictus.

⇒ Fundatores domorum.

Circa hunc annm obiit illustrissimus princeps dominus, dominus Joannes de Burgundia, comes Miduensis alter fundator domus Apponiaci.

Item hoc anno 17 martij moritur honorabilis domina, domina Catharina Meysnerin (*au-dessus de la ligne* : Meijsenier) altera fundatrix domus sancti Laurentij in Ithingen.

⇒ Domnus Joannes Pistoris senior domus Gandensis, laudatur præcipue a charitate.

Domnus Joannes Pistor fuit senior domus Gandensis a patienti diversarum sufferentia tentationum laudabilis, longo enim tempore multas et graves tentationes supra modum sustinuit in ordine sed postmodum mirabiliter operatus est Deus in eo. Multis annis infirmarius fuit et ita humiliter et affectuose fratribus servivit ut in hoc similem Gandensis cartusia non habuerit, tanta fuit animi quiete ut ne minimum unquam signum dederit indignationis vel murmuris virtus caritatis erga omnes fratres excellenter super omnes virtutes in eo præfulsit : quod clare patuit dum in extremis suis optime fratres de caritate admoneret instar dilecti discipuli apostolique Joannis, et sese alter utrum diligerent, ex circumstantibus unus, movuit eum ne se tantum loquendo gravaret acceleraretque noxam, quam fælîx essem, inquit, si talia loquendo arcinam darem obiit decima augusti in festo Sancti Laurentij martyris.

⇒ Christophori Columbi navigatio.

Christophorus Columbus ligur a Ferdinando Castellæ rege navibus instructus kalendis septembris ex Hispania solvens lustratis primum insulis fortunatis quas Canarias vocant cum navigationem ulteriorem instituisset ses alias insulas reperit et inito fœdere cum rege duarum ex istis grandiarum insularum in Hispaniam prospero cursu redijt. Hæc illorum itinerum origo, institutæque ad incognitas orbis terrarum oras navigationis hoc initium fuit.

⇒ Hollandi ab hoc quoque tempore emergere cæperunt et præcipue Antverpia. Vide Huterum ad hunc annum.

Mirum certe est, ut pie philosophatur Huterus, circa idem fere tempus Hispanos ad Orientem Meridiem et Occidentem, Lusitanos ad Septentrionem Orientem et Occidentem diversas terræ plagas, nova incognita **mana** ingressos, novos portus insulas ditiones ac populos reperijsse Hispaniamque immensis opibus replevisse. Belgas vero ab ijs acceptas merces ingenti quæstu ac commodo per universam Europam distribuissse. Et quamquam Angli et Franci invidia tecti hi Belgis, illi Hispanis tantorum proventuum accessionem subinde eripere sint conati, nil tamen, in hunc usque diem efficere potuere, quam ut subinde accepta clade mæsti discerent divinæ voluntatis nutu hunc

regi mundum, conversiones eius admirabiles dirigi, regna erigi, stabiliri ac everti, monarchiam semper unam constitui, quæ novatires ac turbulentos in ordinem cogeret, religionem unam soledamque ac leges conservare.

⇨ Rebelles in Hollandia domantur

Dux Saxoniae Harlemenses et Alcmarianos tumultuantes hoc anno compesivit cui dono dedere decem millia florenorum, quæ ille non in rem propriam sed in stipendia militum Rom. regi apud belgas merentium convertit.

⇨ Pax Gandensibus datur.

Rebelles Flandri non minus quam fideles bello defatigati unanimi consensu Mechliniam ad archiducem Philippum ac Albertum Saxonem pro pace legatos mittunt, quæ instantibus calendis julij est data vocataque pax Casantiana.

⇨ Clivius alias Revastinus ad pacis conditiones cogitur et Slusa capitur.

Restabat solum Clivius rebellis in urbe Slusana qui ex hoc opido ab eo tempore quo primum Gandavi pro Rom. rege obses factus est usque in hunc annum tantum damni in commodique Zelandiæ Hollandiæque insulis portibusque nocte dieque actuarijs navibus discurrendo latrocinandoque intulit, ut vix lector quæ quiennio contigere scribenti crederet Brugensis enim et Slusani opibus ac mercatura eo tempore florentes etiam re nautica vicinos omnes facile superabant. Sed postquam mercatura Brugis Antverpiam migravit, nauticum quoque artem vicinis omnibus concessere. Vide Pontum Heuterum.

Clivius alias Ravastinus post petita sæpius certamina tandem debellatur a Saxoniae duce pacisque conditiones accipere coactus est.

⇨ Oppidum Atrebatense suo principi vindicatur.

Nec silention prætereunda celebris opidi Atrebatensis receptio. Joannes enim Marius, civis Atrebatensis Grisardus vulgo a multa cavities vir quidem fortunæ tenuis sed acris ingenij suique principis per quam studiosus cooperantibus quibusdam alijs civibus miro prorsus **stratagema ??**. Maximiliani atque Philippi filij militem in Atrebatense opidum quod totus quindecim annos sub insolentissimo Gallorum iugo ingemuerat admittit. Hinc cives Atrebatenses in Galliam a Ludovico XI relegati post diuturna exsilij tædia cum ingenti lætitia penates suos postliminio repetunt.

⇨ Simon Rufius, professus domus Gandensis et vicarius domus monialium dignissimus moritur.

Vir vitæ venerabilis domnus Simon Rufius professus domus Gandensis et unanimi suorum conventualium suffragio electus in priorem ipsis negatus est, quod Brugis vicarius monialium existeret rareque virtute et probitate eas regeret. Qui cum senio affectus magna instantia absolutionem cum repulsa potijisset visus est impetrasse a Domino nam cæcus effectus varijsque insuper afflictus morbis utque aurum in igne probatum in magna patientia vixit sibi, plenusque meritis et annis hoc anno 27 novembris obdormivit in Domino.

⇨ Frater Ludolphus Coolsmet donatus.

28 novembris obiit in Schuet frater Ludolphus Coelsmet, donatus vir agriculturæ deditus qui habuit senioremonachum huius domus patrum.

⇨ Bernardus professione cartusianus claruit in Silesia anno 1493.

Bernardus N, professus cartusiæ Passionis Jesu Christi prope Legnitz, Silesiæ urbem, natione Germanus claruit sub Frederico imperatore 3 circa hunc annum. Vir fuit (uti Eisengreinus ait) cum confessionis gloria tum vita et conversatione plurimum insignis, Philosophus clarus, historicus

celeberimus multarumque litterarum et rerum peritissimi ferturque multa cum primis præclara scripsisse volumina, ex quibus Trithemius ait se vidisse dialogum pulcherrimum de laudibus et miraculis beatæ Mariæ Virginis.

⇒ Pax inter principem nostrum et Gallorum regem.

Anno 1493 decimo calendas junij Silvanecti pax inter Maximilianum, Philippum filium et Carolum Gallorum regem ingenti omnium lætitia sancitur : qua integer Artesiæ comitatus excepta Bononia aliisque ab antiquo occupatis locis Philippo restituerentur.

Sponsalia Margaretæ Maximiliani Austrij et Mariæ Burgundæ filiæ cum Carolo delphino anno 1483 Ambosij celebrata dissoluuntur, atque ad patrem virgo remittitur.

⇒ Fredericus tertius moritur.

Fredericus eius nominis tertius imperator obiit Lintzij Austrio opido e maligno ulcere in pede nato, quem cum tibia secundum spe longioris vitæ medicis præbens ac res peracta satis feliciter se haberet mense augusto in profesto Assumptionis in cœlum Domina Virginis Mariæ imprudenter ab omni cibo pietatis causa abstinens (observantissimus enim erat princeps religionis maiorum) octo meloppones sedandæ sitis causa concedit quamque bibens (adeo enim vini parcus per omnem fuit vitam, ut a multis **absermius** haberetur, hinc tantopere temulentos habebat exosos) debilitato naturali calore in stomachi incidit dolorem, qui sensim auctus tandem aluum solvit, prostrataque virtute retentiva (ut medici loquuntur viribusque exhaustis 19 die augusti hoc anno 1493 Deo animam reddidit anno ætatis 78 pacata universa Germania imperavit annis 53 mensibus 4 cæsarem Augustum ætate tribus annis superans ab eo in imperio tribus annis superatus.

⇒ Maximilianus I Austriacus patri in imperium succedit.

Successit in imperium filius Maximilianus.

⇒ Visitorum mutatio.

Anno præcedenti prior Monachorum, domnus Arnoldus Hukelen, fecerat collationem Cartusiæ in capitulo generali et descenderat principalis visitor cum quo prior domus Capellæ visitavit provinciam loco prioris Gandensis qui ert tunc tantum convisitor sed hoc anno ascendens ad capitulum redijt visitor et prior Monachorum obiit in januario sequenti.

⇒ Obitus convisitoris provinciæ.

Anno 1494 24 januarij obiit domnus Arnodus Hukeken, prior domus Monachorum, convisitor huius provinciæ.

⇒ Item ducis Alenconij.

Circa hunc annum obiit etiam illustrissimus princeps dominus, dominus Renatus de Valois, dux Alenconij. Successor fundatoris Vallis Dei in provincia Franciæ.

Ordinationes capituli huius anni videamus quantum Sanctæ Eucharistiæ cultus in periculis proficuus sit Annal. Ecclesiastici ad an. 1494 ostendunt. Concedimus, inquirunt, diffinitores non celebrantibus et conversis ac donatis quod communicent in conventu in festo Corporis Christi sicut in festo Natalis Domini Paschæ et Pentecostes.

⇒ Alexander VI confirmavit privilegia ordinis.

Intimamus omnibus personis ordinis quod S.D.N. papa Alexander sextus confirmavit omnia privilegia ordinis, non tum de rare bullam invenio.

⇒ Eleemosyna petitur a provincia pro Monialibus Brugensibus.

Hortamur omnes priores et conventus provinciæ Teuthoniæ quatenus in charitate Christi subveniant Monialibus domus Sanctæ Annæ prope Brugas propter diuturnas guerras (quas supra fuse satis narravimus) in magna necessitate constitutis per piam eleemosinam ne cogantur periculis exponi.

⇒ Domus Campensis ordini incorporata.

Novam plantationem prope Campis ordini nostro incorporamus quam domum Sancti Martini in Monte Solis prope Campis nominamus.

Maximilianus thalamum redintegrat cum Blanca Maria Galeacij Mariæ Sfortiæ ducis Mediolanensis filia, quam pater septingentis aurorum ducatorum millibus donatam dimisit.

⇨ Philippus Austriacus inauguratur provincijs Belgij.

Hoc anno 1494 cæsar Maximilianus una cum nova nupta sua uxore Maria Blanca in Brabantiam descendit, quo præsentè Philippus Austriacus eius filius agens annum 16, Brabantia, Flandria, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Frizia ceterisque provincijs maternis inauguratus est.

⇨ Carolus 8 regnum Neapoli occupat.

Carolus VIII rex Gallia, magnis copijs in Italiam transgressus statum Florentina reipb. mutat, et pulsus Aragonijs regnum Neapolitanum occupat.

⇨ vide in initio operum Thomæ de Kempis.

Extat epistola ut domnus Georgij Lirc-Kamer, prioris domus carthusianorum Nurembergensis missa ad M. Petrum Danhuser pro edendis operibus Thomæ a Kempis scripta 17 calendas martias

⇨ Obitus fratri Hermanni Vicke, conversi.

In profesto sancti Georgij papæ, obiit in Schuet frater Hermanus Vicke, conversus huius domus, vitrifex, vir simplex et bonus ac fidelis in opere suo. Primo fuit receptus ad statum donatorum et postea factus est conversus, qui laudabiliter se gessit et erat religiosus bonus et obediens.

⇨ Sepultura nobilis dominae Margaretae Herdinx.

Hoc anno 10 junij obiit generosa domina, domina Margareta Herdinx(sic), coniunx quondam dominus Roberti Contereau, militis locum tenenis feudorum ducatus Brabantia, quæ obiit in domo sua te Relegem et est apud nos sepulta in ambitu, quæ habuit hic filium domnus Adolphum Contereau. In cuius sepultura fuerunt filij sui, scilicet dominus Joannes Contereau, miles, postea ammanus opidi Bruxellensis. Dominus Philippus Contereau, miles, custos privilegiorum Brabantia. Magister Leonardus, consiliarius cancellaria Brabantia. Magister Carolus Contereau, canonicus et thesaurarius ecclesie Antverpiensis. Dominus Henricus van Schoonhoven, nunc miles, qui duxit ipsius defunctæ filiam in uxorem. Et in eius Exequijs fuerunt multi, scilicet abbas Affligimia et multu alij quia domina Margareta erat soror dominus Gosuvini Herdinx, abbatis Affligimensis.

Gualterus Waterlet, alias Henrici, cantor et capellanus Caroli ducis Burg. scholasticus Sanctæ Gudulæ et canonicus Sancti Petri Lovanij, in qua instituit festum recollectionis festivitatum Virginis.

⇨ Obitus dominus Walteri Henrici, magni benefactoris nostri.

5 alias 6 decembris obiit dominus Walterus Henrici, præpositus ecclesie Malbodiensis, magnus benefactor domorum ordinis, fundator et dotator unius cellæ in domo Buxellæ, et pro fundo novæ plantationis Lovanij, dedit magnam summam pecuniarum.

⇨ Item cardinalis Sanctæ Crucis in urbe, Petrus Gonzalus Mendozius.

Anno 1495, 11 januarij obiit reverendissimus in Christo Pater dominus Petrus, archiepiscopus Toletanus et cardinalis Sanctæ Crucis in Hierusalem qui de novo construxit ecclesiam Sanctæ Crucis in urbe. Et in obitu suo legavit quadringentos ducatos pro ornamentis reliquiarum et sacristia præfatæ.

Postridie nonas aprilis cæsar ex Belgio in Germaniam est reversus, atque Wormatia comitia celebrat.

Archidux Philippus statum reipb. Belgicæ ex consilio ordinum in meliorem ordinem redigit.

⇨ Reverendus pater domnus Petrus Ruffij.

Reverendus pater Cartusiæ prior Antonius de Sarno abdicavit se dicto officio et factus est prior domus Apponiaci, succedit ei in prioratum Cartusiæ dominus Petrus Ruffi, multa scientia et experientia præditus.

Indicuntur preces et sacrificia pro reverendissimis episcopis fundatoribus novæ plantationis in regno Franciæ ac eorum complicibus sequenti anno domus Campi Sancti Michaëlis d'Auray incorporata est ordini, An. hæc sit non est mihi certo compertum.

⇨ Prior Lovaniensis visitator et super intendens ibidem.

Hoc anno 1495 illustrissimus et reverendissimus dominus Joannes de Horne, episcopus Leodiensis, constituit priorem domus Lovaniensis perpetuis temporibus visitatorem et super intendentem xenodochij infirmorum in opido Lovaniensi.

⇒ Frater Amandus Amelen, conversus, moritur.

18 maij obiit in Schuet frater Amandus Amelen, conversus huius domus, qui fuit lapicida et satis egregius in opere suo, ante ingressum ordinis fuit nuntius scholarium almæ universitatis Parisiensis, postea se ad servitium Dei contulit et pro constrendo sibi cubiculo dedit semel L rhenenses.

⇒ Item prior domus Ultraiectinæ.

Domnus Christianus de Mera, Harlemensis professus et prior domus Ultraiectinæ sede et vita excedit in profesto Sancti Martini, succedit domnus Otto de Wolffswinkel dictus de Amesfordi.

Eodem anno obiit 3 decembris frater Joannes Huckelen, donatus et sartor huius domus.

⇒ Domnus Gaspar vander Stock, prior Capellæ moritur.

Hoc anno 7 octobris obiit domnus Gaspar vander Stock, professus et prior domus Capellæ, alias etiam Delphensis ac convisitator provinciæ, quittavit nobis in morte L rhenenses cum consensu conventus.

⇒ Obitus Blancæ uxoris Maximiliani imperator.

Anno 1496, Blanca Maria Sfortia Maximiliani cæsaris altera uxor inter venandum (velut et Maria Burgunda an. 1482) equo delapsa paulo post e casu simul cum fœtu quem utero gerebat, nullis liberis relictis absente marito perit.

⇒ Philippus archidux in Germaniam profectus in ditionibus paternis in principem inauguratur.

Philippus archidux a patre cæsare iam antea vocatus in Germaniam circa finem mensis aprilis proficiscitur. Calendas maij ligneam avem magno civium gaudio altissima arbore deicit civesque eius sodalitates liberaliter donat. Historia Leodiensis habet præterito anno una cum patre in Superiorem Germaniam profectum fuisse ut sicut provincijs Belgij maternis inauguratus erat consimili ratione paternarum ditionum hæres ac successor declaratus sit. Philippi autem custos adiunctus fuit episcopus Leodiensis, cui in viaticum biennij quo abfuit populus Leodiensis mille et quingentos florenos contribuit.

⇒ Ostenta.

Hoc anno multa ostenta visa sunt in aëre nam mense maijo plures circuli apparuerunt et 8 calendas junias parelij tres conspecti sunt : et 14 calendas junias tonitrua et fulmina et grandives et inusitata tempestates magnam calamitatem satis et alijs plerisque rebus omnibus intulerunt, quo tempore maleficus Leodij et latro positus in rota fuit qui pœnitere noluit.

⇒ Licentiæ contra statuta periculosæ nec petendæ.

His signis Deus sæpe provocat homines ad pœnitentiam, Et in capitulo nostro satis acris reprehensio facta, quam hic subijcere placuit ut non simus proni ad nimias licentias patendas. sic habet : cum statuta et ordinationes capituli generalis prohibeant ne monachi in spatiamenti extra cellas comedant vel libant. Et in pluribus domibus prætextu illius consuetudinis et licentiarum quas se habere dicunt contrarium observetur in maximum scandalum observantiæ et honestatis ordinis, sequuntur enim et fiunt ex præfatis comessionibus inter ipsos ad invicem actus dissoluti inverecundi rixæ et ebrietates, et quam plurimæ aliæ dissolutiones in iniuriam Dei et ordinis et habitus irreverentiam. Idcirco volentes etiam talibus de remedio opportuno providere, omnes et singulas licentias concessas seu permissas comedendi seu libendi extra domorum clausuras, vel intra, vel extra cellas revocamus irritamus et cassamus. Et visitoribus et prioribus inhibemus ne de cetero huiusmodi licentias concedant, aut talibus uti permittant. Quo si fecerint sint de facto ab eorum officijs suspensi. Et petentes tales licentias vel exeundi ad visitandos parentes cuiuscunque gradus et status fuerint sint per unum mensem in disciplina generali.

⇒ Joannes Overhoff secundus fundator domus Lovaniensis et primus dotator.

Hoc anno 1496, die 15 junij, obiit Antverpiæ, honorabilis Joannes Overhoff, magnus benefactor et secundus fundator domus Lovaniensis, dedit enim anno 1488 agrum æstimatum annue 700 florenis, ex quo propter lites semel acceperunt nostri 6500 renenses, et nisi præsidio tanti proventus sperassent se sublerandos distulissent hanc foundationem dedit in promptu præterea sexentos florenos aureos Andræ nuncupatos, dedit et 400 florenos pro fundatione primæ cellæ.

⇨ Nuptiæ Philippi, principis nostri cum Joanna Arragonia.

Hoc anno mense septembri ex Hispania appulit in Zelandiam Joanna Arragonia Ferdinandus et Elizabethæ Hispaniarum regum filia sponsa Philippi Austriaci qui et ipse mox insequenti octobri ex Germania in Brabantiam reversus est, nuptiasque mox Lyræ celebravit exiguo cum comitatu ac parva pompi sed postea Bruxellæ regia plane magnificentia restaurata sunt.

⇨ Isabella Joannis secundi Castellæ regis vidua et prædictæ Joannæ avia moritur et in Burgensi cartusianorum monasterio sepelitur.

Dimidiato mense augusto in Castella Ulteriosi serenissima domina, domina Isabella conthoralis quondam dominus Joannis Castellæ regis et mater Isabellæ reginæ pro tunc regnantis decessit e vita corpus eius in Burgense carthusianorum monasterium translatum est loco ubi vir eius, Joannes eo nomine secundus Castellæ rex fuerat compositum de oridine optime meritus.

Anno 1497 mense februario, Margareta Austriaca Maximiliani imperatoris et Mariæ Burgundæ filia, Philippi principis soror, ad Iberos proficiscitur Joanni Arragonio Hispaniarum principi elocanda.

⇨ Obitus domnus Simonis de Horreo, prioris domus Gandensis et visitoris .

Hoc anno prioratum cum vita deponit domnus Simon de Horreo, professus et prior Cartusiæ Gandensis, nec non visitor huius provinciæ. Vir magnæ probitatis, qui fuit primus prior domus Delphensis.

⇨ Item domnus Henrici a Duvelandia, prioris Antverpiensis.

Item 20 januarii obiit venerabilis patris Henricus a Duvelandia, prior domus Antverpiensis et quondam convisitor, magnus promotor novellæ plantationis in Lovanio.

⇨ Prima intimatio de recuperanda domo Sancti Stephani, in quo requiescit corpus sancti Brunonis patris nostri.

Intimamus (inquiunt diffinitores capituli generalis) universis et singulis prioribus domorum ordinis quod divina favente clementia recuperaturi sumus in proximo monasterium Sancti Stephani de Boscho in partibus Calabriae constitutum in quo requiescit venerabil ac sanctissimum corpus beati Brunonis patris nostri, qui primus cartusiensis ordinis cooperante Spiritu Sancto fundamenta iecit, et sanctæ nobis conversationis habitum regularesque observantias in quibus nunc vivimus dereliquit, verum quia pro expeditione bullarum et solutione canonis seu legitimæ pensionis necessaria nobis est pro nunc certa quantitas pecuniarum ; fiet considerata qualitate domorum moderatissima taxa continens quod quæque domus præsidij porrigere possit et debeat, quamobrem hortamur omnes et sigulos priores ordinis et si opus sit eiusdem in virtute sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus ut ad tam sanctum et pium opus hilari corde et libera voluntate manus porrigant adiutrices, et quidquid cuique taxatum fuerit per visitatores principales provinciarum quilibet exponat animo tam libero quam volenti. Et etiam dicti visitatores teneantur absque retractione portare vel per nuntium mittere reverendo patri Cartusiæ ad futurum capitulum. Nec quisquam arbitretur se huiusmodi pecunias perditurum quoniam ubi primum monasterium præfatum ordini annexum fuerit et unitum, restituentur singulis suæ pecuniæ de redditibus et proventibus ipsius monasterij quod nos diffinitores une cum reverendo patre nostro generali præsentis scripto fatemur et pollicemur.

Ordinamus et volumus quod principales visitatores habeant colligere a singulis domibus provinciarum suarum taxam dimidij ducati, tamen a tribus provincijs Italiæ taxam unius ducati pro reparatione domus Sancti Crucis in urbe.

⇨ Walterus Gillis alias de Potetre pie moritur qui legasse dicitur triam millia florenorum domui Lovaniensi in charta capituli.

Anno 1497, die 17 augusti, pie in Domino obdormovit honestus et devotus vir Walterus Ægidij, vulgo Gillis alias de Pottere Buscoducensis sed civis et mercator Bergis Zoomiæ cœlebs sine uxore et liberis, qui fundavit et dotavit cellam Luovanijsic) imediate ante obitum suum et pro ædificatione ecclesiæ 300 lib fland. id est 1800 renenses.

⇒ Joannis Arragonij obitus.

Joannes Arragonius unicus Ferdinandi et Isabellæ Hispaniarum regum filius et hæres quarta octobris in ipso ætatis flore acutissima febre correptus mortem oppetit priusquam integrum annum in matriomonio peregisset Margaretam uxorem, sextum iam mensem gravidam reliquit, quæ audita manti morte tanto animi mœrore percussa fuit, et ante diem infantem pepererit, qui in ipso vitæ limine statim occidit. Joannes privato et publico Hispaniarum luctu funeratus est indicto 40 dierum iustitio sed et archidux Philippus solemnes ei exequias Bruxellæ celebravit Hinc Austrijs primum ad Hispaniæ regna pansum ostium.

⇒ Tres conversi vestiuntur.

Eodem anno in Schuet altera Simonis et Judæ fuerunt donati habitu conversorum frater Laurentius, frater Livinus Cooman et frater Lucas Warenberch qui anno revoluto eodem diem professionem emiserunt.

⇒ Item Judocus Fabri monachus.

Eodem anno XVI novembris monachus factus est apud nos domnus Judocus Fabri de Alosto qui fuit enutritus cum iuvenibus nostris Anderlaci et postea expensis nostris fuit missus Lovanium ad studia, fuit bonus scriptor, et anno 1512 institutus vicarius postea procurator ut infra.

⇒ Domnus Joannes Hac postqam fuit insutus ad sepeliendum ingemuit et extendit totum corpus quasi per dimidium pedem.

In profesto Conceptiones Beatæ Virginis Mariæ obiit domnus Joannes Hac professus huius domus, qui fecit conscribi plures pretiosos libros et ipservet conscripsit propria manu psalterium magnum in ecclesia (et esse illud quod nunc etiam habemus) arbitror etc., ostendit se fervorem habuisse abstinendo sæpius in pane et aqua, tandem senio consecutus multo tempore quasi puer custodiū debuit, et circa 7 ut 8 horam noctis prædicti diei graviter laborans et præ amaritudine mortis sæpius volens surgere de lecto visus est astantibus expirasse cumque ministri vidissent quasi corporis eius solidationem et cum infrignisse laverunt corpus eius et infuerunt more ordinis cumque iam fere totus esset insutus circumstantibus ministris ingemuit adhuc semel laboriose ita quod gemitus vel anhelitus eius audiretur ab eis et prolongavit tibias vel potius totum corpus suum per dimidium pedem vel palmam nam ita quod ex toto resuendus esset cuius anima requiescat in pace. Notetur præterea ne nimis festine corpora senum minus autem iuvenum sepeliantur. Hæc memoræ mandata feruntur per prædictum domnus Judocum Fabri vicarium unde colligitur partes suas etiam explesse circa scriptionem libri foundationis.

⇒ Hubertus de Loen vestitur monachus.

Anno 1498 XIII februarij, domnus Huberus de Loen, Buscoducensis, dedit nomen ordini, qui postea institutus fuit per visitatores prior Sancta Sophiæ in patria sua.

⇒ Carolus 8 rex Francorum obit sabbato plamarum(*sic*) post prandium.

Septimo idus aprilis obiit francorum rex Carolus octavus, annos natus viginti et octo, succedit Ludovicus Arelianorum dux rex huius nominis duodecimus.

⇒ Epistolæ commendatiæ capitulo dirigende prohibentur.

Præterito et præsentis anno in capitulo nostro generali sub gravissimis pœnis prohibetur ne prioris procurent sibi litteras commendetias a suis monachis capitulo dirigendas ut manuteneantur in officijs suis quod ex ipsis litteris multæ subordinationes fiant et generentur displicentiæ in cordibus aliquorum.

⇨ Eleoora archiducis filia maior nascitur.

Huius anni fine Eleonora est nata archiducis filia maior annis sequentibus regina prius Lusitaniæ deinde Galliæ priori coniugio quam posteriori felicior, in utraque fortuna salva probitatis fama.

⇨ Sepultura Ægidij vander Muelen.

Hoc anno obiit Ægidius vander Muelen, primus maritus Margaretæ hospitæ nostræ Bruxellensis. Et hic est apud nos sepultus circa Festum Sancti Laurentij.

Anno 1499, intimant diffinitores capituli generalis quod S.D.N. Alexander d. p. papa sextus favorabiliter annuit ut personæ ordinis vigore bullarum a sede apostolica concessarum solito more plenarie absolvi possint in articulo mortis, aliisque indulgentijs indultis ac previligiatis gaudere ut antea consueverunt non obstante suspensione nuper a sanctitate eius super hoc propter annum jubilæi proxime futurum emanata. Insuper sua sanctitas omnibus personis ordinis concessit preces prius consuetas in anno jubilæi promixe futuro omnes et singulas stationes urbis earundemque indulgentias consequi valeant ac si personaliter interfuissent. Excepta duntaxat jubilæi plenaria indulgentia quam ex causa concedere distulit, pro qua celerius et **integerrime** consequenda ordo laboravit qua adepta super annum aut futuro capitulo intimabitur cum plena auctoritate absolvendi.

In domo Capellæ sepultura nobilis dominæ cuius epitahium tale est : Cy gist Madame Isabeau de Bossut, Dame de Trelon qui trepassa l'an mil quatre cents quatre vingts dixnoefs.

⇨ Obitus domni Joannis Bruijne.

Hoc anno 8 maij obiit dominus Joannes de Bruijne, primus professus et procurator huius domus, oriundus prope Gandavum. Ante ingressum ordinis fuit sacerdos et capellanus domini de Robays. Fuit intendum vicarius sed computatis ans in officio procuratoris ante et post fuerunt triginta tres anni, fuit semper laboriosus nec sibi in aliquo pepercit. (*dans la marge* : eius sobrietas) Unum referam de quo certus sum quod in tanto spatio annorum nec semel ordinis ieiunia fregit (*dans la marge* : beneficia procurata) tempore suo multa procuravit præsertim a servitoribus domini de Robaijs quia interventu ipsius recepit ab uno dicto Henrico van Herzelle ultra ducentos henenses. Et a filia eiusdem domini aliqua clenodia et pacem argenteam. Multum zelosus pro ordine, plures infirmitates sustinuit, et multas lucratus est patientiæ coronas, cuius anima requiescat in pace.

⇨ Philippi principis in Atrebatense opidum ingressus triumphalis.

Hoc anno Philippus princeps Bethuniam Ariam ac Hesdinum ab Ludovico XII rege in potestatem recepit educto omni præsiario milite Gallico. Exinde 25 junij Atrebatum Artesiæ comes inaugurandus cum selecto comitatu proficiscitur. Erat princeps formosissimus annorum viginti et conius regiam maiestatem ore vultu totoque corporis habitu referens.

Anno 1499 Francus obiit Mediolanum, obtinuit ipsum, totumque ducatum per deditionem possedit, Philippum Ravestanum constituit principem Genuensium.

⇒ Curtis te Pede emitur.

Hoc anno empta fuit curtis dicta te Pee per venerabilem priorem Mathiam Tsergoossens et dominus Joannem de Groote, procuratorem, a magistro Joanne Surket consiliario ducis Austriæ, quæ quidem curtis pro nunc valet L modios siliginis et in argento ultra XL renenses. Pro solutione dictæ curtis fuerunt assignati ipsi magistro Joannis Surket in defalcationem principales summo XXVI rhenenses supra oppidum qui domui erant dati per dominum Henricum Hinckaert, monachum huius domus, et diversi redditus erant quitati et fuerunt applicati ad dictam curtim.

Insuper sciendum et memoriæ commendandum quod plures redditus qui venerunt domui ex donatione Joannis van Elzelaer erant redempti et quitati, et pro serenatione conscientiae ex dictis bonis computabuntur annue et asscribentur pauperibus quinquaginta rhenenses.

Hoc anno 5 aprilis sepultus est in cartusia Leodiensis, honestus et probus vir Bartholomæus de Lovanio, qui dicto conventui legavit 20 modios speltæ et 20 florenos hæreditariæ pro pauperibus ad voluntatem prioris dictæ domus distribuendos.

⇒ Dominus Ingelbus, episcopus ordinis nostri.

Hoc seculum florentissimum claudet et coronabit splendore insulæ suæ reverendissimus dominus, dominus Joannes Ingelbus, episcopus Laudanensis, pior domus Schenæ et visitator provinciae Anglicanæ, qui obiit hoc anno VII septembris.

Lubet hic summatim repetere domos ordinis quæ hoc seculo fundatæ fuere supra observo ordinem provinciarum.

1. Domus Salvatoris prope Castras incorporata ordini anno 1492
 2. Vallis Jesu Christi prope Segobricam, fundata a Martino rege Arragonum, qui obiit anno 1410
 3. Domus Jesu Nazareni in insulla Maioricarum, fundata ab eodem.
 4. Domus Beatæ Mariæ de Covis prope Hispalim, fundata a nobili et potente viro domino Petro Assan de Larivera, qui obiit anno 1425.
 5. Domus Beatæ Mariæ de Aniago, fundata a Maria regina Castellæ.
 6. Domus Beatæ Mariæ de Miraflores prope Burgos, fundata seu ordini data a Joanna secunda rege Castellæ.
 8. Domus Defensionis Beatæ Mariæ prope Xerecium, fundata a nobili et devoto viro Alvaro Obertos, qui obiit 1483.
 9. Domus Conceptionis Beatæ Mariæ prope Cazalla subsequitur.
 10. Domus SS. Donationi et Rogationi prope Nanetas, incorporata ordini anno 1450.
 11. Domus Campi Sancti Michaëlis d'Auray, incorporata ordini anno 1496.

12. Domus Sion prope Ziricæam in Zelandia, incorporata ordini 1436.
 13. Domus Dominæ Nostræ de Gratia prope Bruxellam. Anno 1456.
 14. Domus Sancti Bartholomæi prope Delfos in Hollandia. Anno 1470.
 15. Domus Sanctæ Sophiæ prope Buscoducum, circa idem tempus.
 16. Domus Sancti Martini prope Campes, 1485.
 17. Domus Beatæ Mariæ Magdalænæ Lovanij.
 18X. Doms Assumptionis Beatæ Mariæ in Anglia.
 19. Domus Jesu de Bethleem iuxta fundata a serenissimo rege Henrico 4 qui obiit 1422.
 20X. Domus Visitationis Beatæ Mariæ, incorporata ordini anno 1432.
 21. Domus Vallis Virtutis, fundata a serenissimo rege Scotiæ Jacobo primo.
 22. Domus Throni SS. Trinitatis in Pletriach in Slavonia. Vide annum 1436.
 23. Domus Sancti Laurentij in Itingen. 1461
 24X. Domus Aulæ Beatæ Mariæ in Buxia apud Memmingam. Anno 1404.
 25. Domus Pontis Beatæ Mariæ in Astheim. Vide annum 1436.

<p>26. Domus Passionis Christi apud Legnitz in Silesiæ ducatu, fundata per illustrium principem Ludovicum ducem Legnizensem. 1430.</p> <p>27. Domus Beatæ Mariæ Boni Lapidis Germanice Guitelstain per Ludovicum e Uldaricum Wittenbergenses comites. 1439.</p> <p>28. Mons Sanctæ Joannis Baptistæ quem Lantgravius Hassiæ in ditone sua construi curavit. 1442.</p> <p>29. Hortus Beatæ Mariæ in Illenbach a nobili quodam viro Balthazaro de Faer, circa annum 1454.</p> <p>30. Domus Beatæ Mariæ Annunciatae in Conraetsburch apud Padebornam Westphaliæ opidum per dominus Wernerum Baldewyn VI doctorem 1478.</p> <p>31. Cœnobium Transfigurationis Jesu Christi in Reinschaw prope Zwickaw in Misnia Saxoniae duces fundarunt anno 1478.</p> <p>32. Domus Sancti Viti apud Ratisbonam Bavariae opidum ordini attributa per ducem Albertum. Anno 1484.</p>	<p>33. Vallis Sanctæ Margaretæ in urbe Basilæensi, fundata per dominus Jacobum Zyebel. Tribunum plebis.</p> <p>33. Insula Reginæ Cœli apud Wesaliam, Adolphum Cliviæ ducem fundatorem habet.</p> <p>34. Domum Sancti Sixti in vico Rutila ordini obtinuit a concilio Basiliensi Carolus 2 dux Lotharingiæ.</p> <p>35. Domus Compassionis Beatæ Mariæ fundata est circa annum 1475 per Juliæ ducis.</p> <p>36. Castrum Beatæ Mariæ apud Dulmaniam per nobilem Gerardum Keppelium, obiit 1488.</p> <p>37. Templum Beatæ Mariæ apud Lubecam circa initium huius seculi 1400.</p> <p>38. Domus Legis Beatæ Mariæ apud Rostockium per dominus de Borhem qui obiit 1415.</p> <p>39. Corona Beatæ Mariæ in Pomeraniam. Sequitur.</p> <p>40 Pax Dei apud Schivelbein in Nova Marchia per magnificum principem dominus Conrardum de Herlichusen magistrum ordinis Theutonicorum. 1445</p>
<p>41 Domus Sanctæ Trinitatis apud Mantuam per illustrimus Joannem Franciscum ducem. 1416.</p> <p>42. Domus SS. Hieronymi et Bernardi apud Paduam per reverendum dominus Petrum donata episcopum. 1448.</p> <p>43. Domus Sancti Christophori apud Ferariam agnoscit Borsum Atestinum pro fundatore, obiit anno 1471.</p> <p>44. Domus Sancti Marci Vedanensis, incorporata ordini 1467.</p>	<p>Domus Florentiæ et aliæ duæ nec non. Domus Montelli forte ad hoc seculum referende sunt.</p> <p>Sunt aliæ recentiores verum ad sequens seculum 1500 pertinent de quibus suis locis Deo favente.</p>
<p style="text-align: center;"><u>Pacis otia</u></p> <p>Multa bella, prælia, seditiones, tragædias plusquam barbaricas spectavimus nunc libet cum principe pacis animum relaxare, non ut conformemur huic seculo, præterit enim figura huius mundi, et ut sapiens Lipsius aiebat Humana cuncta fumus umbra vanitas. Et scenæ iniugo, et ut verbo absolvam nihil sed Hoc scientes et intelligentes et spectantes, reformemur in novitate sensus nostri, ut non simus qualis est mundus et mundani scilicet vani superbi et ambitiosi sed conformemur filio Dei. Ea scribam quæ oculis hausit et posteritati mandavit domnus Joannes Ammonius Gandensis, professus Capellæ et quæ apud alios auctores non est facile invenire : De Baptismo Caroli V prolixius agit Surius noster quam aliquis alius ad cuius maiorem elucidationem eo libentius hæc ex præfato auctore descripsi boni consulat labor. Videbit certa amica pacis otia.</p>	

Anno Domini 1498 Quum illustrissimus princeps, dominus Philippus Maximiliani filius rex Castellæ esset Gandavi et uxor eius, et multi viri præclari per æstivum tempus instituti sunt ludi publici, et præcipue satigandi ludus. Et magna quoque certantibus et vincentibus proposita sunt præmia. Quapropter a civitatibus undique populus multus Gandavum confluebat, et singuli sua ferebant insignia vestesque novas et decoras. Bruxellenses autem ab ingressu pulcherrimo summum adepti præmium, quibus etiam princeps noster cum multis equitibus obviam processit, omnesque per portam cæsaream intraverunt Gandavum.

⇒ Bruxellensium magnificentia.

Tantus autem numerus hominum in curribus et in equis et quidam pedestres etiam venerunt Bruxella, ut ad quemvis locum transitus eorum unam integram contineret horam. Vittæ curruum multæ quidem videbantur interius aureo paludamento et holosericis insignes, postea vero dicebatur nobis hoc opus fuisse non magni sumptus tametsi argute excogitatum visuque pulchrum.

⇒ Antverpiensium liberalis pietas.

Sed Antverpiensium esseda vittas habebant de rubro panno laneo quas pauperibus in domo fratrum Gandavi scholasticis dederunt. Ab Aldenardo qui venerunt omnes habebant alba vestimenta, et quamquam numerus eorum fuit admodum copiosus, laudi tamen non dabatur illis quod eorum aurigæ sic erant vestiti sicut eorum magistri Sagittarij.

⇒ Alostensium mundanorum stultitia.

Ab Alosto qui venerunt in sinistro pede calceum nigrum in dextero album habebant quem exertum etiam de curru pleneque tenuerunt. Brugenses autem vestimenta bicoloria ab humero uno usque ad genu alterius lateris transuersim divisa gestabant. Sed longum esset molestumque fortasse lectori si omnium advenarum singula quæque referantur.

Locus autem ibi ars sagittandi gerebatur erat inter capitolum et planteam quæ est ante sacellum Divi Georgij et domum scabinorum. Nimirum iuxta locum ubi tempore belli patibulum stare vidimus (illa spectacula præ hoc certe gratiora) Qui locus quamvis est inæqualis, lignis tamen et tabulis ita constructus fuit ut æqualis esset. Interim vero per totam civitatem ubique locorum ubique temporum iucunditas et ludi et lætitia : Inter alias quoque morionum et scurrarum facetias insulentium scurra nominatus dodo palmam obtinuit propter novas et exquisitas novitates quas cottidie prorsus inauditas comminiscabatur qui postea diu etiam Gandavi mansitabat.

⇒ Montenses ab arte sagittandi præmium adepti.

Ceterum ab arte sagittandi summum præmium habuerunt viri qui venerunt a Montibus Hannoniæ. Sed enim viri qui venerunt a Traiecto Superiori vulgo Maastricht novum ludendi genus et argutum sane atque festivum attulerunt. Et licet perquam difficile foret hoc ipsum liquide verbis explicare, paucis tamen et aperte quædam de ea re ponam. Gandavi locus est in medio ferme civitatis vulgo de Coreleye dicitur ubi duo flumina simul permixta Sclade et Lia Leniter fluunt. Pontes duo lapidei alter divi Michaëlis vacatur : alter a pecudibus nomen habet et appellatur vulgo de Veebrugge distant ab invicem quantum possent arcu iaculari sagittæ. Sub pontibus labuntur aquæ dulces et salubres et plerumque perspicuæ præterquam magnorum imbrium tempore. Ab utraque aquarum parte sunt plateæ, deinde domus constructæ pulchræ et magnæ. Amphiteatrum quoddam videas in quadro positum. Ripæ distant ab invicem ad triginta pedes aut plus etiam, Et aqua satis profunda atque piscosa. Hic in medio aquarum positus est et fortiter infixus terræ, malus qualem noves magnæ solent habere. Atque in summitate mali posita est argute quædam domuncula rotunda et ampla quidem adeo ut quatuor aut quinque homines in ea possent consistere. Hæc erat ab inferiori parte ad tres pedes sursum asserribus clausa ac deinde usque ad tectum undique fuit aperta, tectum habebat parumper acuminatum. Porro a fenestris in circuitu tres pendebant Scalæ firmiter annulis ferreis annexæ, quarum unaquæque tres habebat gradus. Atque in mali circuitu sub domuncula paululum supra aquas constructum erat Scamnum ligneum quo semper exponebantur aduerti navicula, qui in domunculam moliri volebant ascensum. His ita concinnatis quando ludendi tempus appelebat advenerunt quidam cum navigio et Scala magna et ascenderunt in domunculam viri duo, deinde reductis Scala et navigiolo prædicti duo viri sedentes facimille (ut nobis videbatur)

absque laboro domunculam agitabant, voluebaturque sicut rota figuli nunc lente nunc voluciter uti volebant et quando volebant sistebatur. Sed a Scamno usque ad domunculam. Usque, altitudo erat, quanta est duorum hominum statura. In hanc igitur domunculam oportebat eum ascendere et intrare non adducta Scala aut alio quovis instrumento quisquis adipisci præmium desiderabat. Ad fenestram quippe cuiusdam domus ibidem in platea posita fuerunt super afferem opertum viridi panno præmia magna, quæ videri poterant ab omnibus, vasa argentea, amphoræ magnæ partimque deauratæ quatuor aut quinque. Huc igitur hominem multitudo convenit magna ; pari quidem ut certarent , alij vero certamen uti conspicerent. Qui autem parati erant volentes ascensum meditari advehantur semper sex aut octo viri et exponebantur super Scamno, deinde reducta navicula, alijs alij gradum faciebant. Interim vero domuncula plerunque non voluebatur usque dum aliqui etiam fortiter nitentes secundum gradum. Simul autem ut domuncula voluebatur pendebat homo scalæ manibus adhærens, pedes ab humeris abstracti subsistentium, nullum habentes sustentaculum totum corpus quatiebatur deinde cum magno populi risu homo cadebat in aquas. Sed complures aderant undique viri cum naviculis qui celeriter succurrent lapsis et natate nescientibus optularentur. Hoc modo certatum est acriter multis diebus, et ascendendi studium fernebat, alijsque recedentibus accedebant alij. Ego quoque die quodam cum illuc spectandi gratia venissem, spectassemque ad dimidiam fere horam, et interea nemo intravisset ; **abiæ** iam cæpi, cumque iam in ponte essem pecuali, ecce quidam invenis Gandavensis dolarius a vico qui longa moneta dicitur ascendens una manu primum gradum apprehendit ; et altera manu secundum gradum parumque insiliens tertium gradum apprehendit, et unum genu posuit in primo gradu et sic habuit stabilimentum. Neque domunculæ crebra revolutione excutiebatur, neque viri qui intus erant depellebant eum, sed toto populo iubilante et favente domunculam intravit, et propositum præmium accepit. Ceterum in alijs locis qui ludi agebantur non est mihi plane compertum, nam illo tempore magis operam dedi bonis litteris quam huiusmodi nugis. Audivi tamen quod in curia principis mulus erat quidam ferox admodum et mordax qui propterea leoni fuit obiectus spectante populo. Nam Gandavi semper clausi in lacu leonis aluntur. Cum igitur in locum spectaculo congruum leo mulusque fuissent adducti et a magistris sollicitati sunt. Mulus quidem ferocire et pedibus terram sculperet et postremas calces iactare. At leo caude terram verberare et terribili voce rugire, deinde excussa iuba accurrit ad mulum cum impetu, prioribusque sublatis pedibus suis pellem cum carnibus mulo detraxit, dorsumque muli ad costas usque denudavit et prorsus inutilem reddidit. Sed hæc hactenus

Encomium urbis Gandensis

ex J. B. Lambertino in theatro regio regum hisp.

Gandavum Flandriæ est Metropolis, ac pene totius Europæ inter urbes miraculum, suis viribus in hanc potentiam excrevit, cui tantum quo se iactat superest, quantum cæteris totius Belgij urbibus deest. Cuius si amplitudinem, magnificentiam, politiam gentisque involem, et nobilitatem spectes, vix ullam iuvenies, quam cum hac conferre queas multis illa quidem rebus clarissima est, vorum ortus, felicissimi Caroli cæsaris eam multo clariorem reddidit : certe decuit magnum et invictum principem, non nisi in magna et invicta urbe nasci. Quæ summa felicitas nobilissimus huic urbi citra aliarum urbium æmulationem non veligit.

⇒ Gandavi archiduci Philippo filius natus maximus Carolus, postea cæsar nostris quintus felici forte ipso Mathiæ apostoli memoria sacro die nascitur ipsa die bisextili, qui fuit 25 febrarij fer. 3. Anno Domini 1500 in festo Divi Mathiæ apostoli manæ ante horam quartam natus fuit Gandavi illustrissimus princeps dominus Carolus filius primogenitus illustrissimi principis et regis Castellæ dominus Philippi filij imperatoris Maximiliani. Quis autem ingenio tantus et eloquentia qui congrue enarrare possit cuncta quæ gesta sunt in hac tam gaudiosa lætitia et tam plæclara festivitate ? Siquidem ut primum inter Aulicos nunciatum est principem esse natum, ecce tibi in equis pegaseis multi veredarij per omnes urbis portas evolant in diversas regiones regibus et principibus lætissimum et optatissimum mintium allaturi (Sed quibus potissimum ! Ferdinando et Isabellæ Hispaniarum regibus, Implevit profecto ea res Hispaniam nova Lætitia. Ipsa Isabellæ regina die natali nuntiatio subdidit ex divinis litteris. Cecidit sors super Mathiam. Vaticinium vanum non extitit neque coniectura falsa. Enim vero de incolumitate Michaëlis principis ob eius imbecillitatem exigua spes erat ac paulo post Granatæ obiit. Eius plane obitu Philippus archidux et uxor Castellæ et Arragoniæ principes dici cæpere haud dubio hæreditatis iuxta indicioque. Præterea Maximilianum avum paternum) peregit auctor : Et statim per omnes opidi vicos et plateas læta vox populi iubilantes audiebatur et dicentis. Scitum regina filium enixa est. Natus est nobis princeps. Hinc statim in omnibus templis et sacellis nolarum sonitu celeberrimo tantum gaudium declarabatur, et accensis multis luminaribus hymnus Te Deum laudamus a sacerdotibus et cantoribus cum incundissimis organorum modulationibus canebatur. Interim cives ubique lætari unusquisque pro sua facultate testari lætitiam, alij pyras in plateis construere, alij deferre ligna, alij faculas ardentes de fenestris exponere, alij lampades quæ piceis globis aluntur accendere, alij funalia lucentia deferre, alij tedas flamminovas exhibere. Hinc passim ludi, epulæ, convivaria agitari et omnia musicorum genera personare. Sed quoniam multi et magni hospites externi expectabantur venturi ad baptismi solemnitatem multa passim miraque parabantur quandoquidem artifices ubique solliciti properare architecti, materiarij, pictores fabri ferrarij, fabri lignarij ubique festinare, inprimis tamen cerarij quia funalia valde multa poscebantur et consumebantur. Interea quidam tegulator audax et scandendi peritus nova quædam et penitus inaudita moliebatur.

⇒ Martinus quidam summus artifex pensilem stupendæ altitudinis viam in aëre a pyramide dominus Nicolai ad turrinam usque civicam ex funibus tennioribusque asseribus perduxit.

Is siquidem ascendit in turrinam templi Divi Nicolai, crucemque in summo vertice quæ stare solet, deposuit, quæ multis etiam diebus ibidem iacuit in cæmeterio. Atque in loco ubi crux stare solet, malum posuit magnum qualem naves magriæ solent habere, et super malum collocavit rotam carri quam et asseribus contabulavit atque inibi nocturnis temporibus lampades (quæ picris globulis aluntur) accensas et longis kastilibus impositas ponebat, et ignis a longe videbatur. Præterea vir idem ille a capitolio ad turrinam usque prædictam fecit de funibus magnis viam pensilem longe cunctis domibus supereminentem ita quod una pars funium ad trabes annexa fuit in turri, magno foramine facto ad medium ferme turris, et altera pars funium innexa fuit in capitolio. Porro ab utroque latere via prædicta funes alios habebat extensos paululum altiores veluti brachiola vel appodiamenta funiculis annexos ne quis facile posset decidax. At vero pavementum viæ stratum fuit asseribus. Hæc omnia sumptibus civitatis artifex ille parabat, pauculos admodum habens adiutores videlicet uxorem suam aliquando, et famulum unum aut alterum.

⇒ Eam ardentibus plenam facibus fuisse etiam Surius scribit.

In hac autem via et in circuitu prædictæ turris innumerabiles laternæ de chartis perluculentibus concinnatæ candelis intus ardentibus suspendebantur nocturnis temporibus quando principes externi urbem intrabant et quando puer Carolus princeps batizabatur. Interea multi mortales mirabundi suspicere tam mirabile commentum et pergulam in aëre tam sublime suspensam. Unde quidam curiosius rem volentes explorare ascendebant capitolium. quidam vero cum illuc ascendissent viri illustres magno præmio posito decertabant inter se dicentes : Quis nostrum audax adeo ut ab hoc loco per hanc viam transeat ad turrinam usque templi divi Nicolai ! Et cum diu attentare id nemo auderet tandem vir illustris dominus Andreas de Zasseniers qui postea fuit et Gandavi et Angiæ Ethriarca (vugo balinum nomimant) accepit conditionem. Sed antequam semel

transire potuit, sæpius eum pœnituit acceptæ conditionis, quia sine magno metu et magno vitæ periculo pertransit. Quandoquidem funes non adeo fortiter extendi poterant qui aliquo transeunte quaterentur idque sereno tempore magis quam pluriuso. Attamen ipsum artificem et uxorem eius et famulos frequenter per diem transire, et per noctem laternas appendere vidimus. Ipse vero dominus Andræas (ut audivi) pro nulla re mundi postea voluisset eadem redire via. Denique artifex interrogatus a rege quid præmij tandem sibi pro labore suo postularet. Respondit ut

in artificis suo magister civitatis esse posset et decanus artificij. Quod illi concessum fuit a principe. Nonnulli tamen dicebant quod artifex consultius fecisset si postulasset a rege sex stupheros ad vitam suam sibi dietim largiri quod et cum maiori gratia et non facile minus impetrasset sed ad alia transeamus. Hæc autem ibi studiose peraguntur alibi fiunt et alia quæ non sunt omittenda.

⇨ Porticus e palatio in œdem dominis Joannis producta longa pedes ter mille quingentos.

Nam cum destinatum esset ut in templo Divi Joannis Baptistiæ princeps baptizaretur quod templum ut potius opidi primarium et præcipuum est : ita est et ornatissimum idcirco a curia principis quæ vulgo de Wal appellatur ad templum usque prædictum ædificata fuit de sparibus et lignis via sine pergulo per publicas plateas tribus aut quatuor pedibus supra terram huiusce viæ latitudo tanta fuit ut boni homines simul commode transire poterant Et asseribus erat accurate via contabulata. Per hanc viam puer et princeps recens natus deferendus erat ad baptismum Insuper tres habebat portas hæc via ligneas affabre confectas et venuste depictas ad imaginem portarum urbicarum nisi quod aliquantulum minores fuere, suspensarum tamen catharactarum similitudinem habebat unaquæque. Et una quidem porta constructa fuit in diverticulo quando venis a curia principis deflectere volens ad pontem lapideum versus monasterium fratrum Augustinensium, qui pons vulgo nominatur de Liefbrugghen quo sub ponte fluvius dulcis et amœnus de vulgo de Lieve dictus labitur unus de quatuor fluminibus qui Gandavi confluunt Secunda autem porta constructa fuit in angulo quando venis a foro piscario ingrediens in vicum qui dicitur Alta Porta vulgo de Hoehpoert. Tertia vero porta constructa fuit in fauce perangusta quæ est inter capitulum et domum e regione proximam quando descendis a domo Tribunorum plebis volens ad templum Divi Joannis defectere. Prima porta habebat titulum Fidei. Secunda Spei. Tertia Charitatis. Quæ tres theologicæ virtutes cœlestia Dei dona divinitus animæ hominis infunduntur quando more Christianorum homo vite baptizatur.

⇨ Ardebant in ea porticu amulatoria bis mille et centum faces.

Porro autem in appodiamentis huius viæ fuerunt ab utroque latere formata loculamenta et foramina in quibus funalia ponerentur accensa tempore quo puellus princeps ad baptismum deferretur. Et separata distabant ab invicem funalia spatio trium ferme aut vix quatuor ulnarum, et unumquodque funale positum fuit per stanneam patinam perforatam in quam cœra si qua deflueret cadere posset. Sed posteaquam multi magnique principes advenissent octavo demum die vel decimo post nativitatem tempus appetebat quo baptizari princeps deberet. Omnibus igitur ubique rebus diligenter et accurate paratis vesperi circiter horam nonam princeps baptizabatur. Sed a tempore quo efferebatur usque dum relatus erat tanta luminarium copia fuit accensa ubi transferebatur ut diem vincere putares. Nam præter luminaria quæ in appodiamentis viæ ligneæ fixa erant multæ domus pœne luminaribus opertæ fuerunt et omnia luminaria manebant ardentia usque dum puer reductus fuit. Interea vero dum efferebatur et referebatur multis in locis cum diversæ ludorum repræsentationes et spectacula eduntur tum præcipue in tribus portis ligneis. Porro transiente principe decani civitatis ut iurati et tribuni omnes dispositi certis in locis amicti præclaris vestibus et ornati suis insignibus stabant cum multis luminaribus.

⇨ Ter in populum aurea atque argentea sparsa fuere missiliæ primum ab archiduce patre Deinde a senatu Gandavensi. Tertium a mercatore panni serici, qui ante ados suæ scenam erexerat in quo quinquaginta stabant viri, singuli singulis manibus ardentes tredas tenentes. in medio conspiciebatur filius eius ac filia unica, quæ prætereunti infanti vas aureum magni ponderis dono dabat. Heuterus

Et qui sequebantur principem quorum numerus virorum illustrium et fæminarum non erat parum multus quibusdam in locis nummos aureos et argenteos in vulgus promiscuum dessiminabant dispergebant missiculabant Et quidquid excipiebat unusquisque vel colligebat suum erat. Illustris autem vir et princeps dominus de Chimay puellum Carolum principem de fonte levavit et cum pergeret cum alijs per viam ligneam prædictam ferebatur ante ipsum aurea galea quam puello principi Carolo donativo pro munere dedit. Omnia vero et domorum et platearum ornamenta quæ diversis in locis composita fuerunt quis enarrare sufficeret !

⇒ Margaretam Eboracensem Caroli Audacis viduam infantem ulnis gestasse omnes historici concorditer affirmant.

In quadrinie quod est inter monasteria carmelitarum et fratrum ordinis Sancti Augustini arbor erat non parva tota deaurata. Sed omittamus talia. Ceterum quod pœne sui oblitus ponere illustrissima domina, domina Margareta de Jorke, ducissa Burgundionum quæ secunda fuit uxor ducis Caroli, quem Hermolans barbarus in oratione quadam nominat regem Belgarum, et eadem Margareta fuit soror regis Angliæ cuius Margareta permulta sunt et magna beneficia huic ecclesiæ nostræ domus Capellæ et fratribus huius domus frequenter exhibita, cuius memria cum laude et multa gratiarum actione nobis esse perpetua debet. Illa inquam Margareta Gandavi puellum Carolum portavit ad baptismum. Quod vidi scripsi. Nam illo tempore cum multis alijs hominibus ego stabam prope capitolum. Et cum transiret puerum ferens in brachijs vidimus illum holosericis involutum atque **biffino** velamine porquam tenui et perspicuo coopertum. verum an semper et continue portaverit eum non audeo affirmare facere non possum quin festivum quoddam et elegans carmen huc adducam concinnatum luculenter ab insigni theologo Ægidio Delpho de ann die et hora nativitatis filij archiducis.

⇒ Primum distichum est chronographicum, colloge litteras numerales

AVgVstIs ætatIs et faVsto sIdere cœli^x
 CaroLVs eXortItur posset aMæna saLV
 Quis fuit ille dies rogitas : quo nomine clarus ?
 Tunc jubileus erat : tunc que bisextus erat
^x o littera huic non admittitur.

Hunc sexto digesta puto infirmiare calendas
 Interculares Syllaba sola dolet
 Quæ fuit hora putas qua gaudia tanta levantur
 Tertia vult ortum vix sibi quarta tenet

Hactenus domnus Joannes Ammonius de Baptismo Caroli V. Sed lubet meis conterraneis illud occinere

Præterit ista dies, nascitur origo secundi
 An labor an requies, sic transit gloria mundi.

Ut paulatim ad nostra descendamus subnectamus quæ ipse domnus Ammonius pergit scribere. Eodem anno post Pentecosten in æstate quidam meus aliquando in litterarum ludo condiscipulus professionem fecit in ordine cartusiano in domo Vallis Regalis prope Gandavum, nominatur autem frater ille Jacobus de officina oriundus ab Antverpia emporio percelebri, quam profesionem et auditura et visura venit illustrissima domina, domina Joanna regina Castellæ, quæ Gandavi etiamnum morabatur. Nam domus principis non admodum longe abest a domo ordinis nostri. Et ego cum ceteris etiam id temporis aderam. Illa cum suis heroinis erat in sacrario et permanserunt ibidem usque dum divinum officium peractum fuit. Quo finito statim egrediebatur et venit in aream quæ est ante introitum templi ubi currus erant eius et equi. Ibi tum proprius accessi non tantum ut eam viderem, sed etiam ut audirem eam loquentem. Loquebatur autem dulciter. Aspectus eius graciosus admodum et valde modestus et affectu miti prædita mihi videbatur. Prorsus rege digna uxor mihi visa est et regio honore digna. Prædictus autem frater Jacobus fuit vicarius in domo professionis suæ. Aberat tunc archidux nam ut scribit Huterus mense mayo Bethuniæ ac ad fanum Audomari inauguratur inde Dunkerkam pervenit tunc Grevelingam ubique liberaliter donatus. Quinto idus junij colloquium habuit cum Henrico rege Angliæ et regina uno milliari a Caleto. E Flandria Lutzenburgum proficiscitur ubi dicto acceptoque sacramento in ducem inauguratur relicta ditionis gubernatione marchioni Badensi.

⇒ Domnus Simon Vilayn venit ad ordinem.

Hoc anno ipso die Epiphaniæ Domini venit ad monasterium in Schuet honestus iuvenis magister Simon Vilain artium magister, filius naturalis generosi viri dominus Philippi Vilain, militis consiliarij ducatus Brabantiae qui permansit in vocatione sua ac professionem emisit anno sequenti, qui domui reliquit satis bona vestimenta de quibus comparavit sibi sua necessaria et expensas tam in vestitione quam in professione ex quorum pretio empti sunt tres rhenenses in

memoriam anniversarij sui. Hic fuit servitor et familiaris domini Henrici de Bergis, episcopi
Cameracensis

⇨ Solemnis admodum receptio domni Gabrielis Offhuijs.

Eodem anno ipso die Sanctæ Annæ matris Virginis Mariæ fuit hic admissus ad investitionem instantia ac rogatu dominus Henrici de Bergis, episcopi Cameracensis (qui ore proprio relationem egregiam fecit in capitulo) dominus Gabriel Offhuys, religiosus Sancti Jacobi Frigidi-Montis Bruxellæ ordinis regularium. In cuius investitioni interfuit etiam reverendissimus dominus Franciscus de Busleyden, archiepiscopus Bisuntinensis. Anno revoluto dominus Gabriel fecit professionem ac domui in pensione vitali reliquit XXIIII rhenenses ac certos redditus vitales VI medios bladorum in Goijck ac VI rhenenses censuales apud Beerzele et unum rhenens. pro memoria anniversarij matris suæ.

⇨ Dominus Petrus Sicheram profitetur.

Hoc anno emisit professionem dominus Petrus Sicheram qui reliquit ac dedit domui annue XXXII rhenenses supra oppidum Bruxellense obijt sacrista huius domus anno 1519. Insuper dedit domui III^C rhenenses supra prædictum opidum de restis sibi debitis.

⇨ Empta quædam in Berchem.

Hoc anno emptum scribitur unum domistadium cum domibus et horreis superstantibus quantitatis unius iornalis situm iuxta ecclesiam de Berchem.

Insuper eodem tempore erat emptus erga Cornelium de Walsche præsentibus Michaële de Walsche et Laurentio de Portere prolibus suis locus uns retro dictum domistadium dictus den Steenpoel quantitatis quinque iornalium sub censu duarum coronarum, et sub alio censu domini fundi prout in litteris desuper confectis et de alijs hæreditatibus et censu inde exeundo in litteris plenius continetur. Et quia parum profeci??? et lapides pauci ibidem inveniebantur prior Matthias anno 1515 fecit ibidem plantare plantas pro sylva futura quia ipsa petia terræ mansu inculta et sine profectu. Et super dictas hæreditates insimul dedimus annue ecclesiæ de Berchem duos modios siliginis non redimibiles sed anno Domini 1515 quitavimus dictos duos modios de consensu episcopi curati et **retororum** ipsius ecclesiæ. Et de præscriptis bonis dedit dominus prior semel quinquaginta florenos communes. Item de domo ibidem habemus annue III rhenenses communes.

⇨ Jubilæum ordini concessum.

Diffinitores in cpitulo inquirunt : Intimamus omnibus prioribus, monachijs, conversis, novitijs et donatis ordinis nostri quod S.D.N. Alexander papa sextus ordini nostro summe affectus complectens paterna charitate ipsum ordinem nostrum et personas eiusdem concessit omnibus et singulis ipsius ordinis personis utriusque sexus indulgentias anni jubilæi cum potestate eligendi confessorum idoneum ordinis nostri etc. sic tamen quod hoc anno jubilæi duntaxat in sacerdotio constituti celebrantes dicant 7 diebus continuis missam votivam pro statu Romanæ ecclesiæ, et in sui oratorijs 7 psalmos pœnitentiales cum litanijs et orationibus consuetis eisdem diebus, etc.

⇨ Pecuniæ exiguntur pro reparatione Capellæ Sanctæ Crucis in Urbe.

Quia S.D.N. vult et desiderat quod Capella Jerusalem, quæ est in domo nostra Sanctæ Crucis in urbe in multis ruinosa reparetur per ordinem nostrum ut literis suis nos plene informavit R.D. cardinalis Sanctæ Crucis. Ideo volumus et **soriete** iniungimus omnibus visitoribus provinciarum suarum 20 ducatorum boni auri et ponderis summam pro dictæ Capellæ restauratione

supportando tamen domos pauperes, quas volumus esse exemptas ab hac exactione super quo eorum conscientias oneramus et dictam pecuniam infra dictum triennium afferant sine defectu aut mittant quolibet anno scilicet tertiam partem sub pœna suspensionis officiorum ipso facto. Et contradicentes si priores sint absolvantur ab officijs eorum per ipsos visitatores : Monachi vero sint in disciplina generali quia de hac taxa nullus potest iuste conquæri cum sit modica, et ipse reverendissimus dominus cardinalis (*ajouté dans la marge* : erat tunc cardinalis tituli Sanctæ Crucis dominus Bernardinus Carvaiala, hispanus, præsul Carthaginensis, qui ad stemmata nobilis familiæ magnum ipse decus adiecit vitæ modestia, Theologiosque scientia præditus de quo non semel recurret mentio) se offert contributorum in duplo et multo plus tenmur etiam btemperare beneplacito S.D.N. papæ.

Priorissæ Monialium Brugis non fit misericordia. Et redemptionem illorum florenorum per priores provinciæ pluribus iam annis pro ipsa domo charitative solutorum laudamus. Et quidquid patres visitatores circa hoc fecerunt et facient ratum habemus.

⇒ Albertus Saxo quondam gubernator huius patriæ moritur.

Albertus Saxo, Emdæ supremum diem claudit plenus annorum et honorum, contraxerat febrim ex vulnere accepto ante Groningam, cadaver in Misniam ad sepulturam missum. Successit ei filius natu maximus Georgius Saxo, marchio Misniæ, lantgravius Thuringiæ atque utriusque Frisiæ perpetuus hæreditariusque gubernator. Albertus Achilles Germanicus etiam vivus fuit appellatus rebelles cuiuscunque principis natura odedrat, lbenter oppugnabat authores severe puniebat.

⇒ Item Carolus de Borbonio.

Circa hunc annum diem suum obiit potens dominus Carolus de Borbonio, dominus de Daghegni et de Bidagio fundator (potius de genere fundatorum) domus Bonæ Fidei.

⇒ Henricus Friso ordinis nostri scriptor.

Anthonium Possevinus dicit Henricum Frisonem fatis concessisse hoc anno qui scripsit quoddam nostri ordinis chronicon, quod utinam haberemus et alia. Vide bibliothecam cartusianam

⇒ Domnus Joannes Etterbecke, professus et prior domus Capellæ.

Tertio calendas augusti obiit venerabilis in Christo Pater domnus Joannes Etterbecke, de Alosto, professus et prior domus Capellæ, successit ei in prioratum domnus Carolus Serraes, natione Gandensis, qui in festo Divi Martini recepit ad ordinem domnus (⇒ Joannes Ammonius ordinem nostrum assumit.) Joannem Ammonium pariter Gandensem invenem egregie litteris excultum qui libros quam plurimos secum detulit ad ordinem et scripsit quæ tempore suo in domo Capellæ obierunt.

Vide infra linea : domnus Ammonius præter alia contulit domui Capellæ Bibliam divisam in sex partes ornatam glossa ordinaria, et glossa Nicolai de Lyra et glossa interlinari cum additionibus et repliciset

⇒ Domina Catharina Abslons fundatrix unius cellæ ð Lovanij.

Ultima mensis augusti obiit Lovanij, nobilis et generosa domina, domina Catharina Abslon, vidua dominus Joannis de Ranzen, militis, quæ legavit dictæ domui foundationem et dotationem unius cellæ notatæ littera C pro dotatione dedit 27 florenos renenses annue.

Cruces in vestibus apparent.

Anno 1501 in Germania et Leodicensi tractu cruces varij coloris cœlitus decidunt, certum mortalitatis, quæ subsecuta est præsagium, solet enim ut ait noster Surius, plerumque Deus pro sua bonitate eiusmodi terroribus admonere homines ut se corrigant et impendentem eius iram a se avertant De quibus crucibus supradictus Joannes Ammonius sic scribit : Plijnius refert aliquando

sanguine pluisse quod nostra quoque memoria factum est siquidem Anno 1501 cum novitius etiamnum essem inter cartusienses die quadam magister meus dominus Judocus Argillanus venit ad me, mihiq̄ flammeum cuiusdem mulieris ostendit quod fratres etiam ceteri viderunt in quo diversis in locis erant veluti guttæ sanguinis dilati in modum crucis expressæ. Per idem tempus vulgo quidem ferebatur sanguine pluisse, sed quoniam scriptum est : qui cito credit levis est corde, non facile verbis quæ vulgo ferebantur fidem habuimus donec id evidenter oculis perspeximus (*dans la marge* : Eccles. 19)

Hac autem guttas prædicta mulier in peplo sua depræhendisse dicebatur postquam sub divo deambulaverat hæc ille Et quod dictu mirum est etiam illis in vestibus lineis cruces inventæ sunt quæ cistis inclusæ tenebantur atque etiam in hominum corporibus istud vero in tertium usque duravit annum, de his signis sic scribit Placentius : hoc anno mira et inaudita ostendit Deus hominibus. Siquidem in uno et alio loco diœcesis Leodiensis a festis Paschalibus aliquando in domibus, et ipsis etiam cubiculis apparuit inopinatæ signum Dominicæ crucis, fuitque aut nigrum aut ruberum, ita ut nonnunquam putaretur esse verus sanguis cum medulla et fanie effusus emergebantque cruces simplices aliquando bifidæ in forma signi sepulchri dominici rem omnem depinxit Joannes Horneus episcopus Leodiensis in epistola quam scripsit ad Maximilianum imperatorem.

⇨ Ordo Beatæ Mariæ virginum Annunciatarum.

Hæ quidem fæminæ angariatæ erant et invite crucem ferebant sed hoc eodem anno Bituris in Francia aliæ inventæ sunt qua illud redemptionis nostræ sacrum signum sponte assumpserunt siquidem ordo Beatæ Mariæ semper virginis a Beatæ Joanna filia Luvovici XI sorore Caroli VIII eademque coniuge Ludovici XII regum Galliæ institutus ab Alexandro VI papa hoc anno confirmatur procurante R. P. Golberto Nicolas, ordinis Sancti Francisci, qui postea Gabriel Maria est nuncupatus. De hac re audiamus Lipsium in Lovanio lib. 2 c. 18 Cum Ludovico XII diu ante regnum Joanna nupsisset duci adhuc Aurelianensi, is Carolo absque liberis defuncto in regno suffectus suasu aulicorum procerum et suo ambitu ne Britaniæ Aremoricæ ducatus ab alienaretur Annam eius provinciæ hæredem et Caroli viduam duxit uxorem Joanna dimissa. Causa divortij metus perferebatur et quod non sponte eam duxisset sed compellente patre Virginis Ludovico XI quodque illius adeo corpus nunquam attigisset. Neque Joanna se opposuit sed libens ad alterius æternique regis cultum se convertit ducatum porro Bitunicensem donum accepit cuius se fructibus Bituricensi in urbe agens toleravit et alia îjs usibus impendit.

⇨ Vestis earum cruce decoratur.

Utuntur autem Annunciata moniales veste talari Leucophæa seu grisea ut vulgo loquimur in testimonium vitæ pœnitentis, clamydem vero prorsus candidam ex humeris in pedes desinentem, gestant in memoriam Virginæ puritatis Deisparæ quam amulantur, ornantur insuper scapulari ut vocant, rubeo in formam crucis ante portas adaptato memoriæ passionis Dominæ in mentem revocandæ.

Anno 1501 januarij 17 Aurei velleris comitia Bruxellæ in carmelitarum cœnobio Philippus secundum celebrat, additaque inscriptione supra archiducis tabulam quæ primo loco conspicitur gallicis verbis scripta. Potentissimus excellentissimus ac illustrissimus Philippus Dei gratia princeps Castellæ, Legronis, Arragonis ac Siciliæ ; archidux Austriæ, dux Burgundiæ, nobilissime ordinis Aurei velleris dominus ac princeps.

⇨ Natalis Isabellæ, Philippi principis nostri filiæ, quæ postea Christierno donorum regi matrimonij fædere concessit.

Decimo quinto calendas augusti nascitur Bruxellæ archiduci Elizabeth quam Henricus Bergius Antistes Cameracensis lavit.

⇒ Domini Henrici de Bergis liberalitas erga nos et intentio.

Hoc eodem anno prædictus reverendissimus dominus, dominus Henricus de Bergis, episcopus Cameracensis voluit perficere carceres per patrem Marcellium, priorem huius domus inchoatos et desuper voluit ut fieret prima camera supra carceres libraria et est domus multum honesta et magnifica in qua quidem domo speraverat residere sed præventus morte in reditu ex Hispania diem clausit extremum, et ordinaverat pro dicta domo facienda VI^C rhenenses et nisi obstetisset promotor Cameracensis dominus Henricus Alexandri ordinasset XII^C rhenenses, de qua quidem summa per manus ipsius dominus Henrici adhuc viventis recepimus III^CXX rhenenses et dominus de Bergis frater eius anno 1516 dedit pro solutione dictæ domus II^C restant adhuc LXXX rhenenses sed multo plus exposuimus quam dedit. Et postea dominus de Masteyn dominus Anthonius videns ipsam domum imperfectam fecit ibidem fieri vitreas fenestras cum armis ipsius domini ac prædecessorum suorum et cum genealogia uxoris suæ prout patet oculis intuentium. Hæc domus, ni fallor, vocat est domus Abbatis, quia postea inferuit usibus domini abbatis de Ninove quam inhabitavit usque ad diem mortis suæ.

⇒ Eleemosyna domini Valentini canteris Aulæ.

Hanc domini episcopi liberalitatem e vestigio secutus est venerabilis dominus, dominus Valentinus cantor et tenorista principis nostri qui divina gartia inspiratus pro salute sua et amicorum proposuit hic fundare et dotare unam cellam pro qua fundanda et dotanda dedit duabus vicibus simul III^C et XL rhenenses communes pro quibus petijt comparari redditus vel dequitari ac redimere census quibus bona nostra gravabantur pro sustentatione unius monachi. Petijt tamen ac voluit in istis redditibus emendis vel dequitandis ad vitam suam habere usumfructum inquantum eidem placeret. Item anno 1520 petijt a priore nostro ut singulis diebus unam missam in privato celebraremus pro cunctis fidelibus defunctis quamdiu viveret et amplius non reciperet et omnes restas dequitavit. Quod conventus pie annuit et celebravit singulis diebus unam missam ad petitionem ipsius uque ad diem mortis eius, qui obiit anno Domini 1536 die 26 septembris et reliquit nobis in testamento suo XVI libros diversorum authorum. Insuper ordinavit et petijt missam præscriptam pro cunctis fidelibus defunctis continuari a nobis ad spatium trium annorum pro quibus legavit LXX rhenenses semel. Et huic petitioni concessit prior conventus anno supradicto 1536 die 15 octobris.

⇒ Sylva dicta den Stroots bosch emitur.

Hoc eodem anno emimus a domino Petro Grote, presbytero, tria bonaria silvarum contigua nemori nostro quod dicitur D'Alvenblock sub censu certo quem dominus Cameracensis inde recipere consuevit et insuper promisimus eidem dare et assignare octo rhenenses super omnia bona nostra ad dequitationem denarium pro XVIIJ rhenenses, cui dedi anno prædicto XXXVI rhenenses sic solum habemus solvere ei sed rhenenses. Erat procurator domnus Joannes de Groote quem puto hæc scripsisse.

⇒ Domnus Judocus Scapher.

Obijt circa hunc annum domnus Judocus Scapher alias Cuper, professus primo Montis Dei, secundo huius domus Bruxellæ, existimo tamen in prima domo diem clausisse extremum 3 may anni præcedentis.

Hoc anno talis a capitulo generali ordinatio emanavit : honestis rationibus statutoque annuente permoti hortamur ut deinceps graduati maxime in superioribus facultatibus si in anno probationis laudabilis conversationis fuerint, post professionem eorum cum consilio atque consensu visitorum per priores in conventu iuxta personarum merita honeste locentur. Et similiter cum alijs generosis nobiles atque praelatis adventantibus fiat quorum morum et maturitatis gravitas hoc exposit si qui monachi super hoc restiterint aut priorem et sic locatum turbaverint, talium superbia puniatur.

⇨ R. P. Franciscus de Puteo, iuris utriusque doctor et vicarius episcopus Grationopolitam Monachum in Cartusiæ induit.

Huic ordinationi causam dedisse puto reverendus domnum Franciscum de Puteo, iuris utriusque doctorem præstantissimum, qui cum duorum episcoporum Valentiaë scilicet et Grationopolitani annos multos officialis extitisset cum annum circiter quinquagesimum ætatis ageret sacrum religionis habitum in Maiori Cartusia circa hæc tempore devote suscepit, nam adhuc anno 1499 (si bene recordor) in carta habebat missam votivam per totum ordinem tanquam eiusdem ordinis fautor et benefactor præcipuus quem nihilominus cartusianum effectum Grationopolitamus antistes (cuius officialis vicariusque undecim annos fuerat) tanto amore prosecutus est ut quasdam possessiones et eas quidem amplas, ut scilicet earum fructus quotannis perciperet quoad viveret eidem adsignaverit.

⇨ Satis discreta indulgentia.

Ut uniformitas servetur familiaeque hospitem minus turbentur permittimus personas ordinis dormire in lectis prout invenerint paratos sic tamen ut non nudi inter linteamina sed in habitu ordinis se dormitum reponant.

Circa hunc annum obiit generosa domina Catherina de Ramsem, fundatrix et dotatrix unius cellæ in nova plantatione Lovaniensi, contigit præcedenti anno prout restitui.

In principio huius anni 4 januarij vita defunctus est domnus Guilielmus Joannis de Leydis, professus et quondam procurator et prior domus Ultraiectinaë qui citra quinquaginta annos vixit in ordine.

⇨ Joannes Andræas conversus domus Capellæ laudatur.

Circiter annum Domini 1446 fuit in domo Capellæ receptus ad statum conversi Joannes Andræas, quem circa finem vitæ sæ se vidisse testatur Joannes Ammonius in eadem domo, virum sane religiosum, senemque admodum venerabilem et portarium dictæ domus, quod ministerium terdecem annis prudenter est exequutus. Huic fratres omnes bonum perhibebant testimonium, nam sicuti scriptum est (⇨ Eccles. 19) : ex visu cognoscitur vir, et ab occurso faciei sensatus ita potuit in hoc homine, intantum ut cum viro sancto dicere potuisset ((⇨ Job 29) (nisi multum fuisset modestu) auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, dicit namque sapiens quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium (⇨ Proverb. 27): Sic corda hominum manifesta sunt prudentibus, quandoquidem in vultu in oculis in verbis huius hominis quædam gratia relucebat, quæ puritatem animæ eius et cordis sinceritatem intuentibus indicaret, multaque bona opera fecit in vita sua et valde laudabiliter in ordine vixit annis quinque et quinquaginta, dormivit autem in Christo quarto decimo calendis octobris hoc anno 1501, alibi dicit idem Ammonius, quod erat. Vir sanctus et venerabili.

1502

Octobris 27, Margareta Austria Philippi principis soror ex Belgio iam tertium discedens Sabaudiam petit aqtue singulari affectu Philiberto duci iungitur verum brevi admodum sterilique thalamo.

⇒ Philippus 1 tendit in Hispaniam.

Philippus 1 Austrius Belgarum princeps et uxor eius Joanna Ferdinandi et Isabellæ Castellæ regum filia amicitia cum Francis firmata per Galliam in Hispaniam proficiscuntur intraverunt Parisios in festo Sanctæ Catharinæ, Pictaviam in vigilia natalis Domini utrobique honorificentissime recepti.

Anno 1502 sævissima pestis omnem Germaniam longe lateque populata est multorum opinione ij tum extincti sunt quorum vestibus supra diximus cruces sanguineas incidisse, Surius in Ummentario. Etiam locrius in Chronico Belgico scribit Atrebatii et circumiacentibus locis innumeros morte præcipiti extinctos circa hæc tempore.

Decimo calendis junij rex et regina in generali ordinum Hispaniæ Castellæ dependentium consensu declarant archiducem Philippum eius uxorem Joannam communesque liberos veros legitimosque Castellæ eoque spectantium Hispaniæ regnorum hæredes, statimque eis principum Hispaniæ titulum tribuunt.

⇒ Domus Sanctæ Mariæ de Laureto prope Saonam ordini incorporatur.

Nihil peculiare actum lego hoc anno in capitulo nostro nisi quod diffinitores dicant : novem plantationem prope Saonem ordini nostro incorporamus in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen. Quam domum Sanctæ Mariæ de Laureto nominamus et per totum ordinem nominari volumus.

⇒ Aliquot benefactores ordinis obierunt.

Obierunt circa hunc annum dominus Otto et Aleidis Pieck eius filia, et dominus Joannes Bercovit magni benefactores domus Sanctæ Sophiæ prope Buscoducum.

Magister Conrardus de Sartor præpositus Mechliniensis fundator unius cellæ Lovanij.

Prædictus dominus Conrardus de Sarto legavit pro fundatione unius cellæ in domo Lovaniensi 300 rhenenses pro cuius dotatione dederat ante 22 modios siliginis annue recipiendos sepultusque est in eadem domo qui tale meruit epitaphium : Hic iacet sepultus primus in hac ecclesia Conrardus de Sarto Artium magister et in utroque iure licentiatus canonicus et custos Leodiensis nec non præpositus Mechliniensis ac domini archiducis Philippi consiliarius qui fundavit et dotavit hic cellam cum ambitu suo. Anno Domini 1502, 6 februarij scilicet obiit cuius anima requiescat in pace.

Domina Catharina uxor Aduacati de Huysbrecht, fundatrix duarum cellarum in domo Compassionis.

⇒ Obitus reverendissimi domini Francisci Busleydis archiepiscopi Bisontinensis, magni benefactoris huius domus et aliarum huius provinciæ.

Vigesima quoque tertia augusti moritur Toleti in monasterio D. Bernardi, ubi diu ægrotus decubuerat reverendissimus dominus Franciscus Buslidius, archipræsul Bisontinus, olim archiducis Philippi in pueritia pædagogus ac linguæ latinæ institutor unde ad summas opes dignitatesque felici cursu pervenit, ac tandem secretorum eius omnium conscius, primusque cubiculi consiliarius est factus. Sepultus est eodem loco, corde Bisontium misso. Sacris locis quam plurimis regia dedit dona. pauperibus vero distribui iussit viginti millia aureorum liliorum. Vivens dedit pro fundatione et dotatione unius cellæ in hoc monasterio VI^C rhenenses, sed et Antverpiæ, Capellæ et Lovanij (⇒ Dotavit cellam prioris Lovanij annuo redditu 25 rhenensium quorum summa capitalis erat 450 rhenenses) novas monachorum cellas fundasse charta sequentis anni habet, nam

et sacerdotia moiora et minora multa possedit paulo ante obitum a papa Alexandro VI cardinalis erat declaratus sed morte præventus purpuream non vidit galerum. Ortus natusque erat apud Lutzenburgios familia honesta, quæ ex se claritatem ac opes spendidiores est nacta. Eo mortuo consilij sui caput archidux esse iussit Balduinum Burgundum filium nothum ani materni scilicet Philippi Boni (⇒ Franciscus de Busleyden præpositus Leodiensis et Philippi instructor et prius consiliarius).

⇒ Item obitus illustrissimi domini Henrici de Bergis, episcopi Cameracensis.

Similiter et vivis tollitur 7 octobris feria 6 in reditu ex Hispania Castelli, Henricus Bergensis, Cameracensis episcopus vir ob morum sanctimoniam, rarasque animi dotes omni laude prosequendus. Supra scripsi dedisse sexcentos rhenenses ad structuram magnæ domus stantis in angullo ad occidentem calendarium abet fundasse præterea et dotasse unam cellam in angulo ad orientem, de qua re nihil invenio scriptum in libro foundationis. Et semel dedisse tres equos et currum cum suis pertinentijs et alias gratias.

Anno 1502 Francus pet legatum recuperavit Napolim armata manu. Deinde sub domino Philippo Ravestano partem exercitus misit in Turcam : sed Veneti non faventes Francis fame eos affecerunt et revertere non sine damno coëgerunt.

1502

⇨ Reverendus pater domnus Robertus Bellintensis, professus domus Virtutis et quondam abbas ordinis Sancti Augustini moritur.

Hoc anno 21 septembris ad meliorem vitam migravit venerabilis pater domnus Robertus Bellintensis, monachus professus domus Vallis Virtutis in Scotia, magnus benefactor istius domus, qui alias fuit abbas Sanctæ Crucis ordinis Sancti Augustini.

Venerabilis pater Joannes de Virduno, olim decanus Virdunensis, prior Montis Dei in Picardia, quemadmodum laudabiliter vixit, ita miraculose obiit hoc anno 1502, septembris 27. Cum etenim lumen incante relictum in cubiculo totam cellam dormientis incendisset ac incinerasset. ipse toto corpore integer inventus est. Quid hoc est ? Nunquid elementum insensibile honoravit vas illud purum et immaculatum ! Possem hanc rem pluribus confirmare ; sed oportet hic esse succinctum. Si elementum illud corpori tantum reverentiæ impendit, quo gaudio putamus animam illibatam a S.S. Angelis susceptam ! Accedit hisce optimum testimonium, quod vir ille admodum religiosus habetur in istius cartusiæ monumentis.

⇨ Domus tot Halsingen ædificatur.

Hoc anno facta est domus te Halsingen in qua habitat colonus et stabulum contiguum dictæ domui et ibidem plures carpentarij operati sunt et prior domnus Mathias ibidem multas exposuit pecunias tam pro domo, quam emit quam pro operarijs in dicta domo.

⇨ Domnus Wernerus Laër.

Domnus Werner Laërius cognomento Roelevinct ex diœcesi Monasteriensi oriundus, vir in divinis scripturis studiosissimus, nec non et vitæ sanctimonia insignis, scripsit fasciculum temporum et alios libros, hoc anno 1502 in domo Coloniensi cuius erat professus pie admodum et religiose obdormovit in Domino.

⇨ Philippo principi nostro ex Joanna coniuge filius est natus ad sextum idus martij, cui fuit Ferdinandus nomen imperium et ampla regna annis succedentibus.

Anno 1503 Philippus princeps Joanna coniugo in Hispanijs apud Ferdinandum et Isbellam parentes relicta in Belgicam terrestri rursus itinere per Franciam et Sabaudiam revertitur : quo arrepto nuntiatum illi est Joannam coniugem filium peperisse, cui susceptores nomen Ferdinandi Avi materni imposuissent.

Hoc anno fuit huius dura et nimis prolixa, sed apud nos spiritualis æstas si vere in hunc annum incidit obitus domnus Hermani de Lochem nam in bene recordor nisi in charta anni 1505 invenitur, in qua habuit anniversarium perpetuum in domibus provinciæ Teuthoniæ, tamen in libro foundationis ponitur obiisse hoc anno 1503 his verbis.

⇨ Obitus domnus Hermani Coelsmet cœlestis prodigio decoratus.

Anno XV^C tertio die Sanctæ Thomæ de Aquino obiit frater Hermanus Coelsmet de Lochem in patria Geldriæ qui fuit LXXXIIIJ annorum quando obiit et vixit in ordine circa LX annos et fuit primo professus in domo Silvæ Sancti Martini prope Gerald-montem, obiit virgo et semper valde sollicitus in frequentatione ecclesiæ unum mirabile accidit circa horam mortis suæ fere hora noctis nona quando laboravit in extremis missus est unus fratrum ut convocaret conventum, sed antequam omnes convenirent emisit spiritum, et eadem hora noctis et in hyeme fuit circa eius cellam in horto et in ambitu circumquaque tanta melodia et cantus avium innumerabilium, ita ut omnes audientes timore percussi

1503

et admiratione Deum laudaverint et gaudio magno gavisi sunt. Sunt testos istius facti octo tam monachi quam laici, qui cantum ipsum audierunt.

Item referuntur aliqua alia signa miranda de prædicto Hermanno quæ causa brevitatis omitto Deo et angelis nota. Rogemus Dominum et familia de nobis referantur et fiant post obitum nostrum.

⇒ Obitus domnus Hermanni Lochem reperitur tantum in charta Anni 1505.

Et alio in loco. Anno 1458 post festum Dionysij, venit ad istam domum fratrem Hermanus de Lochem in Geldria monachus professus domus Silvæ Sancti Martini iuxta Gerald-montem, qui ut veniret addixit quod diligenter scriberet, qui postmodum in sequenti prima visitatione huius domus fecit professionem, et fuit circa annum cum medio hic sacrista, diversis temporibus succenter. Qui scripsit diversa pro hac domo (multa scilicet gradualia). Hic vixit circa XL annos in hac domo (in ordine LX) et obiit ætatis suæ anno LXXX IIIJ. Obijt virgo et claruit miraculis in obitu suo. Quia quando obiit in festo Sanctæ Thomæ de Aquino in hyeme circa nonam fuit circa eius cellam auditus cantus multarum avium unde sunt testes bene decem qui hoc audierunt et sepultus est in cœmiterio nostro (ea est simplicitas cartusiana) Anno XV^C tertio, verum cum annus inciperet a Pasce verius est obiisse anno quarto, verius 4^o.

Hæc historia erat depicta in fenestra parva super ostium claustrum in Schuet fertur hic cum in silentio noctis contemplationi vacaret attentius quadam vice ranarum murmur (quæ in locis palustribus et in lacunis fere semper vicinis audiebantur) iam diutius passus eis commune silentium (forte fretus silentij sui virtute) indixisse, vel ut alij dicunt exitium et exilium imprecatus est. Verum enim vero ipso mortuo ab exilio revocata videntur. Unde in fenestra tale erat carmen fit morte Hermanni garritus prodigialis. Et recrepant ranæ sommis fratrum taciturnæ. Vide infra lineam : Refert Sanctæ Ambrosius lib. 3 ad Virg. cum plurima ranarum murmura religiosæ plebis auribus obscuperent, sacerdotem Dei præcepisse ut conticerent, ac reverentiam sacræ deferent orationi : tunc subito circumfusos strepitus quievisse. Silent, igitur paludes, ait Ambrosius homines non silebunt ?

⇒ Joannes Badensis præfuit ecclesiæ Treverensi archiepiscopus annis 57.

Obijt hoc anno et mense Joannes e marchionum Badensium familia archiepiscopus Treverensis, fuit huius perquam diuturnus episcopatus, quippe cui annis septem et quinquaginta (alias 40) præfuit. Vixit annis 79. Postea Jacobus ex marchionibus de Baden filius Christophori marchionis, coadiutor quondam defuncti archiepiscopi, per Alexandrum VI pontificem summum confirmatus in archiepiscopum Treverensem a maiori parte capituli et populi assumptus est vir elegans, doctus, et amator omnium eruditorum virorum dignissimus, quo vix melior ad pontificatum hoc tempore invenire potuisset alius, annorum XXX. Præfatus Christophorus, marchio Badensis, erat gubernator ducatus Luxemburgensis, qui ad se vocavit Trithemium ad castrum Lutzenburg et in notitiam cognationemque assumpsit, et aliquoties postea ad Sponshaimense monasterium se contulit videre bibliothecam et arcana quædam conferre cum dicto abbate Trithemio, sine tamen gravamine monasterij præmisso equitatu alio, sicut et comes Palatinus necessaria præmittebat et providebat de suo monachis Quando res monasterij bene expenduntur et viget disciplina Deus eas custodit.

⇒ Joannes Plumer, donatus, moritur.

Hoc anno obiit frater Joannes Plumier XXIIIJ maj, donatus huius domus et professus, fuit cocus istius domus, cuius mater dedit duos petros perpetui census in Lovanio in vico dicto Acqueleystraete. Cuius anima in æterna pace requiescat. Amen

1503

⇨ Domnus Petrus Vassorius sermonem habet in capitulo generali, zelius ipsius.

Hoc anno 1503 domnus Petrus Vassor, prior domus Regalis prope Gandavum, quondam præceptor principis nostri Philippi, et postea visitator huius provinciæ sermonem habuit in Cartusia ad congregatos patres et curavit tres monachos ex hac provincia qui morabantur in Franci reducendos ad domos professionis eorum, quorum unus erat professus domus Buscoducensis domnus Adrianus, alter erat professus domus Diestensis domnus Judocus, tertius domnus Lævinus professus domus Capellæ, quos reduxit quidam vir sæcularis cui nomen erat Judocus qui fuit frater germanus domnus Joannis Binchois scribæ domus Cartusiæ.

⇨ Lævinus Dulcis, professus Gandensis.

Hic Lævinus Dulcis civis Gandensis fuit receptus a domnus Arnolde, priore domus Capellæ ad statum monachi in festo Beatæ Catharinæ, Virginis et martyris, anno 1476. Qui naturaliter habuit bonam vocem eatque mediocriter in arte musica peritus et satis eleganter et nitide sciebat scribere et professus in ordine ac sacerdos factus libros scripsit diversos. Parum literatus erat utcumque tamen assiduitate legendi, scribendi, audiendi et interdum loquendi scripturas intlligere potuit. Postquam domnus Arnoldus obijt successit ei (non immediate) in prioratum domnus Jaspas, cuius tempore nescio quam ob caussam missus fuit ad hospitandum in domo Sylvæ Sancti Martini prope Gerald-montem, ubi supra modum graviter ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. Inde reversus ad domum professionis suæ non invenit requiem. Tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus nec habuit consolatorem. Quapropter clam abijt et profectus est ad domum Cartusiæ Maioris deducente eum viro amice. (⇨ begnitas paterna in filium fugitivum) Et ibi receptus habitavit ad tempus, et magister illi datus est domnus Joannes Binchois, scriba domus Cartusiæ, qui oriundus erat a Binchio civitate Hannoniæ, magistrum discipulus adiuwabatur in litteris legendis et notandis, quæ plurimæ feruntur unduque ad illam domum quod tamen quibusdam non placuit, quod hospes et extraneus sciret ordinis secreta quæ fiunt ibi, et pœne in toto ordine. Hic igitur cum moraretur a domnus Petro Rufi patre reverendo missus est in domum Vallis Sancti Hugonis cum prædicti prioris reverendi litteris sigillo munitis ut ibidem vicariatus officium adminstraret, quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit.

Prædictas litteras postquam ad domum Capellæ redijt ostendit confratribus (Iam antiquis lubet nova adiungere quasi per parenthesim hoc nostro tempore circa annum Domini 1620 ex hac provincia profestus est ad cartusiam venerabilis patris dominus Petrus Daems, professus Lyræ non fugitivus **tamen** sed obedientia accepta a reverendo patre favore parentum qui promittebant solvere expensas ipsius quamdiu ibi degisset. Magistros quoque habuit qui illum melius formarent in cantu et cæremonijs ordinis post paucos annos a reverendo patre domnus Brunone ad Vallem quoque Sancti Hugonis misus est ut fungeretur ibidem officio vicarij qui tandem circa annum 1625 ad prioratum domus Capellæ per cartam promotus fuit vir doctus multarum linguarum peritis optasset diutius in cartusia manere sed ordinationi reverendi patris non potest contradici).

Hic autem Lævinus de quo nobis sermo a prædicto officio vicariatus in domo Vallis sancti Hugonis absolutus redijt ad Cartusiam, atque inde missus et in Italiam hospitatum fuitque hospes in multis domibus ordinis quarum tametsi quædam fuerunt opulentæ, quædam pauperes in nulla tamen earum facere professionem voluit, dixitque confratribus se in loco fuisse ubi Hannibal Pænus dux

Carthaginensium quondam : deduxit scopulos et montem rupit aceto. Satyr. 10 Juven. ut exercitui suo transitum faceret in Italiam. Sed quot annis quando potuit Lævinus noster ventitabat in Cartusiam ven ad capitulum generale, vel ad capitulum privatum, eaque facultas ibi tunc non difficulter adquirebatur, deinde fuit hospes in diversis domibus provinciæ Franciæ præsertim in domo Divionis multum illi profuit quod accurate sciebat scribere. Porro cum more solito hoc anno esset in domo Cartusiæ tempore capituli generalis domnus Petrus Vassorius prior cartusiæ Gandensis ut dixi curavit reducendum ad domum Capellæ suæ professionis et postquam habitavit in ea quatuor aut quinque annis iterum per litteras reverendi patris domnus Francisci de Puteo iusus est ire hospitatum in domo Valencenarum. Nam Lævinus frequenter scribere solebat vel ad domnum Joannem Binchois, vel ad vicarium domus Cartusiæ domnum Joannem Gillardi, quorum litteras et rescripta intimis amicis quandoque ostendit.

⇒ Gratia lachrymarum et precum pollebat Lævinus vere dixit D. Gregorius : Quia et quos agere aliqua prava conspicitis, quæ in eis lateant bona nescitis.

In divina re peragenda Lævinus ante corporis Christi Sumptionem semper lachrymare consuevit, et quotidie unum brevem legere præter id quod habebat legere ex parte ordinis. Ac in domo Valencenarum non diu commoratus finem vitæ mortalis habuit pridie nonas februarij anno 1516.

⇒ Domnus Petro Vassori, priori Gandensi, commissio data est de inspiciendo loco pro nova plantatione circa Tornacum, quæ videtur effectu carnisse.

Præterea in carta huius anni scriptum erat : priori domus Vallis Regalis prope Gandavum committimus quod accedat ad ipsam domicellam quæ intendit fundare novam plantationem et locum videat ac etiam perquirat de assensu principis diocesanis et oppidi Tornacensis. Et de omnibus reverendo patri et diffinitoribus capituli generalis in proximo capitulo reddat.

⇒ Cartusiani respuunt monasterium Vallentinensem prope Hesdinum, et forte istud est de quo supra.

Hoc anno Locrius in Chonico Belgico ex frater Gonsaga de origine Rel. Seraph. et litteris R. P. Hugonis Laretij Guardiani notat cartusianos respuisse locum prope Hesdinum versus Artesiam, an idem sit de quo supra non est mihi cerum. Ait enim. In pago Vuailiensi non procul Hesdino conventus fratrum Franciscanorum Vallis-Entinæ seu Vallentinensis, Gallice Vallentia, nuncupatus per eiusdem loci Dominum construitur : qui licet exiguus solitudini tamen atque meditationi est aptissimis. Alluitur Gange fluvio et pellucido fonte, ferunt religiosi carthusianis primitus apparatus fuisse : quibus quod augustior esset subire recusantibus B. Francisci familiæ patuit fratribus ex Abbatis-Villa accersitis. Volumus amplas domos habere non cogitantes Christum dominum in modico præsepio reclinatum.

⇒ Reverendus pater domnus Petrus Rufus non sine sanctitatis opinione moritur.

Reverendus patris domnus Petrus Ruffi, Maioris Cartusiæ prior 32 pater inprimis venerabilis devotione præcipuus, omnibus amabilis atque gratus, divinarum humanarumque litterarum egregie gnarus junis utriusque doctor percelebris. Inter ceteras virtutes quas habuit fœcundissime benignitate et patientia mirum in modum præditus fuit. Omnibus qui ad eum veniebant misericordiæ gremium aperuit et afflictos potissimum benigne suscepit (sicut patet in prædicto Lævino) Etenim non ignarus mali, miseris succurrere norat, Norat in quam quid adversa sibi fortuna vollet. In negotijs ordinis admodum diligens, providus ac circumspectus fuit, quæ et longa experiantia edoctus optime tractare scivit, nam et in multis domibus prior, et in nonnullis provincijs visitator fuerat antequam prioratum Cartusiæ gereret. Et cum tantis esset negotijs occupatus nihilominus sui præclari ingenij monimenta reliquit de quibus consule Bibliotheca Cartus. Tandem hic pater devotissimus post multos labores post tribulationes varias post gravem morbum quo duobus annis ante obitum flagellatus atque purgatus instar tritici in area fuit (nam et in postremo capitulo monebantur singulæ personæ ordinis ut haberent ipsum reverendum patrem propensius recommissum tam in generalibus quam in particularibus orationibus quod revera gravi infirmitate laboraret) post sacramento

domum Christiano more sumpta fœlicem Deo Spiritum multis præsentibus suo Creatori cum multo fructu reddidit anno tertio post mille quingentos 27 augusti qui et decenter sepultus non sine sanctitatis opiniere fuit.

Cui in officio Franciscus Puteanus omnium suffragijs suffectus est.

⇨ Philippus Austriacus non sine periculo hoc tempestate fuit in Gallia.

Cum Philippus princeps noster ex Hispana reversus per Gallias iter haberet et etiam Lugdunum pervenisset mox eo venit rex Ludovicus cum regina uxore multisque Franciæ proceribus aliquotque diebus se recreantes pacem concludunt inter regem Franciæ et Hispaniæ adiudicantes regnum Neopolitanum Carolo Austriaco si Claudiam filiam regis uxorem duceret et alijs conditionibus, quarum maior pars Gallis erat propitia Hispano aspera, quando in altera Gallo sua retinente Ferdinando detrahebatur quod obtinebat. Ut Hispanis regno expulsis Gallus illud facilius invaderet. Principi iniectam necessitudinem fuisse paciscendi quoniam in Galli potestate erat Hispani scribant. Decima aprilis Burgium in Sabaudia princeps proficiscitur a duce eiusque uxore sorore sua magnifice exceptus.

⇨ Philippus ad Margaretam, sororem quam Philibertus Allabrogum princeps in matrimonio habuit invisendam profectus est.

Sed mox uterque princeps acri corripitur febrī. Paulo melius habens princeps Philippus Lugdunum ex promisso revertitur regi et reginæ valedicturus et pacem confirmaturis.

Rex Ferdinandus certior factus fortunam ad suam partem stare et francos prælijs inferiores mittit in Franciam legatos qui declararent pacem a principe factam regem Ferdinandum probare non posse quum princeps mandati sui limites excedisset et se valle cum rege egisse seque cum vitæ periculo asperrima detentum febrī reversum ut acta transacta confirmaret sciens rex principem vera loqui excusationem non malo animo accepit ac legatos Hispaniæ cum ignominia rapulit eos audire non sustinens Philippus princeps in febrim recidivus tam graviter ægrotavit Lugduni ut de vita omnes medici desperarent (O quam felices sunt qui nihil huius mundi appellant) Princeps paululum convalescens lectica vectus ad sabaudum revertitur.

Consilium certe regem Ferdinandum ex tempore rerumque eventu cæpisse facile apparet. Etenim ante Germanorum adventum de consalui rebus desperans pacem quiesierat: mutata eorum præsentia Consalui fortuna sententiam mutaverat, Etenim dicunt consilia res magis hominibus dare, quæ in horas variantur quam homines rebus.

⇨ Galli ab Hispanis e regno Neapolitano profligantur duce magno consaluo.

Neque a bello abstinuit donec omni Neapolitano francos exturbasset regno.

⇨ Successio pontificum.

Eodem anno papa Alexander 6, 18 die augusti venero periijt secutus Pius 3 non integro mense præfuit mortuus hic in festo Sanctæ Lucæ Evangelistæ, successit Julius 2 ultima octobris sedit annis novem et amplius.

⇨ Princeps in Germaniam ad cæsarem patrem proficiscitur.

Philippus princeps mense septembri Cēnipontem pervenit. Ibi ab imperatore patre omnibusque aulicis et principibus honorificentissime excipitur ac per mensem partim Cēnonti partim Hallæ propinquo ei opido cum patre egit varijs exercitijs se recreantes. Nona novembris Mechliniem intrat tanta perfusus imbri ut toto corpore maderet. Hic amplexis liberis eorumque nutritijs salutatis aliquandiu ex tanto itinere requievit.

1504

⇒ Obijt illustrissima et potentissima domina, domina Margareta de Pricke conthoralis quondam illustrissimi dominus Caroli, ducis Burgundiæ.

Paucis post diebus Margareta Eboracensis, Caroli Audacis vidua, propectæ ætatis fæmina nullis relictis luberis Mechlinia, 7 novembris Mechliniæ morti concedit. Illi Franciscanorum ædes præbuit sepulcrum. Nihilominus toti ordini nostro fuit devota et propterea quoad vixit habuit semper missam de Spiritu Sancto, fuit magna benefactrix tam Cartusiæ quam multarum aliarum domorum in provincia Teuthoniæ et Picardiæ nominatim nostræ domus te Schuten in quæ ædificavit duas cellas pro quibus dedit III^CLX rhenenses non tamen eas dotavit et domus Capellæ in qua conditum est cor eius sub tali epitaphio, vide infra lineam, et folio : Cy gist le cœur de treshaulte tresexcellente et trespuissante Madame Margueritte dEngleterre Duchesse de Bourgoigne de Brabant, etc Qui trepassa en l'an de notre Seigneur 1503.

⇒ Domnus Hubertus de Lacus, monachum induit.

Hoc anno ipso die Sanctæ Barbaræ fuit in Schuet vestitus domnus Hubertus de Lacu et anno revoluto fecit professionem, fuit bonus cantor habens tubalem vocem et artifex multarum rerum et ligator librorum, secundario fecit professionem in domo Argentina, ibique fuit vicarius.

⇒ Eleemosyna domini Valentini cantoris Aulæ.

Circa hoc tempus anno 1504 redijt ex Hispania ut virisimile est cum uxore principis venerabilis dominus Valentinus cantor et tenorista dicti illustrimi principis Hispaniæ et fuimus eidem obligati de tribus elapsis annis ad LVIIJ rhenenses quæ summam domui dedit in augmentum præbendæ unius monachi de qua superius dictum est.

Circa vernum tempus princeps Joanna solvit ex Hispania et mari redijt ad maritum cuius absentia impatentia aliquando pedestre iter tentaverat sola sine comitibus. Non enim permittebant reges parentes eam descendere quod illis bellum esset cum Franco.

⇒ Domnus Jacobus Cooman emittit professionem.

Hoc anno 29 aprilis fecit professionem domnus Jacobus Cooman, Gandensis, qui dedit domui quadraginta octo libras grossorum flandriæ pro quibus solvendis accepit pater ipsius terminum sex annorum et omni anno solvit octo libras de qua summa pater Mathias emit reditus pro conventu.

⇒ Vivarium dictum den Swerten Vijvere.

Eodem anno tertia may fecit prior Mathias cum suo procuratore domnus Joanne de Groete opus laudabile et **proficuum** scilicet vivarium dictum et nuncupatum vulgariter den Swerten Vijvere prope silvam ibidem sic nominatam quantitatis 10 iornalium. Per antea idem vivarium erat quædam pascua parum utilis, audivi a veridicis quod vix annue habuissent nostri quatuor rhenenses, in quo quidem vivario nutriuntur optimi pisces et multum convenit pro vivario, nam in æstate quando fœnum aptum erat ad reponendum in horreis qui immergebantur in luto usque ad ventrem. Ut de eodem annue piscamus circa VIIJ^C carpas exceptis alijs minoribus piscibus. Et ut idem vivarium haberet sua requisita emimus a quondam milite domino Henrico tSerraets tria iornalia prati quæ etiam versa sunt in vivarium, nec habemus simile.

⇒ Eleemosyna executorum testamenti reverendissimi suffraganei episcopi Cameracensis.

Hoc eodem anno dominus Bartholomæus quondam capellanus domini episcopi Dagnensis et alij executores intelligentes quod idem dominus saffraganeus haberet in ista domo anniversarium dederunt pro fundatione eiusdem XXX rhenenses

⇒ Sepelitur neptis dominus Fabri benefactoris nostri.

Fuit sepulta in cæmeterio nostro Joanna quondam neptis domini Petri Fabri, quæ enutrivit multos iuvenes in domo Anderlactensi per prædictum avunculum suum nobis relicta.

⇨ Dominus Judocus Argillanus. Magister Joannis Ammonij.

Ad ædificationem nostram qualiter conversatus fuerit dominus Judocus Vander Cleyen, et quæ documenta dederit discipulo suo Joanni Ammonio chronographo domus Capellæ ex eo audiamus : dominus Judocus Agillanus de Geraldimonte cognatus domni Arnoldi Carreman, prioris domus Capellæ, fuit vir probus et graciosus, vultu liberali statura mediocriter eminenti, ingenio satis acuto, qui tametsi in litteris sæcularibus non multum fuit eruditus, scientia tamen christiana et spirituali non multis postponendus erat, siccis uti non consuevit ne in hyeme quidem sed **qm** siccis semper habebat pedes parvis utebatur calceis intra calceos non **tamen** pilosis, habuit dulcem et quasi angelicam vocem, unde pluribus annis tametsi non placuit ei fuit cantor chori, qui quoniam fuit impeditioris linguæ ideo silentium et solitudinem amavit plurimum alioqui et vicarius huius domus fuisset ordinatus si prædicare publice potuisset, multis tamen admodum charus fuit scivit autem accurate flores concinnare de filo serico et cupreo filo substrato, sed dixit quod visum suum in tali opere multum debilitavit. Delectabatur arte inserendi arbores quam artem domnus Hieronymus Rustico, monacho scribens etiam commendat. Ad studia literarum mihi propenso et de viris eruditis intendum loquenti respondebat : moritur doctus similiter et indoctus eccles. 2, quasi diceret studeamus bene vivere et semper habere bonam conscientiam.

⇨ Vicissitudines bonorum et malorum.

Alias autem mihi dicebat : Ô Joannes Joannes si diu vixeris in ordine frequenter iturus es et ab hoc et ab hac, vicissitudines bonorum et malorum sic indicans quas in hoc mundo cuncti mortales velint nolint experiuntur, et profecto verum dixit. Porro quales aliquando vicissitudines et ipse magister meus Judocus in ordine sit expertus non etiam mihi tacuit omnino. Alias namque dicebat. Interdum gratia Dei visa est mihi sic affuisse ut post vigiliis nocturnas et officium matutinale ita me sentirem robustum et alacrem, ac si non amplius quam ad dimidiam horam in choro fuisset. Hoc modo sane divina gratia mecum egit, sed non semper, nam et interdum ita relictus sum in infirmitatibus meis et miseris ut non solum tæderet me vitæ meæ, sed etiam ut nonnunquam optarem mihi terram dehiscere quo liberatus a tentationibus in ea quiescerem.

⇨ Quantum exhortationes bonorum virorum valeant.

Nec silentio prætermittendum quantum exhortationes P. Laurentij illum erexerint cum ipse quoque fatetur : cum essem iunior, inquit, et multis annis in ordine non fuisset pater Arnoldus Kaerman diu fuit huius provinciæ visitator principalis et propterea frequenter oportebat eum abesse domo.

⇨ Præclarum testimonium de sanctitate patris Laurentij Muschezele.

Interim vero domnus Laurentius de Muschezele, vicarius fuit huius domus quod officium laudabiliter **exequabatur**. Sed quoties domnus Laurentius visitandi gratia venit ad me in cellam sermonibus suis et exhortationibus sic erexit me, stabilivit et confortavit, ut posteaquam fuit in cella mea per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse. Eram siquidem **pronior** ad modestiam, proclinator ad pietatem, promptior ad fraternam dilectionem ferventior in precibus, subtilior in divinarum contemplatione, et in cunctis observationibus ordinis publice et privatim alacrior. Sed de prædicto domno Laurentio alia multa referuntur. Ad prædictum Judocus revertam.

1504

Item alias dicere solebat : vixi quidem diu satis, si satis bene sed extremum ictum semper timeo. Cum autem quidam monachus domnus Franciscus Velle defunctus esset qui erat ipso iunior in ordine, magnus invasit metus Judocum, atque ab illo tempore nunquam bene valuit, sed velut attonitus sæpe dicebat nobis, nescio quit est mihi, nescio quid habeo, nescio quid patior, deinde paulatim cæpit ægrotare sic fere ad duos menses. Cum autem Paschæ festum adventasset et in dies se se debiliorem fieri cerneret fertur paupulum conquerens dixisse : **Itane/Stare** iam mori debeo cum molestissimum totius anni tempus iam peractum sit et commodius victitandi tempus advenerit quando nobis lacte et butyro dicet uti. Sed tamen divinæ voluntati se commisit et rite præparatus sumptis ecclesiæ sacramentis religiose defunctus est in præsentia domnus prioris et quorundam aliorum nocturno tempore ceteris fratribus in choro divina celebrantibus 26 martij anno 1504.

⇒ Præpropera mors nec optanda.

Iste domnus Franciscus Velle dicebat quandoque : si Deo placeret optarim in extremis meis non diu ægrotare lectoque decumbere, ne mea causa fratres vigilijs et alijs molestijs afficiantur. Certe quod optabat assecutus est quandoquidem usque ad extremum diem vitæ mortalis inambulaverat et ad templum venerat sumpsitque per se cibum et potum, sed cum venisset infirmarius nocturno tempore ad legendum cum eo matutinas de Domina repperit eum in lecto iacentem atque defunctum circa principium huius anni, sic præproperam mortem non optarim. Notandum quod de se narrat domnus Joannes Ammonius : tempore illo quo prædictus Franciscus obiit tam ægrotus eram, ut stare non possem sed in cæmiterio sedebam super unum sepulchrum legebamque cum alijs ac me putabam propediem moriturum : Deinde in choro nactus quendam librum quem domnus Franciscus scripserat (⇒ efficacia orationis Divi Bernardini de nomine Jesu): ex eo legi orationem Divi Bernardini de nomine Jesu. Et protinus mihi visus sum melius habere, paulatimque convalui sic ut in hebdomada Ascensionis Domini ministerium sacerdotis in conventu peragerem, tametsi nondum plere sanatus. Ac tandem aliquando ab illa ægrotatione magna convalui. Deo Gratias. Maioraque mihi est post evenerunt pericula a quibus etiam Deus me liberavit Cui laus, honor, et gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Mortuus est in eadem domo in januario frater Absalon de Biervliet, conversus, qui benevole et sollicite fratribus ministrabat, religiose ventitabat ad divina bonusque christianus videbatur. Sed qui dicam ? Necit homo utrum amore an odio dignus sit, et apostolus ait : Novit Dominus qui sunt sui. Et discebat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Christi, fili mi Absalon. Absalon fili mi ! dixit etiam pius ille pater. Hic enim post obitum suum repertus dicitur proprietarius. Sed quis hominum sit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui in ipso est ?

⇒ Immoderatio labor manuum periculosus.

Videre quoque erat in principio sæculi huius quosdam ad exteriora laxatis habenis totos se effundere non solum immergere sese immoderatus labori manuali sed quod gravius et intolerabilius erat exercere periculosas artes alchimix turpis quæstus gratia contra quos ordo gravissimam sententiam fulminavit.

Ordinationem anno Domini millesimo quatringsentesimo nonagesimo nono factam, et ad certas provincias duntaxat ordinatam de arte alchimix confirmamus, eam extendentes ad omnes et singulas ordinis provincias, cuius tenor sequitur.

Ad nostrum, quod dolentes referimus, pervenit auditum, quod plures ordinis personæ diabolica fallacia adeo deceptæ sunt ut tempus et vitam in alchimia et quinta essentia conumant, multasque experientias faciant iuxta apostoli dictum semper addiscentes et nunquam ad veritatis scientiam pervenientes aurum et argentum conflorit, et in dispendium patrimonij Christi ordinisque scandalum in nihilum redigant. Volentes igitur super his de remedio oportuno providere statuto irrefragabili ordinamus ut in antea posterum nulla persona ordinis directe vel indirecte per se vel per alium in domibus ordinis vel extraneorum se in practica, alchimia sine quintæ essentiæ occupet, neque fornaces neque vitra aliaque eiusdem practicæ instrumenta apud se retineat sub pœna quoad priores et procuratores privationis officij et quo ad subditos pœna carceris. Eidem ordinationi adiicientes inhibemus omnibus et singulis personis ordinis nostri status cuiuscunque fuerint ne artem prædictam per aut aliam personam in domibus ordinis aut alibi exercere præsumat, nec exercentibus præstent auxilium, consilium aut favorem, aut ubi exercebatur intersint, alioquin tales pro proprietarijs et criminosis habeantur. Quod si priores exstiterint vel quicunque alias obedientias ordinis habuerint ipso facto ipsis obedientijs sint privati et perpetuo inhabiles ad quascunque obedientias ordinis nostri obtinendas monachi vero clerici rediti, conversi et redditu laici disciplinæ generali subiaceant, perpetuoque sint novitij et careant voce sine spe restitutionis in pristinum gradum. Donati autem et præbendarij omnino ab ordine expellantur. Et nihilominus ut omnis occasio artem illam in posterum exercendi personis prædictis subtrahatur ordinamus et sub pœnis prædictis iniungimus ut si quos fornellos aut alia instrumenta ad usum dictæ artis penes se vel in eorum posse habeant illos et illa infra. Unum mensem a die publicationis huius ordinationis computandum rumpant et funditus destruarit, valde enim indecens est et ab observantia regulari penitus alienum Dei servos terrena quærere cum eorum conversatio in cœlis et circa cœlestia deberet esse. Et visitoribus provinciarum iniungimus ut in singulis domibus provinciæ suæ diligenter inquirant si prædicta fiant et iuxta præsentem ordinationem exsequantur.

⇨ Domus Lovaniensis ordini incorporata.

Hoc anno domus Beatæ Mariæ Magdalenæ sub Cruce in Monte Calvariæ Lovanij ordini incorporata extitit cuius primus prior fuit dominus Joannes Delph. professor domus Gandensis.

⇨ Benefactores ordinis.

Circa hunc annum obiit magnificus dominus Baisin, magnus benefactor domorum Paradisi Mariæ et domus Schivelen ubi ædificavit tres cellas monachorum et dotavit redditibus pro inhabitationibus eas.

Item domina Ursula Jumener (*au-dessus de la ligne*: Tummer) Nurembergensis magna benefactrix domus in Itingen et Cartusiæ, quæ pro erectione dictæ domus in Itinghem dedit summam quinque millium florenorum rhenensium.

Item generosus Erckingerus (*au-dessus de la ligne*: Sigismundus) filius dominus de Swartzenburch primi fundatoris præbendarius domus Pontis Mariæ.

1504

Institutæ sunt missæ de Spiritu Sancto dicendæ in conventu pro duobus magnis benefactoribus ordinis. Pro magistro Roberto Wida, subdiacono in ecclesia cathedrali Wellensi in Anglia : Altera pro honorando dominus magistro Walerando Papin in medicinis doctore et canonico Sancti Audomari, qui fuit Audomarensis cartusiæ singularis benefactor. Item missæ de Domina in conventu pro dominus Bernardino, cardinali Seguntino tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem qui ordini multum affectus fuisse dicitur. Item pro illustri domino Gonsalvo magno capitaneo regis Hispaniæ, qui ut diximus superiori anno Francos ex regno Neapolitano expulit.

⇒ Philippus princeps Arnhemum deditioe capit.

Princeps Philippus intelligens Carolum Egmondium contra Avi Arnoldi venditionem testamento approbatam confirmatamque cæsaris Sigismondi diplomato in Geldria vi regnare, eum debellare universaque Geldria pellere (ut patri postremo e Germania discedens se facturum fuerat pollicitus) constituit Arnhemum obsidet productisque tormentis mœnia deijcit, tandem lines dedunt certis legibus quas et vicini aliquot admiserunt. Igitur mense julio princeps comitatus Belgarum proceribus Arnhemum ingreditur, magnoque cum honore exceptus inauguratusque paulo post haud procul Zutfania castra locat. Instante hyeme pax haud diu diratura cum Carolo Egmondio initur. Non enim quiescere Gelder poterat mille semper artibus instructus ut specie pacis dux pauper vicinos deprædaretur.

Hoc quoque anno atrocissimum bellum exortam est inter Maximilianum cæsarem et Philippum comitem Palatinum Rhenij de quo consule hystoricos.

Inveniuntur etiam domestica bella, quæ hoc anno prior habuit cum Joanne Obberge qui exposuerat pecunias pro ecclesia nostra nomine dominus Joannis Fax (custodibus vestium Maximiliani reges) qui semel promiserat dare pro ecclesia nostra centum libras grossorum flandriæ et fecit fieri lateres ipseque Joannes Obberge omnia exposuit nomine dicti domicelli Joannis Fax. Sed postmodum Joannes Obberge petijt omnia quæ exposuerat pro dictæ ecclesia sibi reddi et restitui.

⇒ Hinc discant officiales in libibus pacem inire cum parte adversa prout statuta monere.

Et fecit no citari coram officiale Cameracensi et processu finito fecimus ipsum (Sci processum) visitare per expertos qui dixerunt quod eramus male fundati et quod amitteremus causam nostram. Tandem convenimus cum dicto Joanne Van Obberge cui promisimus dare centum coronas quas ipsi solvimus et dedimus, quia si fuissetemus condemnati sicut satis apparuit in triplo plus dedissemus. Deus retribuat nobis meliorem fortunam et adiutorium certius quam tunc habuimus.

Hoc anno 26 octobris ex hac vita migravit domnus Otto Wolffwinkel de Amersfordia, prior domus Ultraiectinæ, cui domui præfuit novem annis vixit in ordine ultra 19 annos.

Hoc anno si bene notavi ex chronico Capellæ alias præterito anno fuit sepultus in nostro cæmiterio frater Richardus, conversus domus Capellæ, qui obiit Bruxellæ in hospitio nostro inter manus domnus Joannis de Groote, procuratoris huius domus, qui eidem ministravit sacramenta ecclesiæ venerabile sacramentum et extremam unctionem cuius etiam confessionem audivit. Et venit prior Capellæ circa noctem quo præsentem fuit hic sepultus. In prædicto Chronico sic habetur. Circiter annum Domini 1461 receptus fuit in hac domo, scilicet Capellæ, Richardus Penant non longe ortus a Camberone. Et primum quidem donatus postea vero

1505

factus est conversus. Hic principibus terræ notus fuit, et aliquando coquinarius erat in hac domo, et alio tempore fuit etiam portarius. Cum autem ob aliqua negotia profectus fuisset Bruxellam, essetque non admodum bene dispositus in corpore de consilio medici sumptis catopolijs cæpit magis ægrotare, atque inibi non post multos dies obiit nonis decembris, sepultus fuit in domo ordinis nostri prope Bruxellam.

⇨ Isabella Castellæ regina Philippi principis socrus fato concedit.

Quinto calendas decembres Medinæ-Campi obiit Elizabetha Hispaniæ regina Ferdinandi Catholici Arragoniæ regis uxor, vita ac moribus fœmina alijs multis præstans, quæque apud suos ingentis prudentiæ nomen obstinebat, ad quam spectabant Castellæ regina Hispaniæ longe maxima præstantissimaque pars.

Hoc anno 1504 designatus fuit Venetorum patriarcha Antonius Surianus, monachus ordinis nostri.

(*dans la marge* : A cuius morte cæpit demum Philippus Castellæ, Legionis et Granatæ rex salutari) Postridie idus januarij anno 1505 celebrat princeps Philippus Bruxellæ Brabantiæ in templo divæ Gudilæ exequias Elizabethæ reginæ Hispaniæ, cuius cæremoniæ in longum tempus extractæ quum tandem essent finitæ : legatus Castrensium alta voce in templo proclamatur vivat dominus Philippus ac domina Joanna rex et regina Castellæ, Legionis, Tolete, Granatæ, etc. Vide Huterum.

Sub tempus vernum rex Castellæ ad patrem cæsarem in Germaniam proficiscitur.

⇨ Obitus domicellæ Mariæ Coutereau relictæ dominus Joannis de Groote, præsidis Brabantiæ.

Hoc anno 24 januarij obiit venerabilis matrona domicella Maria Coutereau relictæ quondam magistri Joannis de Groote sigilliferi ac præsidis Brabantiæ, mater confratris nostri domnus Joannis de Groote quæ honorifice fuit hic sepulta præsentibus nepotibus suis dominus Joannes Coutereau, milite et alijs fratribus suis ac alijs multis, quæ reliquit omnia mobilia huic domui et dedit insuper tempore quo filius suus Joannes de Groote fuit procurator diversis vicibus plusquam III^C rhenenses quos debuisset applicasse pro dotatione cellæ. Sed omnia commisit eidem filio suo, quia omnia ad usum profectum et necessitates huius domus exposuit

⇨ Recensentur beneficia eius domui huic collata.

Procuratori domnus Joanni De Brune semel perantear dederat XXIII rhenenses. Ante obitum suum reliquit domui omnia mobilia sua, inter quæ torquem auream valentem centum rhenenses. Perantea dederat duo pulcherrima pallia ad summum altare quibus in festivitatibus candelarum utimur et alia pallia pro ecclesia. Frequenter misit vinum pitantias ac multa alia solatia fratribus et dedit insuper pro thuribulo argenteo XXV rhenenses.

⇨ Cartusiani adsunt morienti.

Non sunt omnia scribenda quæ domui fecit. Rogemus dominum ut retribuat illi mercedem æternam quia devote obiit præsentibus domnus priore Mathia et filio suo domnus Joanne de Groote tunc procuratore, domnus Adriano Mosselmans procuratore domus Diestensis, frater Jacobo de Nova Terra, converso eiusdem domus ac tribus fratribus huius domus sepulta sub marmore quadrato filij sui domini Caroli de Groote, quondam cancellarij Brabantæ.

Joannes Standonck tanto Sanctæ Franciscum de Paula (cui aliquando Sanctæ Theol. quæstiones difficiliores ad sanctitatis experimentum proposuerat) et eius ordinem affectu prosecutus est, ut tertiam illius regulam professus fuerit, eundem cum illis habitum gessit continuamque carni abstinentiam intantum coluit ut in morbo lethali ad ijs utendum vix iudici potuerit, et studiosis suis fere similem habitum ordinavit, et eandem carni abstinentiam in collegio ab illis servandam præcepit.

⇒ Beata Joanna moritur.

Beata Joanna, ordinis Beatæ Mariæ (qui vulgo Annunciatarum Virginum dicitur) fundatrix toto vitæ decursu sanctissime transacto fere quadragenaria Biturgis quarto die februarij hoc anno in Domino obdormit in primo eius instituti cœnobio a se excitato.

Vide infra lineam :

Tribus diebus post scilicet 7 idibus februarij ad regnum autor chron. Dno evocatus fuit Joannes quoque Standonck S. Theol. doctor professor Parisiensis quem Ludovicus e regno proscripserat quod dictæ Joanne repudiata uxori persuasisset ut alteri minime nuberet. Sanctum autem exilem Cameraci recepit Henricus a Bergis, episcopus per cuius amplissimum episcopatum ferventissime est concionatus, et erexit in hoc exilio domos pauperum scholarium Cameraci, Valencenis, Mechliniæ et Lovanij. Visitatores autem domus Lovaniensis sunt ex ordinatione Adriano de Traiecto, decani, qui ad vitam erat generalis visitator et corrector huius domus Prior Cartusiæ et curatus Sancti Petri quibus autoritatem dedit dictam domum visitandi et reformandi in capite (*derniere ligne coupée lors de la reliure*)sine ulteriori relatione visi subiectione ad domum Parisiensem.

⇒ Rex Castellæ coacto apud Belgas exercitu iterum Geldros invadit.

Instante mensis aprilis fine rex Castellæ impetrata a patre cæsare potestate in Belgium revertitur iterum pollicitus non se quieturum donec Geldriam vendicasset. Coacto igitur non contemnedo exercitu iterum Geldros invadit. Verum Carolus natura levis et inconstans, sed bellicosus et inquietus pro tempore arte et dolo agendum ratus accepta fide publica ad Castellæ regem in Arcem Rosendalem venit ac ei adulatur impetratque certis conditionibus duarum annorum iuducias quas non observavit.

Legio dicta la Guarda unde originem habuerit.

Finitis bellis Flandrensibus quædam collectio se colluvio potius hominum quæ vulgariter la Guardia nominabatur per diversa Flandriæ, Hannoniæ et Brabantia loca peragrabat. Vulgus hanc legionem Guardiam Francica voce appellabat quod ea de causa primum esset conscripta ut Romanorum regi eiusque filio Philippo hoc carcere Gandensi illo Brugensi liberato perpetui essent præsidiarij ne post hac a seditiosis subditis vim amplius paterentur. Sed Romanorum rege e Belgio in Germaniam profecto, archiduce Philippo fida in civitate habitante Guardia diversis in locis militabat. Quidam ex dicta legione sub honesto titulo quasi a principe ordinate et missi qui regionem tuerentur patriam potius vastabant cum ipsi facerent ea quæ latrones facere solent quapropter multi mortales graviter ab eis erant afflicti et augebatur eorum cumulus in dies, siquidem huc confluebant plerique quos frugi pigebat esse domi. Non cessabant agricolas et obvios deglubere usque dum malis eorum Deus ipse finem imponeret.

⇒ Domnus Joannes de Flandria miles de periculoso mundi statu ad portum cartusianæ religionis confugit.

Nam pius domnus misertus populi sui gravem satis luem in hosce prædones et eorum animalia immisit et pravum dissipavit consilium eorum. De quorum fuit domnus Joannes de Flandria antequam veniret ad ordinem, natus in Querceto, fuit etiam miles in exercitu eorum qui per noctem intraverunt in opidum Attrebatense, et quandoque captus et Tornacum ductus non fuit sine periculo cum ei acclamaretur assomæ assome eratque incendium in civitate, sed qm satis facundus erat in patria lingua postredie reddita ratione liber dimissus fuit. Qui cum inter tales mundi procellas ætatem ageret sape miseram vitam suam deplorabat, quocirca tandem veluti respiscens ad ordinem cartusianum et ad domum Capellæ confugit animæ suæ salutem quæsiturus ubi receptus fuit et professus ac sacerdos promotus. (⇒ sedulus fuit infirmarius) Erat inter eos moribus urbanis præditus gracili corpore, statura mediocri, facie aliquantum fusca, acri ingenio, parum literatus, ad iram facilis, facilior tamen ad placandum visu acutus, victu sobrius, et in receptione ventitantium ad se zestinus, fuit infirmarius ordinatus, quod ministerium non modo

sollicite et sedule peragebat sed etiam alacriter obibat cum tanta semper benevolentia tractans infirmos sed et ægrotantes, ut si mater eorum fuisset non potuisse diligentius in cella sua accurrate et polite torno vasa toreumata facere consuevit. Et cum adducti fuissent duo monachi de monasterio Sancti Gisleni scientes eloganter scribere, inter paucos dies didiscit ab eis artem scribendi. Et litteras quidem venuste pingebat et formabat ortographiæ tamen haud quaquam faciebat satis.

⇒ Cum bona fiducia moritur

Obijt in præsentia multorum fratrum ante lectum eius

1505

orantium in meridie dum hora tangebatur in anno 1505 VII idus junij. Hic dicebat in sua infirmitate quæ dicitur hydropica qua et mortuus est se transiturum brevi ad Paradysum seseque ambulaturum inter lilia et ros as floresque paradisi.

⇨ Obitus prioris cartusiæ Ultraiectinæ.

7 eiusdem mensis junij obiit venerabilis pater domnus Lambertus Gaeff, professus et prior domus Ultraiectinæ in opido Amsterdamensi in domo patris sui morta subitanea, inde per fratrem iuniorem et alios nonnullus amicos Ultraiectum ad domum professionis suæ transuctus est. Vixit in ordine 27 annis cum dimidio præfuit in prioratu septem mensibus.

⇨ Terræ motus.

Hoc anno in profesto beati Bartholomæi apostoli fuit terræ motus vesperi circiter horam decimam. Et inter nocturnas quidem tenebras luna clare fulgebat. Ventus autem nullus super terram. Deinde paulatim cæpit audiri terræ mugitus quasi sonitus magnæ tempestatis aut venti a longe venientis, deinde omnia tremere et homines attoniti mirabantur. Postremo validus quidam impetus venit et uno transit??(*coupé par reliure*) concussit omnia fundamenta regionis nostræ sed non diu duravit et ita paulatim fragor audiri cessavit ac domum tellus quievit. Visus est et hoc anno sæuus cometes in Palatini ditone inter occidentem et septentrionem qui suo formidabili aspectu non paucos terruit ut refert Surlius.

⇨ Maria Austriaca nascitur.

Decimo quinto calendas octobres nascitur regi Castellæ Bruxellæ filia cui nomen est inditum Maria. Testes sacræ ablutionis fuere cæsar ac vidua Engelberti Nassauij, quæ postea nupsit Ludovico Hungariæ regi et fuit huius patriæ gubernatrix.

⇨ Consilium Mechliniensis.

Philippus princeps in Hispaniam denuo profecturus secreti consilij anno 1455 ab Philippo Bono instituti, senatores dividit, atque fixam cuique parti sedem assignat, una Mechliniæ (indito consilij supremi nomine) principis iussu sedem figente, ad quam ex provincialibus curijs Flandri, Artesij, Hollandi, Zelandi, Frisij ac Lucemburgij appellarent : altera in urbe Bruxellensi permanente,

⇨ Consilium Arcanum Bruxellæ.

servato consilij Arcani nomine et unicuique præside ac principis procuratore attributis.

Philippus princeps in Zelandiam cum ingenti comitatu profectus Middelburgi, decembris 17, aurei velleris comitia tertium et ultimum celebrat

Quarto idus septembres obiit Philibertus dux Sabaudia, nullis e Margareta Austriaca relictis liberis ætatis anno vigesimo quarto rediens e venatione qua adeo corpus incalverat ut cum parum frigis hausisset continuo animam efflaret.

Circa hunc annum obierunt quoque reverendus dominus Bernardus de Spiamonte, abbas Blasemontis, magnus benefactor domus Lancea.

Item illustris domina Blanca Emmanuel, baronissa de Landora, benefactrix domus Villæ Franchæ.

1506

Anno 1506 quarto idus januarij Philippus rex Castellæ Middelburgo solvit cumque Angliam in conspectu haberet navis regia fortuito corripitur igne tanta omnium consternatione ut extremam adesse horam vererentur, sed sociorum navalium diligentia ignis restinguitur. Exinde tempestas adeo horribilis ac sæva eos excipit ut haud procul naufragio abessent, ægroque in portum opidi Hamptonnæ (quod est in Anglia) navis regia paucos comitata appellit tribus cum omnibus rebus et hominibus fluctibus absorptis. Excepti sunt a rege Henrico septimo simma cum benevolentia ac humanitate maris tranquillitatem ac ventum secundum expectantes.

⇒ Erardus Marcanus, episcopus Leodiensis optime meritus.

Joanni Hornano Leodicensium episcopo mense decembri superioris anni defuncto sufficitur Erardus Marcanus Roberti Sedanensis toparchæ affinis, qui amplissimum Leodici palatium a fundamentis excitavit, Huiensem Dionantensem Francimontanam aliasque arces instauravit deque universa provincia Leodiensi optime est meritus.

⇒ In cartusia Montis-Dei quadragesimam transigit et ad sacerdotate munus se præparat.

Dum diploma pontificium expectat Sedanium se confert ad Robertum Merckanum loci tunc domnu a quo octo supra viginti millia ducatorum in sumptus instantis inaugurationis accepit. Venebatur scilicet vir providus si subditorum se debitorem constitueret ne suam in iustitia instauranda exercendave libertatem penderet, tempore autem quadragesimæ delicijs paternæ domus neglectis ad cartusiam Montis Dei haud longe a Sedanio distantem se confert, ubi divinorum librorum lectioni, rerumque spiritualium meditationi vacans ad sacerdotale munus directoribus religiosis, optimisque præceptoribus, et imprimis Spiritu Sancto ductore se præparat, dum Pascha celebrat administratio episcopatus illi a summo pontifice mandatur.

Postquam rex Castellæ fere per tres menses apud Angliæ regem summo cum honore et lætitia exceptus fuisset. Nono calendis may conscensit navibus in Hispaniam **dant** vela, adeoque felicia utuntur navigatione ut quinto calendis may Corongam in Gallicia appellarent, ubi cum summa lætitia ab omni hominum sexu ac genere sunt excepti, accurrere ex universa hispania Proceres Ferdinandum regem socerum deferentes cui tanquam ætate iam affecta nec admodum liberali, ut fertur, facile omnes novum regem annos natum 28 et vitæ splendore florentem anteferebant. Ferdinandus vero eam suorum levitatem detestatus Neapolim navigavit.

Christophorus Columbus Genuensis primus novarum terræ partium atque insularum nostro sæculo inventor 8 may Vallisoleti (*au-dessus de la ligne* : Valladoleti) in Hispania moritur, sepultus in una domo ordinis

Si bene recordor Locrius illi hoc chronographicum dedit epitaphium

ChrIstophorVs CoLVMBVs

GenVanVs

OCCIdVi orbIs InVentor

obIIIt non abIIIt.

⇨ Tertia compilatio statutorum indicitur.

In capitulo generali nostri ordini indicta est tertia compilatio statutorum nostrorum his verbis : Cum post compilationem novorum statutorum quamplures ordinationes per hoc nostrum generale capitulum ad conservandum ordinis statum provide et salubriter factæ fuerint. Quarum aliquæ confirmatæ, aliquæ certis iustis respectibus et causis revocatæ fuerint, aliæ vero in melius emendatæ temporum, personarum, et occurrentium pro tunc negotiorum qualitate pensata, ex quibus pro eo maxime quod ordinationes istæ cum inde secutis ad singulorum notitiam non venerint, aliquis in ordine deformitas et non modicæ inter ordinis personas dubietates ortæ sint, oriuntur et in posterum oriri possent in summum et dicti ordinis detrimentum et animarum periculum, quibus obviare volentes ordinamus quod hinc ad immediate sequens capitulum per duos, tres aut plures eiusdem nostri ordinis priores aut monachos in talibus expertos ac practicos quos reverendus pater Cartusiæ ad hoc opus elegerit et deputaverit ordinationes prædictæ a dicto tempore citra factæ, videantur et examinentur, et **resecatis** resecandis sub congruis et debitis rubricis et titulis describantur et assignentur. Et inde nostro dicto capitulo exhibeantur et præsententur per eum iterum videndæ et examinandæ. Et si eidem capitulo bonum et utile visum fuerit publicentur, omnia ad Dei laudem religionis augmentum et subditorum salutem et pacem.

⇨ Litteræ in forma brevis julij secundi papæ directa capitulo generali ne mulieres ingrediantur domos nostris ordinis.

Universis personis ordinis nostris et ceteris Christi fidelibus notum fieri volumus. Nos cum ea qua decet reverentia litteras apostolicas in forma brevis sub annulo piscatoris recepisse huiusmodi sub tenore, quæ prohibent ne mulieres ingrediantur domos ordinis nostri et habentur inter privilegia ordinis n. 130 subdit capitulum. Quarum vigore omnibus et singulis personis prædictis omnia et singula in prædictis apostolicis litteris contenta intimamus et notificamus, ingressum ecclesiarum et domorum nostrarum omnibus mulieribus cuiuscunque status et conditionis fuerint sub pœnis et censuris in eisdem litteris contentis inhibende. Et nihilominus personis prædicti ordinis iniungimus quatenus hanc ordinationem nostram imo verius apostolicam inviolabiliter faciant observari, ad ulteriorem dictarum litterarum executionem singulos eiusdem ordinis priores delegantes.

Hoc anno obiit in Germania V. P. domnus Ambrosius Alentsenius, prior domus Horti Christi et visitator provinciæ Alemanicæ Inferioris scripsit tractatum qui intitulatur fædus Christianum.

⇨ Domus Pacis, Mariæ Steymon Schur legitur in chartis.

Domus Pacis Mariæ in regno Svericæ fundata est a dominus Stenone Sture, gubernatore dicti regni quem arbitror hoc anno e vita migrasse conthoralis autem ipsius domina Onghebertus obiit in festo Sanctæ Lucie anno 1509.

⇨ Eleemosina Elizabethæ Sriders

Hoc anno honorabilis virgo dicta Elizabeth Sriders de Mechlinia dedit huic domui ducentos rhenenses communes ut ex ipsis pecunijs emerentur reditus pro duabus missis omni hebdomada celebrandis in perpetuum in ecclesia Beatæ Virginis vel nostra, de quibus denarijs est empta una hæreditas apud Anderlecht quæ alias spectabat ad domnus Henricum Huÿgs cum horto pomario pascua, ac alia parva domo contigua. Est etiam alia hæreditas empta pro dictis missis, propterea simus solliciti celebrare easdem missas, quia liberaliter dedit dictas pecunias, et est virgo sancta et multum famosa in

1506

civitate Mechliniensi, quæ a magnatis et pluribus honoratur eo quod ministrat pauperibus, infirmis et debilibus fere omnia quæ habet, etiam cives Mechlinienses mittunt illi pecunias vestimenta cibaria et huiusmodi ad ministrandum pauperibus, quos omnes noscit et sollicite ministrat. Habuit etiam fratrem in ordine professum domus Antverpiensis cui domui multa dedit donaria tam in pecunijs promptis quam etiam in alijs clenodijs, multa laudabilia quæ in ea merito laudanda et scribenda quæ omnia præterer. Deus dabit unicuique secundum mercedem suam.

⇒ Curtis te Beysberghe.

Nota quod anno 1495 erat empta curtis una te Beysberghe erga dominum de Gaesbeke in parochia de Leeuwe ut puta nemora, prata, terræ arabiles prout in registro continetur pro una certa summa, quæ bona venerunt ad dominum de Gaesbeke ex parte illegitimi defuncti de cognatione dominæ de Kestergate et habuit a duce Carolo legitimationem quod amici sui possent succedere in bonis suis. Hac occasione domina de Kestergate medio amicorum hoc anno 1506 sic convenerunt. Scilicet quod dominus de Gaesbeke daret dominæ de Kestergate pro iure suo trecentos rhenenses et sic dominus Ludovius et uxor eius cum prolibus suis cesserunt iuri suo coram cancellario. Et quia ista bona erant maioris valoris quam nos emimus, ideo dominus de Gaesbeke intendebat conventionem nobiscum factam annihilare et reddere nobis nostros denarios sperans tantum recipere de predictis bonis quod sine suo damno posset satisfacere dominæ de Kestergate de præfatis trecentis rhenensibus. Nos igitur videntes quod præacta bona quiete et sine strepitu possidere nullatenus possemus volentes vitare processum cum domino de Gaesbeke et manere in possessione nostra sequentes consilium peritorum potius elegimus augere summam primo per nos pro prædictis bonis datam quam eisdem privari. Ideo dedimus domino de Gaesbeke adhuc ducentes rhenenses. Et postea dicta bona domino de Gaesbeke de consensu partium per decretum adiudicata, nos per procuratorem eiusdem domini coram dominis de consilio Brabantiae iterum prædicta bona acceptavimus unde confecta est littera pro qua dedimus 7 rhenenses.

Isti ducenti rhenenses pro hæreditate prædicta expositi venerunt partim de illis II^C rhenensibus quos Elizabeth Sridders de Mechlinia dedit pro fundatione duarum missarum scilicet fere XC rhenenses, et ideo tenemur continuare illas missas quia si domistadium cum pomario emptum non sufficeret ad intertenendum dictas missas tunc oportebit tantum apponere de pecunia domus quod dictæ missæ valeant continuari.

⇒ Philippus rex Castellæ et princeps Belgij moritur.

Fine mensis augusti Philippus rex Castellæ cum uxore Joanna urbem Burgos intrat, statimque loca pia Mirafloram ac carthusianos nostros invisit, post dies aliquot ad ludum parvæ pilæ cum reticulo se exercitaturus contendit, quumque pomeridiano tempore summis cœli caloribus nimio exercitio sanguis æstualet, ac stomacho humerum petenti frigidam avidius infudisset statim male habere cæpit, Invalescente morbo decumbere cogitur, animumque exemplo ad Deum convertens testamentum condit ac consignat sacramentis ecclesiæ se munit, ac septimo calendis octobres et vivis emigrat annos 28 non amplius natus. Ad Mirafloras carthusianos ibi propinquos extremo omnium mœrore sepultus corde Brugam Flandrorum in conditorium maternum transmisso. Mortem eius cometas magnus in Occidentem per aliquot dies flammescens præcessit ac prædicere est visus. Huius intuitu per filium eius Carolum imperatorem Romanorum domini collata sunt certa privilegia conquerendi bona absque solutione amortizationis, diciter in carta magnas benefactor domus de Mira Flores. Nam testamento alijs etiam pijs locis legavit 30 millia carolinorum, ex quibus mille assignavit monasterio nostro Carolus eius filius

1507

⇨ Domino diaconi intra spatium unius mensis mortem oppetierunt Ultraiecti.

Hoc anno in cartusia Ultraiectina duo diaconi vita defuncti sunt, unus dominus Henricus Ottonis 26 aprilis et alter Volquinus de Voerd 13 maj.

⇨ Item frater Lucas de Warenberch, conversus domus Bruxellensis.

Hoc quoque anno ni fallor in Schuet vel sequenti obiit frater Lucas de Warenberch, conversus, permansit virgo prout retulit scriptori libri foundationis sed hæc virtus non est peculiaris sed fere communis omnibus religiosis nisi et mente fuerit, erat factor ciliciorum et interdum calceorum semper bonus et utilis domnui filius obedientiæ, cuius anima requiescat in pace.

⇨ Benefactores ordinis.

Obierunt dominus Berengarius Mercadet, miles, magnus benefactor et fautor domus Vallis Christi. Item reverendus dominus Anthonius de Rupesolio Sed. apostolicus prothonotarius, benefactor domus Caturci. Reverendus dominus Joannes Ulrici de Stoffen, canonicus ecclesiarum Basilicensis et Constantiensis benefactor domus in Itinghen. Bartholomeus Jacobi, fundator unus cellæ in domo Campensi. Item domina Catharina Crombaeck, fundatrix unus cellæ in dicta domo. Et domina Bela militissa Middachter, fundatrix cellæ in domo Monachorum.

⇨ Anno 1507

Anno 1507 februarij decimo die Catharina Philippi principis filia posthuma in Hispanijs nascitur.

⇨ Margareta Austriaca Belgicæ præficitur 28 may.

Margareta Austria Philippi pulchri principis superiore anno defuncti sorore atque Philiberti Sabaudia ducis vidua mense mayo Belgicarum ditionum Caroli nepotis sui nomine regimen suscipit præfuitque usque ad obitum tribus nempe annis supra viginti. Teste Massæo.

⇨ Andræas de Tornaco moritur qui et in hac secundam fecit professionem.

Circiter anum 1453 receptus fuit in domo Capellæ ad statum monachi quidam juvenis Andræas nomine natus Tornaci, latinis litteris mediocriter imbutus iuxta morem illius temporis, qui postquam professionem facit in ordine plusculos conscripsit libros. Erat homo robustus staturæ sat imminentis habens naturaliter bonam et sonoram vocem, et inter cantandum verba divina valde distincte et expresse pronuntiavit, et colloquij tempore iuniores fratres admonere consuevit ut in choro et in cænaculo legerent sicut scriptum est in libro 2 Esdræ c. 3 distincte et aperte ad intelligendum, ita legebat ipse opere decens quod dicebat verbo. Quamvis inter monachos senior domus esset, tamen omnia monachi munia publice et privatim sufficienter obibat quæ fratribus nostris admodum grata fuerunt. Hic paululum supra frontem habuit a nativitate sua tuberculum ferme ad dimidiatæ nucis iuglandis modum, de quo paucis ante obitum annis cum in rasura ibidem læsus fuisset a tonsore sanios cæpit effluere ac postmodum pellicula cecidit et ipse plene sanatus fuit, atque ubi prius erat tuberculum, ibi postea remansit vallicula. Hic Andræas habuit duos fratres in ordine cartusiensi professos quorum unus Robertus nominabatur, professus domus Sanctæ Catharinæ prope Antverpiam, alreius autem fratris nomen ignoro, sed audivi fuisse professum in provincia Picardiæ et postea priorem Anno 1470 quando inchoata fuit domus ordinis nostri prope Delph Andræas iste cum alijs fratribus domus Capellæ missus est illuc. Et in domo Ziriczeæ aliquando hospes fuit sicut et in hac domo Bruxellensi, ibi secundam professionem fecit ex mandato reverendi patris, reversus est tamen postea ad domum Capellæ primæ suæ professionis ibi obiit hoc anno 1507 15 calendas martij. Vixit in ordine annos tres et quinquaginta.

Hoc anno in Schuet fuit vestitus quidam Joannes Boelaert, filius aurifabri qui non perseveravit in ordine multum dissolvans sed postea factus presbyter Sanctæ Gudilæ Bruxellis ibidem omnibus odiosus.

1507

⇒ Sanctæ Franciscus de Paula, fundator minimorum ad cœlos migrat.

Sanctæ Franciscus Paulanus Calaber ordinis Minimorum institutor, a Ludovico XI rege in Galliam olim evocatus apud Turones in Domino obdormit 2 aprilis.

⇒ Dux Geldriæ et Robertus Markanus Babantiam invadunt.

Carolus (*au-dessus de la ligne* : Parascene sancta) Geldriæ dux et Robertus Markanus in Brabantiam venere, opidum Disthense vastaturi a cuius mænibus Nassouij principois et civium virtute repulsi alio signa contulere. Hala igitur opido incenso Thenas obsident, diripiunt, et ne a templis quidem et aris temperant : Brabanti interim nequicquam commoti unicum Lovanium præsidio firmaverunt.

In capitulo nihil actum lego nisi approbatam tertiam compilationem statutorum : Sic : Tertiam compilationem statutorum ex ordinatione nostra noviter editam et per nos seu deputatos a nobis visam et sufficienter examinatum laudamus et approbamus et pro illius maiori firmitate et auctoritate sequenti capitulo iterum examinandum et tunc si visum fuerit confirmandam, et per ordinem publicandam remittimus.

⇒ Elogium religiosi iuxta ac eruditi patris domni Petri Dorlandi.

Est cartusiani nostri instituti insigne cœnobium apud Disthemum opidum, diœcesis Leodiensis. In hoc monasticæ vitæ iugum suave amplexus est venerabilis pater Petrus Dorlandus, ubi vixit perquam religiose. Cuius cum omnia referre iam non sit integrum e pluribus pauca commemorabimus ; maxime ut quisquis chronicon cartusianorum, cuius ipse auctor est legere volet, aliquem virtutum et sanctitatis eius gustum ex his percipiens maiorem ex lectione tam pij operis fructum consequatur. Fuit ergo is pater multa integritate probitate et devotione conspicuus, tum quoque haud vulgari eruditioni instructus præsertim quod ad sacras literas attinet, ita ut non immerito pectus illius quoddam scripturæ divinæ posset armarium appellari, divinorumque apotheca charismatum : quibus fretus omnes docebat, compungebat, admonebat, hortabatur, et tum ad Dei amorem, tum sui ipsorum salutare odium inflammabat. Talis erat semper sermo illius, talia quoque scripta eius, quibus præter gratiam spiritus, inest etiam suus quidam dictionis ornatus et elegantia, afficiens suaviter et efficaciter permovens lectorem benevolum ac pium, quin et tepidum inflammans, pigrum extimulans, durum compungens. Porro in sermone suo sive ad laicos, sive ad religiosos is haberetur diligenter observabat illud sapientis Justus sui accusator in principio sermonis. (⇒ Proverb. XVIIJ secundum 70 interpretes Contemnebat enim laudes vitabatque iactantiam et sui ostentationem. Despiciebat autem ex animo seipsum, reum se proclamabat, accusabat se culpasque suas et negligentias licet illæ longe minores essent, quam ipse sentiret : atque interdum sermonem in aliquot horas protrahens, medullitus compunctus quemadmodum apostolus monet seipsum iudicabat, et tartari flammis adiudicabat, fervens spiritu et zelo iustitiæ contra seipsum, adeo ut plerumque etiam Saxeæ pectora ipsum cernentium et audientium emolirentur ac pietate liquescerent. Ex hac autem minime fucata humilitate, vera sui agnitione, syncero sui odio et contemptu crevit in illo amor Dei, qui illi auxit fiduciam speranti in miserationibus Domini, in eius lætandi iustitia, et in eius beatissima passione contra omnes aëreas potestates præsertim in fine vitæ suæ.

frequens illi in ore erat illud Zachariæ monachi discipuli abbatis Moysis de quo in vitis patrum legimus pallium suum sub pedibus deponentis et conculcantis atque dicentis. Nisi quis sic fuerit conculcatus, monachus esse non potest.

⇨ Pelag. lib. XV num. XVII qui consendus verus monachus.

Quod ipse pluribus verbis hunc in modum efferre suisque filijs vel fratribus tanquam suavissimum edulium proponere solebat: Nisi monachus, inquit, patienter et æquo animo ita fuerit conculcatus, et tanquam in mola bene contritus atque fidelis inventus non est monachus. Fere semper pro ratione, statu, et conditione personarum quibus loquebatur cum omnibus iucundum illi erat de divinis scripturis differere, verbum Dei audientium pectoribus inserere idque in virtute et fervore spiritus. Erant sane verba illius quasi gladius acutus et penetrantia valde, quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi, quasi malleus conterens petram et saxea auditorum corda. Mire delectabatur lectione scripturarum non modo divinarum, verum etiam sanctorum et devotorum patrum, præsertim quæ mentem Sancti Spiritus salutari unctione imbuerent, instruerent, atque ad veram pietatem erudirent atque accenderent, quas etiam solebat miris efferre præconijs.

⇨ Notatio quod familiares in vista habuerit Dorlandus.

⇨ Venerabilis patris domni Petri Dorlandi, ordinis cartusiensium professi ac vicarij quondam in Zeelem haud prout ab opido Diestensi vire sine controversia iuxta pij ac docti omnia opera requisivit reverendus dominus Gerardus Zulre, abbas Sancti Laurentij apud Leodium daturus operam ut castigata ac lucide imprimerantur idque medio et diligentia domnus Paschalij Bersellij professi eiusdem abbatiae viri tam varietate linguarum quam eruditione multi iuga celeberrimi. Qui quidem ipsi Dorlando quondam fuisse individuus studiorum comes certis literarum monumentis ultro citroque missis dignoscitur Dorlandum olim ad scribandum excitavit reverendus domnus Gerardus de Loen, abbas Averbodiensis ordinis Præmonstratensium qui et dominus Joannes Blerus Diestemius prior cœnobij Sancti Jacobi Leodiensis qui scripsit historiam revelationis Beatæ Julianæ facte de institutione festi cæperis sua scripta Dorlando corrigenda mittebat.

Tanta illius animus supernæ intelligentiæ luce perfusus erat, tantamque gustus suavitatem percipiebat præsertim in hymnis Davidicis, ut eius comparatione nullus fratrum eius putaret se vel verum unum assequi et intelligere. Porro reipsa sæpius declarabat quam cuperet seipsum tum fratres suos omnes salutari sapientia scientia et vitæ sanctimonia instructos esse. Scripsit non parum multa plura etiam scripturus nisi capitis ægra valetudo obstitisset. Libenter redigebat in compendium prolixas nimium sanctorum vitas, volens consulere legentium utilitati, qui plerumque longa fastidiunt, et gaudent brevitate. In psalmodijs et nocturnis vigilijs quam attentus quam devotus et ut intellectu plusquam humano præditus fuerit dici pro dignitate satis non potest, verum ne nos prolixiores simus lectorem ad eius scripta remittimus, facile inde perspecturum, quam de seipso viliter senserit, cuiusmodi fuerit in pijs meditationibus, sancti speculationibus luculentis illustrationibus, quam fervens amator Dei et virtutum hostisque et osor vitiorum. Interim tamen brevibus expediemus, quis eius vitæ finis fuerit; ubi imprimis hoc prætereundum non est quod ante obitum suum pluribus hebdomadibus nihil omnino neque esculentum neque poculentum sumpserit præter lactis serum. Cottidie confitebatur, interdum bis terne per diem, cottidie in venerabili Eucharistiæ sacramento sumebat cupide et ardentè amplexabatur amoris **ulnis** dilectum unicum animæ suæ Dominum Jesum, atque ut id posset commodius cottidie in cella missa celebrabatur. Erat patientissimus in perferendis dirorum ulcerum acerrimis doloribus, suaque mirabili tollerantia ministros suos, qui illi ægrotanti aderant haud mediocriter ædificabat et compungebat. Si quid necessarij ministrerij illi esset

impedendum non asperis ut solent ægroti plerumque sed blandis et suavis verbis causa amoris Dei sibi ut impenderetur orabat. Volebat sibi ad lectum quo decumbebat, vel legi quippiam boni vel orari vel passione dominicam recenseri, vel laudibus Dei et Sanctorum insisti, ipse interim attentissime auscultans et præcipites voces aut singultantes subinde corrigens. Ministris delassatis solebat dicere : Requiescite iam paullum ego aliquid boni meditabor, et quia ut ipse dicebat non semper in tantis ærumnis et doloribus spirituali fruebatur consolatione cum multis altis suspirijs et pectoris tusionibus illud psalmi alta voce crebrius iterabat. Non est oblitus clamorem pauperum etc. psal. 17 alia similia Sæpe in vita sua fratribus suis prædicare, extollere et in memoriam pro exemplo servando in adversis omnibus patientiæ redigere solebat illud fortissimi martyris Genesij præclarissimum ad imperatorem verbum : Non est rex præter Christum, pro quo si millies occidar ipsum mihi de ore ipsum mihi de corde auferre non poteritis (⇒ Martyrolium Romanum ad diem 8 calendas septembris). Atque tandem etiam in eiusdem egregij martÿris quem tantopere dilexerat ferijs præsentem conventu et psallentibus fratribus obdormivit in domino. Anna a nato Salvatore millesimo quingentesimo septimo, ætatis vero suæ quinquagesimo tertio.

Discipulus quidam illius qui hanc vitam descripsit istud quoque de eodem venerabili patre commemorat. O quoties, inquit, auribus percepi hæc eius verba sibi sic cum magna indignatione intonantis : Quid superbis, quid te magni pendis terra et cinis ! Bestia sum nec Deo nec cælo immo nec terra dignus. Ex devotis et sanctis verbis eius quæ voluebat in corde et ore dum sanus esset sed multo magis cum ægrotaret integrum possem libellum conficere hac ille de scriptis eius consule Bibliothecam Cartusianam fol. 252 et sequentibus fuit natione Brabantus et vicarius domus suæ an alia officia exercuerit adhuc pro comperto non habeo.

Patria brevi post sensit se ad cælos sanctos præmississe qui orarent pro incolumitate et prosperitate sua.

⇒ Galli a Namurcensibus male excepti.

Sub finem enim octobris subsequenti Carolus Geldriæ, dux Thenas reliquit, constituto illic tantisper Roberto Marcano, cui incendendi oppidi mandatum dederat, Ruræmundam reversus 600 equites Gallos exaucteravit, qui Galliam repetentes in Arduenna sylva non procul ab Hubertensi monasterio fessi prædaque onusti a Namurcensibus fusi fugatisque sunt, equis illorum 500 in publico foro Namurcensi divenditis Markanus Thenis parcens reliquum militem salvum in Galliam deducit non paucis insolentiæ feritatisque etiam in agro Leodiensi relictis vestigijs.

Post eos dies Erardus Markanus episcopus Leodiensis agrum domicum repurgare incipiens Andanium ad celebre Divi Huberti monasterium se contulit ubi cum disciplinæ monasticæ sincerum gravum suffocatum esset iamque omnis dissolutionis lolium supercrevisset aratro verbi Dei zelege divim honoris quo ardebat id evulsit et sanctis præscriptis leligibus regularem disciplinam restituit

1507

⇨ Buscumducenses novo tormentorum genere excogitato arcem Proyam illis infestam expugnant.

Cum Leodienses Geldro militantes arcem Proyam inter Goricum et Buscumducis incredibile domnum mercatui inferebant, Hollandi arcem obsidione frustra **cingurit** sed postea Buscumducenses quos malum proprius tangebatur novum tormentorum genus excogitantes quod mortalium vocabant, quo pilas gravissimasque saxorum moles tanto impetu **icône** ut paucis diebus arcis ipsius tecta tabulataque deijcerent. Unde Svingingus ipse arcis præfectus trabis ruina oppressus miles metu **?ertorritus** arcem dedunt.

⇨ Obitus frater Joannis Coese, conversi.

Hoc eodem anno 1507 altera Nativitatis Beatæ Mariæ obiit frater Joannes Coese, conversus, qui fuit vir prudens et omnibus acceptus magnatis et infimis, aliqua procuravit et utilis fuit domui. Fuit primo professus domus Diestensis in statu donati, et postea conversus huius domus, fuit missus per visitatores ad domum Campensem, postea missus ad domum Diestensem tandem ad domum istam suæ professionis, in qua et diem clausit extremum sepultus in nostro cæmeterio, cuius anima cum Deo in æternum quiescat.

⇨ Item domnus Petri Eeckaert.

Item eodem anno XX novembris obiit domnus Petrus Eeckaert, monachus professus huius domus qui semper fuit religiosus honestæ conversationis bene mortificatus, qui contulit domui ex paterna hæreditate cum bonis etiam suæ materteræ relictæ quondam Petri Wychman simul circa XXXIIIJ rhenenses supra domos diversas Bruxellæ. Obiit devote Spiritu Sancto ipsum ad æternam gloriam, prout speramus, comitante. Aliqua stabula equorum et vaccarum ædificata dicuntur.

E vivis quoque decessit hoc anno venerabilis patris Martinus Adornes, prior domus Brugensis et visitator provinciæ.

⇨ Obitus venerabilis domini Weneri de Mol, canonici Anderlectensis præcipui benefactoris huius domus.

Hoc pariter anno 5 jullij (non autem 7 augusti ut habet liber foundationis) obiit dominus Wenerus de Mol, diaconus canonicus ecclesiæ Sancti Petri Anderlectensis qui est hic sepultus in ambitu nostro. Qui reliquit ac dedit domui multa bona. Primo unam domum Bruxellæ prope den Wilden man de qua habemus annue IIIJ rhenenses. Item ipso vivente dedit pro expensis suis diversas bonas summas pecuniarum prout habetur in registro prioris. Insuper post obitum eius habuimus et invenimus ultra XII^C rhenenses in promptis pecunijs, calendarium in summam redigit quæ in vita et mortis dedit, XVI^C rhenenses. Item reliquit domui restam super opidum Bruxellense, quæ bene ascendit ad IX^C rhenenses. A prima die foundationis huius domus non habuimus ab aliquo tam magnam eleemosynam Deus reddat illi mercedem æternam et oremus pro eo devote.

⇨ Domus notabile incrementum accepit ex eleemosynis prædicti domini de Mol.

Circa principium septembris post obitum venerabilis domini canonici Weneri de Mol, domnus prior Mathias nolens sub modio thesaurum relictum reponere sed supra candelabrum considerans refectorium, in quo circa L annos religiosi frequentarant ruinam minari, domum honorabilem et spectabilem construi fecit, cuius primum lapidem posuit ipse venerabilis prior secundum venerabilis patris prior domus Capellæ domnus Carolus a Lapide, tertium vero dominus Anthonius de Masteyn, miles et baro Hannoniæ suppositis **libalibus/bibalibus** pro operarijs

1508

In qua quidem domo pro nunc refectorio venerabiles religiosi conventus gratiose Deum laudantes reficiuntur non minus orantes pro ipso domino Wernero quam pro alijs qui manus adiutrices porrexerunt ad dictam domum construendam coquina quoque a venerabili priore Marcelio perantea constructa correspondet, ita ut omnes adventantes tam nostri ordinis fautores quam professores opus laudent. Quamvis huius iam non extant vestigia non piget tamen scribere ut videamus zelum diligentiam et industriam patrum nostrorum.

⇒ Raymundus de Commercis ex ordine nostro electus in episcopum Arelatensem.

Circa hunc annum obiit venerabilis patris dominus Raymundus de Commercio quondam electus in episcopum Serlatensem (alij legunt Tarlacensem) sed putamus verius Arelatensem, monachus professus domus Glanderij.

⇒ Belgarum ordines mittunt ad Maximilianum cæsarem accersendum.

Initio anni 1508 considerantes Belgæ esse cum Geldro, instare bellum cum Franco legatos in Austriam ad cæsarem **Irnstij** agentem mittunt, regatum quod ante sesqui annum recusarant) dignaretur ad Belgas proficisci, **nopolisque** ex filio Caroli Austriaci ditiones regere ac defendere. Legationis principes erant ipsemet Guilihelmus Croviacus Chevrae et Arschoti dominus, qui Caroli principi curam habebat, et Joannes Hauthemius Brabantiae cancellarius cuius elegantissimam orationem recitat Heuterius. Promittit statim se cum eis in Belgium iturum. Quumque sublatis factionibus rebusque necessarijs constitutis Belgarum ordinibus per omnia satisfacisset, ut princeps Carolus latinis litteris veræque pietati assuesceret Adriano Florentio Ultraiectino qui postea summus pontifex nominis sextus est factus, erudiendus datur.

⇒ Idem Joannes Merhoul et domnus Ægidius Coesel nomen daut ordini.

Hoc anno ipso die Valentini fuerunt in Schuet vestiti habitu monachali domnus Joannes Meroult, prior futurus et domnus Ægidius Coesel de Ninive qui ambo ante ingressum ordinis fuerunt submonitores in domo fratrum apud Nazareth. Bruxellæ et anno sequenti emiserunt professionem. Domnus Joannes reliquit et dedit domui primogenita sua, de qua legatione domnus prior Mathias recepit anno 1516 cenntum rhenenses a consobrino ipsius domnus Joannis qui in uxorem duxit sororem ipsius.

⇒ Item domnus Antonius de Vlesenbeke.

Eodem anno post Pascha monachali quoque veste donatus fuit domnus Antonius Vlesenbeke.

Antequam a domo recedamus dicamus quæ memoriæ tradita sunt in libro foundationis : Hoc quoque anno domnus Joannes de Groote, procurator fieri fecit lavatorium circa coquinam. Et idem ipse composuit ac fecit fieri penu circa coquinam unde multi laudant ipsum opus. Putabant in futuras multas ætates ædificasse unde orant ut posterii sint grati ut eis non imputetur quod alij laboraverint, et ipsi in labores eorum introierunt.

⇒ Domus Anderlaci empta.

Hoc quoque pariter anno emit domnus prior a Wilhelmo Peeters domistadium cum suis pertinentijs situm in parochia Anderlectensi pro censu quatuor rhenenses cum dimidio annue solvendo. Et in eodem loco et hereditate idem prior fecit fieri novam curtim ibidem ponendo horreum, novam domum stabula cellarium sine penu et alia necessaria pro equis, ovibus, vocces, porcis, et alia necessaria colonis proficua. De qua quidem curti ignoramus quantum annue recipimus, quia ad medietatem dedimus ipsa bona ad curtim spectantia, omnibus bene computatis et consideratis puto quod annue bene valet in siligine centum modios.

Idem prior fecit operari in ambitu de quo iam dicemus.

1508

Prænominatus prior fecit laborare prope Scarenbeke pro lapidibus inveniendis, de quibus multa sunt reparata in monasterio item de lapidibus inventis et Evere in terra nostra pro quibus multas exposuit pecunias. Quia inceperamus ædificare refectorium et etiam ambitum domus prior mercantiam fecit cum tribus civibus Bruxellensibus qui convenerunt cum uno dicto Petro inde Swane ut extraherent lapides ex hæreditate sua Tinxem, pro bivalibus dedit semel ipsis semel sexaginta rhenenses.

⇨ Ambitus in Schuet superabat omnes totius provinciæ.

Et ibidem domnus prior invenit bonos lapides et pretiosos quamquam multas ibidem exposuit pecunias tam pro conductu aquarum quam pro alijs necessarijs, de quibus lapidibus factus est ambitus opus egregium et magnificum nec tale invenitur, in hac provincia constabat enim ex integro ex istis petris excisis et habebat prominentia sustentacula non tam pro munimine muri quam pro sustentatione fornicis. Hoc iterum repetendum dominum Carolum de Groote, cancellarium Brabantia taliter ambitum incepisse ubi conditus iacet, verum iam vix lapis super lapidem remansit.

Hoc anno 3 calendas martij obiit Philippus Palatinus princeps qui reliquit septem filios et tres filia.

⇨ Obijt serenissimus princeps dominus Albertus, dux Bavarix, fundator domus Sancti Viti ex charta.

Obijt non longe post etiam Albertus Bavarix dux, quem puto fuisse qui resignavit nobis domum Sancti Viti prope Ratisbonam, coniugem habuit sororem Maximiliani cæsaris (⇨ soror Maximiliani cæsaris et vidua ducis Bavarix monasterium intrat), quæ ab eius obitu facultatibus omnibus nuntium remittens ut Christo immortalis sponso totam se liberius tradere posset Monaci quod est pulcherrimum Bavarix opidum monasticum est vivendi complexa genus ; egregium de se præbens eximij in Deum amoris et virilis constantix exemplum, rarum in principibus fœminis, ut posthabitis pompis et vanitatibus sæculi cupians uni Deo vacare se quanto rarius eo præstantius. Omnia enim præclara rara, laudabilia et pulchra ut rectum in Ethias ait Aristoteles.

⇨ Elogium domnus Joannis Delphensis, monachus domus Capellæ.

Fuit receptus in domo Capellæ anno 1477 domnus Joannes Pauli Delphensis Daventria litteris latinis mediocriter eruditus quo tempore Joannes Synthenius ludo litterario præsidebat. Fuit homo gratosus phlegmaticæ complexionis, bonæ indolis ingenio satis acri præditus et amator litterarum. Inter mathematicas artes fuit mediocriter peritus in arithmetica et geometria et astronomia, quibus artibus delectabatur, et perlibenter cum viris doctis conferebat quos harum noverat artium peritos. Sæpiuscule ventitabat ad eum geometres Angiensis Joannes Mostinck tonsor Angiensis qui in arte calculandi et geometriæ nomen habebat non exiguum in his locis. Præterea multos habuit visitantes quia fuit homo satis facundus et sermone festivus et consilio bonus. Sciebat non inscite libros compaginare, quod ministerium illi commissum fuit in hac domo. Habebat penes se instrumenta multa ad operandum in cupro et ferro et ligno. Et aliquando etiam fuit infirmarius et male habentes pie tractabat persæpe grato consolans eos sermone. Si quando medici aderant in spaciamentis aut ad cellam eius veniebant visitandi gratia studiose cum illis conferebat de ægrotationibus de viribus herbarum. Et multas quidem herbas et earum vires noverat. Atqui mortalium nemo tam sapiens, nemo tam doctus nemo tam bonus quin sapientior, quin doctior, quin melior fieri possit. De se namque divus

Hieronymus ait alibi, de quibus me rebus certum putabam sæpenumero magistros tamenadhuc interrogabam. Et hoc utique faciebat ut illorum responsione certior efficeretur ; aut si quid aliud sentirent evidentius intelligeret. Si quis nostrum habuit aliquid concinnandum non gratiate fratribus infernebat sive in celle sua sive in cellis aliorum dicebatque facete admodum. Ego sum de genere sturnorum nam in societate fratrum me invat esse. Ceterum aptimus quisque non semper omnibus placet, quod etiam illi contigit ut non omnibus placeret. (⇒ Optimus quique non semper omnibus placet) Quamvis autem novitius illi nullus committebatur instituendus, iuniores tamen fratres eum fere omnes ita charum habebant, ut nemini seniorum magis confiderent quam illi ad quem dum licuit semper confluebant. Quæ vero passus est in ordine Deus testis est. Ægrotavit autem et hydropicus fuit et tamen nesciebat primum quid pateretur. Etenim venter eius cum durus et tumidus esset arbitratus esse ventositates, deinde cum satis suspicaretur de hydropisi non sibi defuit, sed decoctionibus ebuli et aliaum herbarum sese balneabat usque ad pectus in magna cupa, quo sæpe facto in die quodam S.S. martyrum Cosmæ et Damiani venter solutus est et per umbelicum eius effluxit aqua valde copiosa. Qua exinanitione facta tam debilis erat ut putaretur propediem moriturus. Ac miserante Deo convaluit de infirmitate, Deoque gratias uberes egit et sanatus religiose vixit etiamnum quatuor annos aut quinque postea postremum recurrente morbo et recrudescente, eo denique defunctus est. Tribus **tamen** diebus tribusque noctibus ante obitum suum sine cognitione miserabiliter anhelitum trahens iacuit super lectum angore correptus. Rogavit autem me cum adhuc sanus esset dicens : quando videris me laborantem in extremis precor ut pro me legere velis ter orationem domincam cum precationibus sicut habentur in libello de arte bene moriendi quæmadmodum quidam papa rogavit sacellanum suum deditque mihi exemplar supplicationum et feci quoque sicut me rogaverat obijt autem 15 calendas may Anno 1508

In D. Joannem Delphum Cartusianum

Monachum domus Capellæ Carmere loco Epitaphij.

Delphe decus fratrum vivendi norma bonorum

Gratus eras rectis, te coluere boni

Vividus ingenio scripturas Delphus amavit

Consilio pollens et probitate nitens

Sæpicule invalidos grato sermone levavit

Promptus et infirmis officiosus erat

Præsto fuit multis opera vel primus ubique

Propterea multo dignus honore fuit

Delphus in hoc tristi mundo mala plurima passus

Vivit apud superos ac bona summa tenet

Tertiam compilationem statutorum noviter æditam per duo iam capitula per nos et deputatos a nobis diligenter examinatum, et in præcedenti capitulo confirmatum. Iterum et secundo cum omnium nostrum nec non et deputatorum prædictorum deliberatione consilio et consensu auctoritate privilegiorum nostri ordinis laudamus approbamus et confirmamus. Et ad illius maiorem firmitatem et auctoritatem immediate sequenti capitulo iterum et tertio illam examinandam et confirmandam et tunc per totum ordinem publicandam remittimus.

1508

⇨ Conversis cessandum ab operibus in solemnitate Sanctæ Hugonis

Ob reverentiam et honorem Sanctæ Hugonis Lincolnensis episcopi ordinis nostri volumus et ordinamus quod sicut dictum festum cum candelis quoad monachos celebratur ita quoad conversos et alias personas ordinis celebretur, et ab omnibus operibus.

Status capituli generalis talis est. Capitulum generale restat debens domui Cartusiæ mille quadringentos quinquaginta quinque florenos septem grossos et unum quartum monetæ Sabaudia, quæ quidem summa reducta ad ducatos ascendit ad quadringentos sedecim ducatos.

⇨ Taxa ordini imposita ex qua licet videre quæ erant ditiores provinciæ.

Pro cuius summæ solutione ut domus Cartusiæ Mater nostra servetur indemnis, nec non et pro centum ducatis, quos prior domus Neapolis debet expendere pro expeditione certarum bullarum videlicet confirmationis privilegiorum et aliarum provisionum, quæ concernunt statum communem ordinis, ordinamus quod fiat una collecta de summa quingentorum sedecim ducatorum, de qua summa solvent provincia Gebenensis XV ducatos, provincia Provincia non inclusis monialium domibus X ducatos, provincia Aquitaniæ XX ducatos, provincia Cataloniæ XXX ducatos, provincia Castellæ LX ducatos, provincia Burgundiæ XV ducatos, provincia Franciæ XXXVI ducatos, provincia Picardiæ XX ducatos, provincia Teuthoniæ L ducatos, provincia Angliæ XXXV ducatos, provincia Alemanniæ Superioris XL ducatos, provincia Alemanniæ Inferioris XL ducatos, provincia Rheni XXX ducatos, provincia Saxonie XV ducatos, provincia Lombardiæ Propinquioris XL ducatos, provincia Tuscæ XL ducatos, provincia Lombardiæ Remotioris XX ducatos. Quas quidem summas singuli visitatores provinciarum quatenus quemlibet eorum concernit dividant per singulas domos suorum provinciarum. Et ab eis illas exigent et portabunt seu mittent in sequenti capitulo.

⇨ Hæc provincia (excepta una, Castellæ videlicet) plus omnibus contribuit.

Constabat hæc provincia 18 domibus, quarum sex (teste fratre Joanne Camotio) dicebantur summe divites et opulentæ, sex mediocres, sex tenues seu pauperes. Nec ulla, post provinciam Hispaniæ, maiorem taxam pendebat (quod ex hac taxa deprehendi potest. Unde et hoc colligi potest quantum floruerit hæc divitijs. Et illas quidem pepererat pietas, sed filia **concedit/comedit** matrem, nunc superest magni nominis umbra possumusque dicere fuimus Troës.

⇨ Bullæ tres a Julio 2° hoc anno ordini datæ.

Præter bullam confirmationis privilegiorum ordinis nostri datam hac anno 19 calendas augusti. Extat alia ad conservandam ordinis unitatem cum facultate dispersandi cum his qui fuerunt alterius religionis ut possint omittere obedientias in ordine nostra datam XVI calendas julij ne viri aut mulieres ingrediantur monasteria monialium sub sententia excommunicationis et hoc sunt ultima quæ habentur in libro privilegiorum.

⇨ Cardinalis Sanctæ Crucis venit ad monasterium in Schuet. Erat is Bernardinus Saguntinus visitavit et novam plantationem Lovanij illac transeundo in fine junij præcedentis.

Hoc anno altera die Sanctæ Annæ venit ad monasterium nostrum in Schuet illustrissimus cardinalis Sanctæ Crucis, cui obviam omnes processimus cum cruce et aqua benedicta usque ad arborem fagi quæ sita est in bivio penes capellam Nostræ Dominæ præcesserunt iuvenes scilicet novitius portans unam crucem, demum sequebantur donati et conversi cum suis pellicijs denique conventus, portabatque prior ante pectus suum tabulam Sanctæ Crucis, pulsabaturque campana. Sicque incedentes cum cruce

(*En-dessous du cadre* : Adrianus Florentij de Traiecto decanus ecclesiæ Sancti Petri et cancellarius studij Lovaniensis (quod magnus et animus inerat) Collegij sui ædificium supra vires felici ausum incepit, et facili successu operis perfacit ferunt cardinalem Bernardinum vir malem julij secundi

legatum sibi indignantem suspirasse cum videret decanum infimæ præ se fortunæ condidisse magnificum opus, quod ipse iam olim idem meditatus necdum inchoare potuisset. Per idem tempus Maximilianus imperator eum Carolo nepoti præceptorem et optimorum morum formatorum delegit)

illicoque se vertit, eumque insequentes omnes revertebamur priore incipiente Te Deum laudamus, quod et nos insimul prosequendo continuavimus quousque cessare iussi fuimus capellano suo missam legendo fueruntque ibi præsentes reverendissimi domini, domini Jacobus de Croÿ episcopus Cameracensis et dominus Nicolaus de Rutere, episcopus Atrebatensis, et perrexerunt simul apud castellum de Dielbeke in domo ipsius episcopi Cameracensis qui ipsum invitaverat, deditque perpetuis temporibus bis in anno Indulgentiam (⇒ largitur Indulgentias) septem annorum scilicet in die Inventionis Sanctæ Crucis et in Exaltatione eiusdem, omnibusque religiosis barbatis et non barbatis (ita et eadem verba protulit idem cardinalis) a pœna et culpa remissionem omnium peccatorum. Similes Indulgentias concesserat in domo Lovaniensi omnibus Christi fidelibus dictum locum visitantibus et manus adiutrices porrigentibus.

⇒ Fœdus pontificis et principum contra Venetos.

Cum enim plurima ecclesiæ et principum christianorum opida retinerent Veneti, Julius secundus pontifex maximus submissis aliquot S.R.G. cardinalibus maximos Europæ principes ad fœdus contra eos suscitavit ; et certe non difficulter Maximilianum cæsarem et Ludovicum Francorum regem induxit, quibus iam contra Venetos bellum erat, sed et Ferdinandum Hispanorum regem omnesque illi fœdere iunctos allexit, idque tanto silentio ut prius ictam fœdus esset, quam eius vel rumorem illi intelligerent. Huic ut nostrates et Leodienses quoque accerserentur laboratum est, misso in hasce partes Bernardino Saguntino patriarcha Hierosolymitani (id est prædictus cardinalis Sanctæ Crucis) qui mense junio profecturus in Brabantiam ad Carolum regis Hispanorum nepotem in Sanctæ Trudonis opidum venit, ubi eum Erardus præsul Leodiensis rerum quæ agebantur conscius, convenit, illumque petente pontifire pluribus Galliæ principibus commendavit.

⇒ Sub illustrissimo et reverendissimo dominus Antonio Suriano patriarcha ordinis nostri Veneti nolunt uti auxilio Turcico.

Fœdus autem istud contra Venetos cameraci in Belgi mense decembri est ictum, iisque bellum anno sequenti illatum. Una in re laudata semper existet Venetorum eo tempore prudentia et animi magnitudo quod oblata a Turcarum rege in tanta rerum acerbitate parata auxilia repudiarent, et eo magis nos cartusiani gaudere debemus et gratias Deo agere quod tunc temporis animarum ipsorum episcopus esset dominus Antonius Surianus ex ordine nostro assumpto. Nec etiam Deus in finem deservit Venetos, florebat etiam hoc tempore in cartusia Veneta Zacharias Benedictus ante ordinis ingressum abbas Benedictinus qui scripsit vitam Sanctæ Brunonis versu heroico. (⇒ floret hoc tempore domnus Zacharias Benedictus cartusianus ex abbate ordinis Sancti Benedicti)

⇒ Frater Joannes Everaerts donatorum fecit promissionem cum tribus votes.

Hoc anno 22 junij fuit in Schuet fuit investitus et tria vota fecit in statu donati frater Joannes Everaert, filius magistri Joannis Everaert, cuius mater nominata est Clara Molenpas. Iste frater Joannes a multo tempore perantea domum istam frequentavit ; mater eius interrogavit eum pluries an vellet ibidem manere, cui satis indignanter respondit quod nullo modo hac faceret, et ægro accepit quando aliquis de habitu nostro loqueretur. Tandem instinctu Spiritus Sancti propria voluntate a nullo informatus aut rogatus sponte et libere petijt statum donati in ordine nostro. Hoc percipientes consanguinei eius excepta matre restiterunt ei in quantum poterant, et quidam magister Jaspas van Overbeke secretarius ducisse Sabaudia impetravit litteras a dicta domina prohibendo quod nullatenus ipsum Joannem reciperemus, quod audiens mater ipsius multum dolens convenit cum parentibus et amicis filij sui

Joanne de Keysere qui erat filius sororis magistri Joannis Everaerts, patris confratri nostri magistro Jaspar et alijs quibus dedit post obitum eius certa bona hæreditaria ad ipsum frater Joannem spectantia sine scitu et consensu ipsius fratris Joannis quia mater non habuit nisi usufructum tanquam dotatrix præscriptorum bonorum. De quibus non modica quæstio orta est processus contra dictum Joannem de Keysere imo nititur nos diffamare et quotidie diffamat coram cancellario Brabantiae ac legislatoribus opidi Bruxellensis, et quia nondum habemus finem ipsius processus ideo non scribemus de præsentis quantum annue habeamus de prædicto fratre Joanne. (↔ Bona data domui per Joannem Everaets Guldenhooft) Tamen legavit coram notario et testibus omnia bona sua huic domui donatione inter vivos et irrevocabili Primo dedit domui hospitium dictum t Gould hooft situm Bruxellæ iuxta domum bladorum et domum contiguam ipsius domus. Item domum cum suis pertinentijs sitam retro dictam domum in vico dicto de Cattedraete. Item adhuc alia bona sive redditus scilicet apud Ittere apud Nivellam nemus quantitatis fere XII bonariorum. Item supra opidum Bruxellense VIIIJ rhenenses. Item unam pensionem vitalem ad vitam ipsius supra dictum opidum Item ex parte ipsius habemus Curtim dictam te Itterbroeck quæ quidem curtis devenit ad domicellam Claram Molenpas ex legatione et donatione Wilhelmi Mesmakers secretarij opidi Bruxellensis tali conditione quod dicta domicella Clara et frater eius Franco Molenpas decederent absque prole legitima, tunc eadem curtis deveniret una pars ad religiosos sive monasterium dictum te Gardiret ea de causa quod idem Wihelmus Mesmakere habuerit ibidem fratrem professum, secunda pars veniret ad domum Monialium de Floriverel, eo quod idem Wilhelmus habuerit ibidem sororem professam. Tertia vero pars veniret ad domum Gratiae iuxta Bruxellam ordinis cartusiensis. Nunc ipsa domicella Clara reliquit filium unicum hæredem prædictorum bonorum ea de causa possidemus ipsam curtim. Insuper est notandum quod ipsa domicella Clara quitavit XVJ coronas quæ exierunt supra dictam curtim, quem quidem censum domui huic dedit et legavit ultra tertiam partem nobis delegatum. Item eadem domicella Clara emit denerijs suis X iornalia terræ quæ applicata sunt in eadem curti, et dedit huic domui. Item silentio non est prætereundum quod quando prænominatus frater Joannes Everaets proposuit relinquere mundum convenerunt sex de amicis suis ut eum a sancto proposito averterent, tantum fecerunt ut eum extra septa Capellæ Gloriosæ Virginis blandis sermonibus extraherent et ad opidum ducere volentes, qui acquiescere nolens eorum verbis mellifluis et inductorijs unus eorum eorum dictus Daniel, manus in eum iniecit violentas asserens se esse officiarum Domini cuius poterat exercere potestatem. Ipsum satis rigore arripuit cum vestimento quo tunc erat indutus. Dei adiutorio idem Daniel cecidit super terram. Ipse vero Joannes postmodum confrater noster in manibus eius reliquit vestimentum et nudus aufugit ab eis, eos dicens quod ipsum nequaquam retinere quiererint, atque sic in suo proposito immobilis et constans permansit. Tandem die venerabilis sacramenti mundum relinquens non veritus animo sitatem et iniquitatem amicorum in eorum præsentia habitum religiosum accepit votumque obedientiae promisit et stabilis in eodem proposito usque ad mortem permansit. Infirmities interim sustinuit et multas

1508

patientiae coronas lucratus est eligens potius pati cum Christo quam illecebris huius mundi inquirari.

⇒ Domne Joanne de Bruijne, nepote domnus Joannis de Bruyne primi professi et procuratoris huius domus.

Domnus Joannes de Bruine receptus fuit in domo Capellae anno 1501 habuit patruum in Schuet professum et procuratorem, qui erat multiscius eorum quae siunt operum a monacho laudabiliter in cella, cuius auxilio hic cum adhuc puer esset, uti literis imbueretur latinis positus est primum in ludo Anderlactensi, ac deinde literis operam dedit Lovanij in collegio magistri Joannis Standonici, a quo venit ad ordinem ad domum Capellae. Hic naturaliter habuit vocem grandisonam et suavem. Factus itaque sacerdos habebat exercitia cellae multa. libros concinne compaginabat, operabatur in cupro non inscite torcularia fabricabatur et toreumata quaedam torno faciebat, patruum suum (qui non parum favoris in ordine fuerat indeptus) in huiusmodi exercitijs imitabatur, multosque habebat assidue visitantes, raro per diem solus erat in cella sua. Ad studia litterarum non erat inclinatus ; at in operibus diversis manualibus cottidie semet occupabat, laudabat exercitium Marthae, ociositatem vituperabat proponebat sibi sententiam divi Hieronymi dicentis : semper aliquid boni operis facito ut te diabolus nunquam inveniatur ociosum, nam multa mala docuit ociositas. Quod utique verum est sicut et illud quod ait publicus Ovidius Naso Poeta :

fertilis assiduo si non renovetur aratro

Nil nisi cum spinis gramen habebit ager

Et iterum. Cernis ut ignavum consumant otia corpus

⇒ Quod est proprium sacerdotis, eccl. 6 Agg. 2, Malach 2

Probe faciunt igitur qui tempus omne bonis operibus impendunt, magis tamen proprie est sacerdotis facere quod scriptum est. Cogitatum habe in praecipis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus est, quia sacerdotis est scire legem, et secundum illam recte vivere, et alij eam annuntiare sicut scriptum est : Interroga sacerdotes legem, labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Sed optima quaeque non placent omnibus.

Eius ope receptus fuit Germanus ipsius ad statum conversi apud fratres carmelitas prope Angiam, quia non erat literatus. Hic autem religiosus non diu vixit in ordine nostro, nam subinde cum molestaretur aegrotationibus naturae tandem concessit, obiitque tertio idus septembris hoc ni fallor anno circa horam quintam manu, fuitque sepultus ante prandium sed quibusdam praefestinata sepelito videbatur.

Hoc anno mense octobri obiit Hermannus Hassiae, lantgravius archiepiscopus Coloniensis, cuius tanta in pauperes benignitas fuit ut nullum mendicum a se vacuum discedere pateretur. Surius.

Hoc anno Brabanti Ruremundam frustra obsident nam cum miles quatuor isthuc mensibus consumptis nullo sequente stipendio re infecta abscedere coactus est.

⇒ Alexander rex Poloniae, benefactor domus Lapidis Refugij.

Hoc anno obiit serenissimus princeps et dominus, dominus Alexander rex Poloniae, magnus benefactor domus Lapidis Refugij. Fratribus successit Sigismundus Poloniae rex uno et quadraginta annis praefuit.

⇨ Vindicta in sacrilegos

Ineunte anno 1509 duæ circiter equitum turmae principis Nassouij Disthemij præfecti, intempestæ noctis silentio in celebre cœnobium Virginum de Herkenrode irruperunt, convasatisque ecclesiæ calicibus, et quidquid argenti puri, cœlati signati in prædam militibus dato : dum abitum parant, ecce loci præfectus Hasseleti commorans eiusce rei per abbatissam certior factus expedita velociter armatorum manu monasterium cingit, datisque ad arma signis, advolantibus undecunque rusticis primus scalis muros conscendit, cuius exemplo reliqui muros partim scandunt, partim diruunt sacrilegi armis sumptis frustra se furenti multitudini objicientes magna ex parte cæduntur vel capiuntur unico e rusticanis desiderato. Huius facinoris conscius Erardus, episcopus Leodiensis, apud Nassouium questus, cum nihil excusare posset, captivos alios proscribis, alios extremo supplicio affici curavit.

⇨ Præ legationes et magnificæ parentum domnus Nicolai Behault, monachi in domo Capellæ.

Hoc anno receptus fuit in domo Capellæ ad statum monachi domnus Nicolaus Behoult, oriundus a Montibus Hannoniæ, probus inuenis, et vestitus fuit in festo divi Agnetis virginis et martyris et sequenti anno emisit professionem in præsentia domnus Caroli, priori. Huius fratris Nicolai parentes ordinaverunt ut ad vitam ipsius festo divi Agnetis virginis et martyris ad portam monasterij nostri daretur pauperibus de uno frumenti modio panis, et fratribus pitantia et pinta vini et spaciamentum. Et idem frater Nicolaus quando primam cantavit mssam habuit a parentibus suis ornamenta sacerdotalia valde pulchra et pretiosa, quæ deinceps habebantur pro optimis in illa domo. Et eodem die obtulerunt calicem et duas ampullas argenteas, et ijdem parentes eius curaverunt Montibus Hannoniæ deaurari magnam tabulam summi altaris, quam paucis annis ante fecerat fieri Bruxellæ. Dominus Joannes Thielmanus vir admodum venerabilis sacerdos curatus de Tollenbecke suis expensis et valuas eius ibidem fecit depingi, qui in senectute sua fuit in illa domo præbendarius. Ijdem autem parentes fratris Nicolaus dederunt 4 peripatasmata de rubro serico pellucenti cum vittis et fimbrijs etiam sericis ad ornatum summi altaris, et petierunt ut in festo divi Agnetis virginis et martyris ornamenta prædicta semper in usu sollempniter haberentur.

Item anno 1529 ordinaverunt ut una cottidie missa votiva privatim in illa domo celebraretur vel a monachis si vellent, aut si nollent ab alio quovis sacerdote, et pecuniam dedere sufficientem pro huiusmodi ministerio peragendo. Item ordinaverunt quinquaginta florenos annuos ad vitam fratris Nicolai levando annue semper a ministris illius domus, in qua frater Nicolaus moraretur. Item anno 1529 Joannes Behoult pater eius obiit et pro eo religiose celebratæ sunt exequiæ a nobis, et mariti (*au-dessus de la ligne mot illisible : sororum ?*) filiarum eius liberaliter apud nos parentaverunt. Item venerabilis vidua et religiosæ fæmina mater fratris Nicolai mantellum valde preciosum postea donavit ad ornatum imaginis Beatæ Mariæ, quæ est in sacello anterioris ecclesiæ. Itemque alio tempore bina ornamenta sacerdotalia dono recepimus a frater Nicolai parentibus, quorum artificium suit huiusmodi ornamenta parare et vendere et Phrygiones quoque erant et mercatores divites. Item frequenter vinum propinaverunt, præcipue tamen nobis succurrerunt commodando pecunias quando nobis exactiones a Dominis terræ fuerunt impositæ. Ipse quoque domnus Nicolaus cellam quam inhabitabat reparavit et pollucibiliter adornavit. Et ipse quidem acri ingenio præditus literisque latinis mediocriter eruditus præstantissimorum ecclesiæ doctorum sibi volumina comparavit, quibus evoluendis utiliter semel occupavit et fructuose tempis deduxit.

1509

⇒ Celeberrima Leodij comitia pro pace inter Geldros et Brabantos.

Sub initium veris habita Leodij comitia, quibus summi pontificis, imperatoris et regis Galliae legati interfuerunt : actum de pace inter Burgundiones et Geldros inuenda, multa ultro citroque ab his et illis proposita responsaque : Burgundis multa petentibus, Geldris nihil concedentibus nihil promotum. Vide historiam Leodiensem.

⇒ Optimo patri possima soboles successit.

Undecim calendas may vita decessit Henricus eius nominis septimus Angliae rex in sua Richemunda villa, ubi franciscanorum observantium cœnobium condideret vir catholicae Romanæque ecclesiae studiosissimus. successitque ei filius Henricus octavus quum Arthus natu maior aliquot annos ante patrem sine liberis obiisset. Regnavit Henricus 8 aliquot annis regie utque moderatum decet principem : sed mox animo ad intemperantiam libidinem et sævitiam converso crudelissimus ac impijssimus est factus tyrannus.

⇒ Anthonius Vlesenbeke profitetur.

Hoc anno XXJ may emisit professionem in domo nostra ter Schuet domnus Antonius de Vlesenbeke Bruxellensis cui parentes abunde providerunt de necessarijs ac pater eius multa obsequia præstitit domui, post cuius mortem venerunt domui C.L. rhenenss communes semel.

⇒ Tertia compilatio statutorum publicatur.

Tertiam compilationem statutorum noviter factam in præsentem et duobus immediate præcedentibus capitulis per nos (diffinitores) et deputatos a nobis diligenter et sufficienter examinatam semel et secundo approbatam et confirmatam. Iterum et tertio communi omnium nostrum et deputatorum prædictorum nec non et conventus domus Cartusiae deliberatione consilio et consensu nemine disceptante auctoritate privilegiorum nostri ordinis laudamus confirmamus et approbamus. Illamque publica audientia nostra et deinde per totum ordinem et singulas domos eiusdem recipi, legi, et publicari et ad instar antiquorum et novorum statutorum observari volumus ad laudem Dei et huius nostrae sanctae religionis augmentum in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

⇒ Obijt illustrissimus et reverendissimus Anthonius Sorianus, patriarcha ex ordine nostro assumptus.

Hoc anno naturæ concessit Anthonius Sorianus ex cartusiano Venetiarum patriarcha ac primas Dalmatiae. alibi scribitur obiisse anno 1508 ætatis 53 sepultus ad Sanctam Andream carthusianorum, ex quorum ordine assumptus fuerat 1504.

⇒ Item domnus Joannes Weitman, scriptor.

Hoc pariter anno obiit domnus Joannes Weitman, professus domus Aulæ Beatæ Mariæ in Buxia prope Memmingam Suæviæ oppidum, fuit liberalium artium doctor atque ante ordinis ingressum parochialis ecclesiae alibi pastor scripsit librum meditationem vitæ et passionis D. N. Jesu Christ.

Recepti sunt in Schuet 6 augusti Firminus Torment et 12 novembris Philippus vander Noot de quibus sequenti anno **agemus**.

Hoc anno Joannes de Bloyere circa finem may fecit donati promissionem in manu notarij prout moris est, qui dedit aliqua bona in Laken quæ postea fuerunt vendita pro summa IIIJ^C florenorum.

⇒ Nicolaus Ruistrius, episcopus Atrebatensis moritur.

Nicolaus Ruistrius, episcopus Atrebatensis Mechliniæ moritur, atque Lovanij in Beati Petri basilica, chori medio sepulturæ traditur hoc epitaphio æri inciso cohonestatis : Hoc Saxo tegitur pientissimus pater Nicolaus Ruistre de Luxemburgo episcopus Atrebatensis, domus Burgundiæ consiliarius, et servitor fidelissimus, insignis huius ecclesiae præpositus et universitatis

cancellarius, collegij Atrebatensis in hoc opido fundator magnificus, qui obiit Mechliniæ anno Domini M IX (sic) mensis novembris die decima quinta. Requiescat in pace.

⇒ Magister Joannes Helmont, fundator unius cellæ Lovanij.
Obijt circa hunc annum magister Joannes Helmont, fundator unius cellæ in Lovanio.

1510

Sub finem huius anni rex Ferdinandus promittit principi Carolo singulis annis ducenta millia ducatorum pendore de regnis Hispaniæ.

⇨ Lusitani occupavit Goam.

Anno 1510 Goam Indiæ Orientalis Metropolitim et Proregum hodie sedem Lusitani occupant 16 die februarij.

Occidentles quoque populi per dominicanos hispanos convertuntur. Gerebandis.

⇨ Julius pontifex post multas de Venetis victorias timet Italiæ eisque contra fœderatos se adiunxit.

Eodem mense februario pontifex Julius rupto Cameracensi fœdere novum cum Venetis pangit, eosque iam antea diris devotos, sacris restituis, quibus voluit conditionibus in gratiam recipit. Interea veritus Gallus ne cæsar vir pacificus, sedisque apostolicæ mire studiosus a fœdere abduceretur, legationem in Italiam ad eum instituit misso inter alios sibi fido præsule Leodiensi Erardo, qui quereretur pontificem sinistrioribus consilijs persuasum a fœdere recessissa, seque Venetis hostibus adiunxisse. Qua in legatione vir prudens cum animadverteret nec Julium (qui fuerat auctor fœderis) nec gallum omni culpa vacare, sic versatus fuit ut rem totam gravissima trutina dignam arbitrio cæsaris relinqueret. Qui dum in Italia et in finibus Venetorum moraretur ecclesiæ suæ Leodiensis memor uniores aliasque eius generis pretiosas gemmas emit quibus venerendi martyris Lamberti Thecam et alias sacras vestes exornaret.

⇨ Ambrosius Calepinus moritur

Ambrosius Calepinus (est autem Calepium opidum 14 lapide a Bergamo eremita augustinianus Bergomi in Italia moritur.

⇨ Miraculum de Sancto Patre nostro Brunone.

Etiam usque in hæc nostra tempore extendunt se mirabilia sanctæ patriarchæ nostri Brunons, præcipue tamen in eos, quos sibi novit esse devotos, fuit Valentia in regno Arragoniæ non procul a domo nostra Portæ Cœli notarius publicus vir honestus nomine Joannes Ludovicus Bertrandus, qui multis annis procurator et benefactor extitit conventus nostri supradicti. Hic cum esset addictus cultui S. Brunonis etiam ante ipsius canonizationem multa in se beneficia B. patris expertus est, (erat enim ipsi placita anima eius et singularis obnoxij animi affectus) nec obfuit illi quod alligatus esset uxori, sub cuius cura contigit eum infirmari graviter, intantum ut etiam ad extrema perductus circa feriam quartam hebdomadæ sanitæ huius anni 1510 conclamatus fuerit et desertus a medicis : cui cum de more præparata fuisset sindon, ut in ea sepeliretur, subito oculos aperire et intuentes se intuitus petijt suas sibi dari vestes quibus indueretur. Qui astabant dicebant eum de potestate mentis exisse ; nex scire quid diceret quibus ille respondit se satis sibi præsentem esse in cuius evidentiam et fidem rei maiorem addidit S. Vincentium et S. Brunonem pariter ingressos cubiculum significasse sibi nequaquam ex hac infirmitate se de vita decessurum, sed quarta feria proxima liberum evoluturum ad ecclesiam in qua divinum audiret officium. sequuta sanitas ostendit verum fuisse quod viderat, siquidem a duobus illis medicis divinis curatus sospitatem recuperavit pristinam, proximaque feria quarta ad ecclesiam gratias acturus Deo bonorum omnium fonti, qui dulces gratiarum et curationum

aquas per sanctos suos derivat velut per aureos canales in eos qui convertuntur ad cor ad consolationem mortalium. Huius autem miraculi causa tantique beneficij divinitus accepti confitebatur postea se duobus illis collegis sanctis debitorem esse, seque in eorum potestate futurum quoad ipse viveret, præcipue tamen tenacius visus est affectum ad S. Brunonem retinere, quem et tantopere confirmavit, conolidavitque ut cum quadriennio post papa Leo X celebrationem festi per totum ordinem concessisset, solitus fuerit quot annis ad nos venire celebraturus identidem nobiscum diem solemnissime a vespera usque in vesperam nec solum intra septa chori, sed etiam hora refectorij velut unus ex nostris aderat, descebaturque cum eis in commune, communia comedens contentus quadra sua, nec alia portione quam conventiculari. servavit autem annuam hanc consuetudinem per annos triginta duos, nec illam difficultas aut casus aliquis sed sola mors intervertit. Quando vero gaudio exultarit ubi primum nuntius ad eum allatus est de canonizatione Sanctæ Patris indicio esse potest quod Valentiaë publice præmia constituerit eis qui versus elegantiores pangerent in honorem Sanctæ Brunonis.

Aliquanto post viduatus est compare sua. Videns autem se ab hoc vinculo coniugali liberum, sibique iam integrum esse de suis rebus, disponere prout animus et affectus (quem maximum habebat ad ordinem nostrum) suggereret sine procrastinatione vel ulla mora venit ad nos, ut reipsa ostenderet quantum amaret, quantumque ad habitum Sanctæ Brunonis sospitatoris sui aspiraret. Cum gitor viæ se dedisset, et iter suum prosequeretur (quod est quatuor leucarum ab urbe ad conventum usque) rursus ei iam secundo Sanctæ Vincentius et Sanctæ Bruno apparuerunt, qui et diverterunt eum ab incæpto dicentes non esse eam voluntatem numinus et nomen daret ordini sed in vocatione qua primum vocatus esset, remaneret. Hoc monitu divino retractus a proposito relegit iter suum et Valentiam regressus accepit in uxorem secundam Joannam Angelam Exarcham fœminam christianissimam et religiosam verum nullus miretur hos duos magni consilij angelos tale dedisse viro consilium, ne videlicet habitum fratrum acciperet, Deus enim, cuius ipsi vice denuntiarunt ne faceret, prævidit ad maiorem sui nominis gloriam et ecclesiæ suæ utilitatem cessurum si secundas nuptias celebraret, si procreationi filiorum vacaret et propagationi generis sancti, quod utique successit, nam proles genuit non mediocris sanctitatis quas inter singulariter enituit ille qui natus est ei anno 1526 vocatusque est Ludovicus Bertrandus ipsi patri cognominis fuitque speculum sanctitatis et exemplar omnis virtutis in diebus nostris. Qui ab infantia cum maxima cura in omni recollectione et vitæ puritate educatus fuit, cumque annum ætatis octavum decimum attigisset suscepit habitum Sancti Dominici in religiosissimo conventu Valentino mox novitiatum auspiciatus feliciter in eo se habuit, divinoque præsidio per omne tempus tyrocinij vallatus et adiutus fuit, quo factum est ut gratiæ acceptæ cooperaretur strenue causa vero præcipua, quæ eum iam senem monit ut peteret ingressum in ordinem nostrum, desiderium ardens fuit instaurandi rursus novitiatum. Rexit multos sui ordinis conventus, multa in vita sua edidit miracula obiit 10 octobri anno 1581.

1510

⇨ Statuta et privilegia ordinis nostri impressa hoc anno Basileæ arte et industria Joannis Amorbachij prædicti ordinis devotissimi et impensis domus Montis Sancti Joannis Baptistæ prope Friburgum.

Privilegia cum omnibus ordinis nostri statutis assignata et commissa fuere V.P. Gregorio Reischio priori domus Montis Sancti Joannis Baptistæ prope Friburgum, ut opera et industria sollertissimi diligentissimique chalcographi magistri Joannis Amorbachij ac collegarum suorum multiplicata et impressa ita prodirent in publicum, ut extraneos omnino laterent, et omnibus totius ordinis nostri personis innotescerent, unde dicit in insigni præfatione ad reverendum patrum Franciscum de Puteo : vero plurimum gratudinis debent reverendæ paternitati tuæ omnes cum pro tertia compilatione statutorum : tum pro eorundem et aliorum maxime privilegiorum editione et tam liberali, tam munda et polita communicatione. Honore præterea et singulari beneficio ordinis prosequendus est dictus magister Joannes Amorbachius chalcographus, qui nulla cupiditate, nulla spe lucri sed more tantum et favore ordinis tantum tamque diligentem subijt laborem, ductore (ut ipse chalcographus fatetur ad calcem libri) auspice et architecto præfato priore Gregorio Reisch et expensis domus suæ. Unde sequitur ordinatio.

Cum nuper privilegia ordinis una cum statutis antiquis et novis impressa fuerint, sintque plures domus in ordine habentes singularia et utilia privilegia nondum impressa, et quia ex indulto apostolico privilegia singularia domorum se extendunt ad totum ordinem, propterea hortamur et monemus omnes et singulos priores, rectores et monialium vicarios nostri ordinis inter impressa nondum inserta illa seu illorum saltem copiam portent aut mittant in sequenti capitulo ut ceteris domibus possint communicari et de novo imprimi quod puto nunquam factum fuisse quoad impressionem. Ad calendas enim februarias huius anni dictus liber absolutus est imprimi. Sequitur alia ordinatio

Inhibemus ne ab inde aliquos de ordine cælestinorum recipiantur in ordine nostro sine speciali licentia ipsorum cælestinorum.

⇨ Circa hunc annum domus Maioris Cartusiæ fortuito incendio magna ex parte consumpta.

Cum graviter incumberet officio suo reverendus pater generalis tribulationem passus est et ruinam domus suæ per fortuitum incendium et forte invidia diaboli inimici omnis iustitiæ non sine tamen permissione Dei qui nos adversitatibus præsentis vitæ erudire satagit, et ex malis bona elicere scit domus enim prædicta melius quam antea fuerat industria reverendi patris ac impensis instaurata est credoque in hunc usque diem muros permanere quamvis enim postea bis aut ter domus combusta fuerit non nisi tamen tecta restaurata fuerunt. Audiamus ordinationem.

Pro restauratione domus Cartusiæ Materis nostræ quæ et singulis personis ordinis nostri et domibus communis est cuius ruina casuali incendio talis est et tanta quod de propria sua substantia sine ordinis auxilio commode reparari non possit. Hortamur omnes et singulos totius ordinis nostri priores rectores et vicarios monialium in charitate Christi cuius opus agitur quatenus de suarum domorum proventibus et facultatibus moderatam aliquam et gratuitam subventionem pro reparatione dictæ domus præstare et adiutrices manus tam pio et necessario operi quilibet pro viribus porrigere dignetur. Et nihilominus erga prælatos, principes dominos ecclesiasticos et temporales et alios ordini nostro devotos procurent ad dictum opus pias aliquas eleemosynas. Et quidquid exinde exegerint aut ipsi erogare voluerint fideliter mittant seu portent in sequenti capitulo generali

1510 1511

ut tandem iam cæpta reparatio continuari possit et brevi manu, ut opus es, perfici ad laudem Dei et ordinis stabilimentum.

⇒ Reverendus dominus Heliundus Jamfredi fundator domus Divi Hieronymi prope Ruthenam.

Aliquam consolationem potuit attulisse patribus ordinis reverendus dominus Heliundus Jamfredi legum doctor præpositus Albiensis cantor et canonicus ecclesiæ cathedralis Ruthenensis qui fundavit domum divi Hieronymi prope præfatam civitatem Ruthenensem, atque ex hoc anno usque ad annum 1530 quo obiit habuit semper missam vel de Spiritu Sancto vel de Domina. Vere cum Beato Job dicere poterant. Justus es Domine et omnia iudicia tua vera sunt : et omnes viæ tuæ misericordiæ et veritas et iudicium.

⇒ Domnus Firminus Torment, profitetur et parentum ipsius liberalitas.

Iam domum revertamur in qua 6 augusti emisit professionem domnus Firmins Torment Mechliniensis, cuius parentes dederunt prior domus ducentos et quinquaginta rhenenses, ex quibus L alijs adhuc super additis fieri curarunt Mechliniæ pulpium æneum ad legendum lectiones, atque ordinaverunt ut post obitum eorum medietas bonorum ipsorum veniret ad istam domum tam redituum quam mobilium si superstes viveret filius. Et quoties officiales aut fratres Mechliniam divertarunt fuerunt ab ipsis optime et charitable hospitio excepti.

⇒ Item domnus Philippus vander Noot et obitus parentum.

Hoc pariter anno professionem fecit domnus Philippus Vander Noot 12 novembris, cuius mater domicella Angela Vanden Heyden obiit hoc anno in mayo; pater vero eius anno sequenti (*au-dessus de la ligne* : alias præsentis) 13 novembris Brugis decessit e vita. Magnus amicus et fautor ordinis quem præ ceteris habuit a longo tempore in magna recommendatione consilio et auxilio. Quare elegit sepulturam in domo cartusiensi et ea de causa fuit huc erectus de opido Brugensi et sepultus ante summum altare huius domus apud uxorem, ordinaveratque ut domus in qua sepeliretur habet XL rhenenses et ceteræ domus provinciæ duos. In calendario scribitur dedisse tempore vitæ suæ centum philippicos et pitantias.

⇒ Bona relicta vel habita ex parte domnus Philippi vander Noot.

Post cuius decessum magister Adolphus vander Noot consiliarius ducis Brabantiæ cum priore nostro ac procuratore præsentibus magistro Anthonio Henkenshoot. Magistro Francone vander Hulst consiliarijs ducis Brabantiæ nec non Carolo Henkenshoot et Jacobo vander Heyden anunculo eius tanquam tutoribus hæredum domini Petri vander Noot convenerunt Bruxellæ in nostro hospitio ut frater Philippus haberet annue XX rhenenses et unum pratum situm te Neepede qui vid. annue VIII rhenenses hæreditarij census. Insuper haberet ipse frater Philippus annue ad vitam X rhenenses supra opidum Antverpiense.

⇒ Eleemosyna dominus Ægidij de Vilain.

Anno 1511 fuerunt redempti a magistro Judoco de Keysere medico X rhenenses quos legaverat ac domui dederat dominus Ægidius Vilain præpositus domus ter Cameren extra Bruxellas quod haberet hic duos fratres Simonem et Philippum de Vilain. Insuper reliquit domui annue recipiendos certos capones circiter XII et quatuor sextaria siliginis apud Steertbeke.

⇒ Domnus Petrus Vuytens profitetur.

16 junij fecit professionem domnus Petrus Wytens, Alostensis, qui bonam et tubalem vocem habuit, parentes eius promiserunt dare semel centum rhenenses communes.

⇒ Obitus reverendi patris Antonij de Sarno quondam generalis ordinis.

Hoc anno 3^a martij obiit reverendus pater Antonius de Sarno (aliqui legunt carno), prior domus Apponiaci, qui alias fuit prior Cartusiæ et generalis longo tempore id est 13 annis absolutus videtur circa annum 1494.

1511

⇨ Beatrix de Luna fundatrix domus Beatæ Mariæ de Fontibus.

In Hispanis 8 aprilis obiit domina Beatrix de Luna, uxor illustris domini Blasij de Alegario qui fuerunt fundatores domus Sanctæ Mariæ de Fontibus in diœcesi Oscensi.

⇨ Jacobus Croyus, episcopus fit dux Cameracensis et eius liberalitas erga Cartusianos.

Jacobus Croyus Cameracensis episcopus et Cameracesij comes ab Maximiliano cæsare obtinet ut Cameracum ducatus titulo honoraretur. Hinc novis insignibus assumptis primus omnium episcoporum dux Cameracensis atque Cameracesij salutatus magna pompa Cameracum februarij decima insequentis anni investitur. Nec tunc temporis pietatis immemor fuit illustris et magnificus dominus, primo studens tantum honorem apud Deum bonis operibus promeneri, siquidem hoc eodem anno 1511 venit ad monasterium nostrum in Schuet et ordinavit fieri unam cellam et dotare eam, pro qua dotatione dedit diversis vicibus mille rhenenses. Insuper quando impetravimus a capitulo generali pro eodem domino monachatum dedit centum aureos valentes centum et quinquaginta rhenenses cum frequenter domnus prior et procurator eum visitaverunt quibus semper exhibuit hilarem vultum et semper recepti ad mensam suam multis præsentibus magnatis et circa eius latus sederunt.

⇨ Conciliabulum Pisanum.

Conciliabulum Pisanum a Bernardino Hispano cardinali Sanctæ Crucis et aliquot cardinalibus contra Julium secundum indicitur, quod quidem anno sequenti Mediolanum primo post Lugdunum in Gallia est translatum rege Gallorum illis favente quippe qui in pontificem alieno esset animo quod recessisset a fœdere contra Venitos. Nec aberat ab hac factione Maximilianus cæsar sed vir gravis et prudens admonitus a bonis viris sese collegit et celeriter ab hac temeritate discessit. Nihil tamen effectum est interveniente Julij morte, qui paulo ante contra concilium Pisanum illegitimum scilicet Lateranense œcumenicum indixerat quod postmodum ann 1517 a Leone 10 aprilis 17 absolutum fuit.

Carolus Egmondus magna belli mole pressum in Italia ac foro-Julij cæsarem videns rupta iterum pace Brabantia fines depopulabatur. Hi iussu Margaretæ Austriacæ contra se armant acceptisque ab Angliæ rege mille quingentis peditibus Venlonium frustra obsident.

Gelder duo virorum millia in unum coacta Amsterdamum mittit, qui sub-urbiorum partem, ac viginti duas naves in portu repertas exurunt, abactaque diviti præda in Gendriam sine detrimento redeunt, ex itinere Bodegraviam spoliantes ac exurentes. Id ægerrime fert Wassenarij regulus inter Hollandiæ proceres facile primus vir bellicosus. Certior igitur factus partem Geldrorum qui Amsterodami fuerant apud carthusianos Ultraiectinos consedissee cum exiguis eos copijs invadit maioremque partem interficit. Geldri qui a clade carthusiana effugerant suis paucitatem Wessenariorum exponentes cartusiam simul revertuntur, unde ad nobilium virginum abbatiam Dalam dictam, quo Wessenarius concesserat, pervolant, eumque sine custodijs agentem ac nil minus quam Geldros expectantem opprimunt, cumque multis alijs omnique præda Arnhemum captivum abducunt sed mox factis inducijs omnes captivi gratis liberantur.

1511

In hac cartusia Ultraiectina hoc anno undecima die septembris dominus Henricus de Bolswardia obiit subitanea morte sub prandio. Inventus namque fuit mortuus ad mensam sedens ac si dormisset, fuit compactor librorum, et non solum in hoc officio sed in omnibus necessitatibus fratrum tam monachorum quam laicorum obsequiosissimus fuit.

Item venerabilis patris dominus Nicolaus Joannis de Amsterdam dictus de Campis, prior eiusdem domus qui fuerat antea vicarius et prior domus Hollandiæ. Hic quoque satis inopinate et subito infirmatus est in die Nativitatis Domini post Completorium, et obiit in festo Sancti Joanni Evangelistæ.

Successit in Prioratum D. Theodoricus Docys Amsterdamensis quondam miles Hierosolymitanus.

Quoniam sapientibus et insipientibus debitor factus sum referam quod Chronicon domus Capellæ nobis suppetit hoc anno. In eadem domo anno Domini 1474 receptus fuit dominus Arnoldo, priore Joannes Oors Bruxellensis iuvenis probæ indolis, litteris latinis mediocriter imbutus prout erant illa tempore. Qui posteaquam in ordine professionem fecerat ad Sarres/Sacres etiam ordines recipiendos missus sacris initiatus est, Hypodiaconus primum factus ac deinde alio tempore diaconus, nec ultra processit, quia tentationibus nescio quibusam cæpit affici. Et prior huius domus (sicut audivi) durus et asper illi fuit, cuius assiduis increpationibus et afflictionibus sic erat oppressus ut sensum perdiderit suum, bona quidem memoria tenaxque remansit ei, sed intellectus et rationis organa fuerunt in eo violata, neque vires animæ suæ recuperavit unquam in vita sua super terram. Non desuerunt qui tempestive pro fratre loquerentur et dominus priori dicerent etiam modeste et cum reverentia quod ipse in quibusdam nimis severiter agere videretur cum iuniore fratre. At ille fratribus benevole monentibus non obtemperavit, non acquievit. Respondit meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis, se porro non ignorare quid ageret aut quid agendum esset. (⇒ proverb. 27) Quamquam autem dominus prior ita loquebatur, scimus tamen scriptum esse : si quis se existimat scire aliquid nondum cognovit quemadmodum oporteat cum scire. (⇒ 1 Cort. 5) Et iterum Paulus ait : dico per gratiam quæ data est mihi cuilibet versanti inter vos ne quis arroganter de se sentiat supra quam oporteat de se sentire, sed ita sentiat ut modestus sit et sobrius. (⇒ Rom. 12) Prior iste forsitan non bene fuit memor apostoli dicentis : Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros (⇒ Eph. 6) Sed educate eos in disciplina et correptione Domini, filius enim hominis sicut ipse ait, non venit ad perdendas animas hominum sed ad servandas. (⇒ Luc 9) Iterumque apostolicus ait. Patres nolite ad indignationem provocare filio vestros ne pusillo animo fiant, hoc est ne despondeant animum. (⇒ Coloss. 3) Illud autem quod apostolicus docet episcopum non debere percussorem esse non pertinet ad violentiam manuum tantum, sed ad linguæ acerbiteriam ne sæcus et improbus sit obiurgator, id enim divus annotavit Hieronymus quod fortasse nescivit prior ille. (⇒ 1 Timoth. 3) Ut cunque se res habet, erat tamen miserandum nam frater inutilis semper fuit, et alijs onerosus, cantor dumtaxat hebdomadarius erat quando sors eius veneat. In observationibus ordinis pulchre fuit institutus, quas etiam probe semper servavit, neque dixit neque fecit quicquam tempore quo novi eum, quod obiurgatione dignum esset. Sequebatur conventum die ac nocte atque hebdomadatim unus cum eo privatim monachus legebat horas, versabaturque

1511

nobiscum sicut innocens ovicula. Antequam sensu deficeret scripsit librum cui titulus est obitus Divi Hieronymi et Missale incepit quod domnus Arnoldus Beeltricen perfecit. Habitavit autem frater Joannes longo tempore in cella cui titulus est K quæ anno 1512 fulmine tacta fuit tempore vesperarum, vidimusque inibi signa quædam maligni Spiritus in pariete velut indicia ungularum, et ubi solebat Joannes scribere dilaceratum, diruptum et disiectum sedile cum pluteo fuit. At vero in parte superiori domus quædam pars tigni fuit detracta, et quod detractum erat incebat ibi in cumulo minutim ac si fuisset commolitum. Atque post dies paucos syderatus sive paralyti percussus fuit idem frater ita quod dextrum latus eius esset invalidum claudicabat dextro pede, dextraque manu parum se iuvare poterat ac deinceps non veniebat ad chorum nec ad cœnaculum nec ad capitulum sed privatim legebat ad commodum suum quod potuit solus, laici ministrabant ei. Ac tandem senex obiit 19 calendas januarij anno 1512. Hæc scripta sint ut posterius cautius agant cum fratribus suis et meminerint eos esse membra Christi et sanguine eius redemptos.

Patres nostri in domo Lovaniensi prima die huius anni 1512 donati fuere eximio xenio lampade videlicet argentea a venerabili domino magistro Leonardo a Ziericzea canonico ibidem et præposito Namurcensi, quæ pendere debebat ante venerabile Sacramentum, cuius pondus fuit 14 unciarum et 4 sterlingarum.

⇨ Diem suum obiit Henricu Houterle, scholasticus Lovaniensis benefactor de universitæ et cartusiana domo.

Circa principium eiusdem januarij obiit Lovanij magister Henricus Houterle de Turnhout sacerdos ac miles Jerosolijmitanus atque scholasticus ecclesiæ collegiatæ Sancti Petri Lovaniensis bonus amicus cartusianorum sepultus in dicta ecclesia ante altare Sanctissimi nominis Jesu. Ex legato eiusdem receperunt nostri patres Lovanienses diversis temporibus 386 renenses semel et 8 stuferos ; idque præter 2 petros pro pitantia religiosorum in die sepulturæ suæ, et præter quædam utensilia domus suæ nobis relicta, ex his pecunijs constructa est domuncula mercenariorum ante culinam. Fundavit etiam quatuor burss pro totidem magistris S. Theol. studentibus in suo collegio. Commissarios ordinavit decanum, pastorem et scholasticum ecclæsiæ Sancti Petri Lovaniensis cum P. priore cartusiæ dicti oppidi pro tempore existente qui singulis annis debent semel interesse computibus collegij pro quo onere cuilibet legavit 10 stuferos. Insuper ante mortem suam instituit 7 pueros pauperes mendicantes vulgo pauperes Sancti Petri nuncupatos. Requiescat in pace.

Receptus ibidem Lovanij apud nostros 10 februarij magister Joannes de Thymo, filius probi viri Gerardi de Thymo secretarij dicti oppidi qui anno 1515 assignavit filio suo 20 renenses vitalis pensionis cum quatuor alijs annualibus et parva viveola/vineola ; dictus domnus Joannes obiit procurator frugalis et laboriosus

22 decembris obiit quidam magister Theodoricus Fyck Rotterdamsis sepultus in ecclesia apud cartusianos.

Circa Pascha obiit domnus Gerardus Apers, prior domus Delphensis, convisitator provinciæ, successit in officium convisitatoris domnus Guilielmus Bibautius, prior domus Hollandiæ.

1512

⇒ Hic annus 1512 prelio ad Ravennam inter Gallos atque Hispanos, ipsosque confœderatos commisso nobilissimus.

Anno 1512 pontifex Julius Venetis iunctus acriter Ferrariæ ducem oppugnabat. Hunc Francus defendendum suscipit. Julius se regi imparem sentiens omnes Europæ christianos principes ad opem contra francum ferendam implorat, regemque Ludovicum, ac omnes qui cum eo faciebant, publice magna cum solemnitate gravissimis christianæ disciplinæ censuris oneratos proscribit, animas inferorum dius devovet ; ac post varios duorum mensium spatium belli motus ad Ravennam undecimo aprilis, qui tum Jesu Christi Resurrectionis a mortuis festus christianis erat dies memorabile illud prælium committitur vincentibus cum interitu imperatoris sui Gastonis foxei egregie Francis. sed illud admiratione dignum Francos duabus ingentibus pugnis in Italia Superiores (hac contra pontificem, illa contra Venetos) paulo post non solum bello mansisse inferiores, sed universa Italia exactos domum inglorios redisse ; adeo etiam admirabili Deus ratione per res sæpe adversas felicia ac salutaria nobis procurat.

Ipsa etiam die Paschæ Joannes Pontius Legionensis terram floridam primus invenit Gastonem foxeum (qui et Namursius dicebatur) dum fugientes persequitur cum paucis, conversi Hispani ex equo præcipitem dedere, peremit miles gregarius nihil prostrati verbis motus, captivum se habere reginæ Arragoniæ fratrem. Incensus furore animus misericordiam non recipit, an Gallica verba Hispanus non intellexit.

Rex Gallus pugnæ eventu nuntiato, utinam, inquit, Italiæ universæ iactura mei Namursij vitam redimerem, similes victoriæ inimicis cotingant. De ijs enim scite vulgo dicitur. Qui victus est superatur quidem, sed victoris tamen ruina.

⇒ Maximilianus cæsar deficit a Gallo ad pontificem.

Brevi post Francorum exercitus dissipatus est, cum quatuor millia peditum Tyrolensium apud Francos mercede militarent cæsaris mandato domum redire : Atqui hac ratione dissimulata inter cæsarem ac francum animi alienatio tandem in lucem erupit, cæsar enim informatus fuerat Gallorum regem secum minus sincere versari sed et Geldrum adversus Brabantos concitasse, cumque nil minus quam Francorum opes ac potentiam in Italia crescere vellet non mirum si Gallo relicto ad pontificem defecit. Quare novum pontifex cum cæsare fecit fœdus, quo utriusque consensu Maxemilianus Sfortia in ducatum Mediolanensem restituitur.

⇒ Ferdinandus Hispani rex Navarræ regnum occupat.

Sub idem fere tempus rex Hispaniæ Ferdinandus ac Angliæ Henricus consociatis mari viribus Guiennam veteris Aquitaniæ partem invadunt fugiente ad Bearnios Joanne Albretho rege Navarræ, universum id regnum Ferdinandus occupat. Proscriptus enim Navarreus a pontifice Julio cum Francorum rege Ludovico, quod ei contra pontificem in auxilium esset profectus.

⇒ Caroli principis nostri dexteritas.

Huius anni verno tempore Carolus princeps noster Philippum parentem imitatus Bruxellæ in ludico **Ballistariorum** certamine emissam sagitta buxeam **volucem** longiore pertica eminentem destinato ictu disijcit magna opidi lætitia et applausu.

Cum undique fierent belli apparatus et grana hoc anno minus feliciter provenissent ; illorumque pretium propter rumores bellicos ingravesceret rex Galliæ, archidux et vicinæ provinciæ inter alia vetant grava extra fines quisque suos asportari.

Præsul Leodiensis festum translationis Sancti Lamberti maiori quam ante celebritate servari curat.

⇒ Concilium Lateranense œcumenicum seu universale XVII adprobatum inchoatur quod anno 1517 est absolutum.

Ad sextum idus may Lateranensis conventus inchoationi pontifex affuit actionum præses et moderator, affuere cardinales atque episcopi magno numero ex varijs regionibus in studium inuandi ecclesiam, Pisanorum patrum audaciam frænandi incitati. In primo conventu Ægidius Viterbius augustiano ordini generalis præfectus elegantem ad patres orationem habuit, quam ex parte hic describere lubet, accurate enim utilitatem et necessitatem disciplinæ (cui subiecti sumus) proponit, simul et conciliorum generalium frequentiam inculcat, quæ eam in animas hominum inserant atque conservant propterea non inconsulte annuas generales congregationes in ordine nostro haberi. Videbimus.

Hoc discrepant inter cætera a cœlestibus terrena, quod illa instauratione non indigent, quippe æterna natum, res humanæ propter innatam inconstantiam et varietatem remedijs opportunis ne penitus intereant solvanturque, reparari identidem opus habent. Quod victus animantibus, quod cultura irrigatioque plantis est id in vita et moribus accurata disciplina, ne noxijs vitiorum sentibus silvescant atque vastentur instar neglecti agri. Bonus agricola arbores vel adminiculis erigit vel circumcidendo castigat, sub aliena latentibus umbria cœlum aperit, ramorum densitate impeditas interlucet, telluris vitio laborantibus mutat locum : neque rectas tantum et fertiles colit, sed depravatas corrigit, et minus fructuosos : neque fudori parcat, modo prædia hortique nitescant. Tantundem de pectoribus dici potest sed locum videtis, ergo doctrina et exemplis excolantur animi ; quæ in populi moribus delapsa fluxere severioribus legibus astrigantur, ea culture esto. Vos omnes cœlestis Pater huius agri custodes et cultores dedit, sui gregis curatores. An æquum videatur inertiae se dare ? altum stertere ? et non potius , cui omnia debemus, pro eo vitam sanguinemque profundere ? Possunt quidem eam diligentiam pastores in suis singuli caulibus præstare tantum ne exitialis somnus invadat. verum a tempore magni Constantini usu perpetuo edocti sumus multo id commodius contingere, maiori efficacia cum Antistites in unum locum convenientes, divinoque afflatu adiuti inter se conspirantes de salute publica in commune consultant.

⇒ Magna vis conventuum generalium.

Repetite, patres, veteri historias, evoluite antiqua scriptorum monumenta, revocate in memoriam superiores ærumnas et mala. Quis hæreses antiquas et sectas nefarias a stirpe convulsit ? Concilia. Quis principum insolentiam frænavit, terroremque improbitati ne se efferret gravis et importuna quis incussit ? an non id concilia præstitere ? longum esset explicare singula, sed certe quid ecclesiæ universæ maiestatem tuetur, cultum religionis, et sanctissimas cæremonias illustrat, populi pravitatem coërcet, fovet pietatem et legibus ut obtemperetur facit ? An non hæc omnia a concilijs præstantur. Quod si labori et industriæ fructus non respondet, si vitiorum postes in multorum perniciem et reipb. dedecus maiori quam opus esset, licentia grassantur ; videte patres ne forte salutaris instituti intermissio eam consciverit labem. Magna vis horum conventuum existit, salluberima operatio, ita tamen si accedat innocentiae in nostris moribus et probitatis exemplum. Certissimum subsidium a vita rectorum reliquæ diligentiae paratur, nostri capitis imitatione et doctoris, qui ut divinæ perhibent littere caput facere et docere. Salutaris doctrina est, sed si docentis exemplis invetur. Displicet hominibus imperata correctio, actione facillime iubetur, exemplo facillime obtemperatur monent enim magis exempla quam verba, atque utinam ô utinam tam multi bene operarentur, quam multi præcipiunt bene. Verum in re certissima hæreudum non est

Sed nostram annuam et generalem congregationem accedamus, ex qua talis emanavit pro reparatione domus Cartusiæ talis ordinatio.

Cum a tribus annis citra domus ista Cartusiæ mater nostra casu quodam fortuito et inopinato cui provideri non poterat, combusta et penitus incinerata fuerit, ut notum est universo ordini, et iam cum magna cura sollicitudine et diligentia pro maiori sui parte, saltem quantum concernit interiora ædificia, reparata cum magno eiusdem domus sumptu et gravamine prout nos oculata fide vidimus et inspeximus. Nos propterea attendentes non esse equum nec rationi consonum quod dicta ædificia maximæ aulæ provinciarum et capitulo nostri ordinis reparentur et fiant expensis solis et sumptibus dictæ domus. Volentes igitur eiusdem indemnitati consulere, casibus similibus futuris occurrere, et iam cæptas reparationes et ædificia ad perfectum deducere et in tecti securitatem dare, ut laminis ferreis aut plombeis cooperiantur. Vocatis super his visitoribus provinciarum, et per eos cum ceteris prioribus ordinis qui præsentī capitulo intersunt, conferentia habita et deliberatione matura ordinamus quod durantibus quinque annis proxime futuris et nunc inchoandis singuli priores seu rectores singularum domorum ordinis annis singulis dicto durante quinquennio solvant et solvere teneantur et debeant provinciarum suarum visitoribus aut alteri eorum centesimam partem fructuum (⇒ centesima pars fructuum imponitur) seu reventuæ dictarum suarum domorum omnibus secundum communem æstimationem ad pecuniam deductis, ad taxam et arbitrium et discretionem dictorum visitorum, quæ in dictis quinque annis faciunt unam solam semidecimam, quam dicti visitatores component et recuperabunt, et ad capitulum singulis annis mittent seu portabunt, et dictæ domui iam cæptum continuandum opus expedient. Volumus etiam et ordinamus quod dictæ pecuniæ expendantur in dictis reparationibus et ædificijs ac tectis continuandis et quanto commodius fieri poterit perficiendis. Et quod dicta domus Cartusiæ teneatur et debeat post dictum finitum quinquennium aut quando placuerit dicto capitulo generali de receptis et expensis rationem reddere. Et si quid de receptis superfuerit expendere et applicare in redditibus acquirendis pro dicto capitulo cum iam acquisiti non sufficiant pro expensis annuis eiusdem capituli supportandis maxime in futuro triennio capitulum et Cartusia nihil percipient de censualibus solitis percipi in Valentia maiori nunc vero redemptis et expositis in locis iam nunc summa ascendebat summam octingentorum scutorum et 25 solidos.

Quæstio in diffinitorio a patre reverendo proposita.

Utrum sola domus Cartusiæ teneatur ad reparationem omnium ædificiorum casuali incendio combustorum maxime ad aulam capituli pertinentium, aut vero totus ordo in his contribuere teneatur.

Si sola domus Cartusiæ Maioris cesset omnis impositio
Si vero totus Ordo cesset omnis obiectio, etc.

Obierunt reverendus in Christo Pater dominus Eustacius Legmieri, abbas Sancti Richardi, benefactor domus Abbatis-Villæ.

Reverendus in Christo Pater dominus Ludovicus de Salario ex dominis Marcellis magnus benefactor domus Sanctæ Salvatoris in Monte Brachij, provinciæ Lombardiæ Propinquieris.

Magister Joannes Adornes canonicus ecclesiæ Insulensis, benefactor domus Brugensis.

⇒ Domnus Antonius de Lercarijs, professus domus Januæ, multas domos administravit.

Domnus Anthonius de Lercarijs, professus domus Januæ, qui alias fuit prior eiusdem et domorum Luçæ, Bononiæ et Papiæ, visitor et convisitor provinciæ Lombardiæ propinquieris, et procurator.

⇒ Domnus Petrus Roberti, 47 annis rexit Correriam.

Domnus Petrus Roberti, rector domus professor domus Cartusiæ Maioris, qui laudabiliter 50 annis stetit in ordine et 47 rexit Correriam.

1512

Ex monumentis cartusiæ Lovaniensis pauca repetamus quæ hoc anno gesta sunt.

Memoria posthuma illustrissimæ Margaretæ Anglicæ, ducissæ Burgundiæ et Brabantiæ.
Anno 1512 circa festum Sanctæ Agathæ in principio februarij recepimus per eximiam dominum Joannem Briart ab executoribus testamenti dominæ Margaretæ Anglicæ antiqua nostræ ducissæ 180 renenses communes semel non ex debito sed ex sola gratia, ex favore eorundem executores, et hoc ad emendum unum reditum hæreditarium decem renensium in augmentum dotationis cellæ per eandem dominam fundatæ anno 1500. Reliquit autem prædicta illustrissima domina pulchram sui memoriam in hac cella, iuxta cuius ostium est sculpta iussu eiusdem dominæ representatio flagellationis D. N. Jesu Christi. In qua cernitur statua Jesu Christi vincti ad columnam statura sesquipedali : iuxta quam proportionem reliquæ personæ sunt sculptæ nimirum Pilatus stans erectus prope columnam cum duobus alijs magnatibus ac tribus militibus seu carnificibus, quorum duo flagellant Jesum, et tertius sedens ad terram tenet pedes contra basim columniæ ut fortius funem trahat, quo pedes Christi constringit. Insuper ad sinistrum latus est imago Sanctæ Margaretæ stantis retro prædictam dominam Margaretam flexis genibus orantem cuius effigies dicitur ibidem ad vivum expressa : atque tam ipsa quam cetera omnia quæ ibidem visuntur sunt valde artificiose sculpta et auro verijsque coloribus eleganter depictas. Infra dictam representationem leguntur hi versus insculpti in lamina ænea deaurata.

Margarita Anglorum sum stemmate nata superbo
Regis soror iactanda, Regis filia.
Carolus est coniunx Burgundio, marte peremptus,
Dein ter novem viduata dego Consules.
Interea quæ cura rogas ? fuit unica cura
Viros fovere sacros, sacrasque fæminas.
Quid docti ? doctis templorum conifero curas
Quibuslibet, legem modo **norim/norint** sacram.
Quid sibi Magnates ? sibi qui Simonis alumni ?
Male audiunt petentes quod dare est nefas.
Hæc mihi fas de me : narrabunt cetera nostri,
Similem expetentes, et sacri et docti viri.

Retro tabulas quibus eadem imago clauditur hæc etiam leguntur :

Hanc cellam una cum appendice suis impendijs extruendam curavit, magnificèque annuis reditibus donavit illustrissima domina Margareta Anglicanæ uxor ac deinde vidua potentissimi Caroli ducis Burgundiæ Brabantiæ etc. Quæ mortem obiit Mechlinæ anno a Christo nato 1503 octavo calendas decembris, ut supra diximus, ibidem sepulta est, sed cor eius conditum est in domo Capellæ Beatæ Mariæ ordinis nostri, quam domum multis beneficijs affecit propter bonam famam pater Laurentij Muschessel et aliorum qui tunc vivebant.

1^a aprilis alias 7, sabattho sitientes 1512 obiit reverendus dominus Joannes Mileti, episcopus Suessionensis, ætatis 88, episcopatus 60, magnus benefactor domus Fontis Beatæ Mariæ et fautor ordinis.

1512

⇒ Obijt domicella Catharina Pynnocx fundatrix unius cellæ in cartusia Lovaniensis.

Hoc anno 11 martij obijt nobilis domina Catharina Pynnocx, soror quondam Ludovici Pynnocx, multo tempore villici maioris opidi Lovaniensis, vidua vero domicelli Liberti de Meldert, quæ erexit in eadem domo Lovaniensi cellam signatam littera F quæ cum ambitu suo testudine, pavimenti, vitris ac ceteris omnibus necessarijs expensis eiusdem domicellæ ad finem usque deducta est anno 1506 bonisque redivisibus liberaliter dotata hinc supra ostium cellæ paulo e latere hæc ad memoriam eiusdem domicellæ habentur inscripta in tabella marmorea.

Hanc cellam cum ambitu suo completam fundavit domicella Pynnocx relicta domicelli Liberti domini temporalis de Meldert dum vixit. Quæ obijt anno Domini 1512 mensis martij die 11. Cuius anima requiescat in pace. Amen.

Ibidem 28 martij receptus fuit magister Gerardus Pennebroeck Harlemonis qui domus legavit 8 rhenenses vitalis pensionis, et alios 20 rhenenses hæreditarij redditus post mortem matris, fuit ibidem procurator strenuus in decantandis divinis laudibus.

⇒ Horreum in curti de Halsingem edificatur.

Revisamus nostros perenates. Hoc anno prior domnus Mathias curavit fieri apud Halsingem novum et magnum horreum, dicunt aliqui quod simile non est in territorio de Gaesbeke pro quo multas exposuit pecunias prout habetur in registro ipsius prioris. Et perante ibidem fecit fieri domum habitationis cum stabulis ac multis alijs structuris, stabulum pro equis nostris ita quod nunc est pulchra curtis et bene in structuris provisiva, quæ pro nunc videlicet in siligine annue 42 modios IIIJ sist. siliginis et in pecunijs XXJ renenses cum IX modijs qui venerunt ex parte dominus Henrici Hinckaert et IX petris.

Eodem anno venerabilis pater prior produxit ambitum ad 12 fenestras et sequenti anno fecit cooperiri scalijs.

Item hoc anno dominus Joannes de Glimes dominus de Bergis emit dominium de Grimbergen super quod habuimus annue L renenses ex parte et donatione fratris nostri Adolphi Coutereau quos dominus præfatus quitavit cum XVI similibus denarijs, et tunc solvit arriragia quæ ascendebant ad summam centum et XXV renenses pro quibus denarijs fuerunt dequitati ea quæ sequuntur Primo fuerunt redempti et soluti XV floreni aurei quos pitantia de foresto recipere consuevit singulis annis super bona te Beysberghe pro quibus dequitandis dare oportuit

Item dequitati sunt te Lenneke IIIz modij siliginis, pro quibus dati sunt C V renenses. (*au-dessus de la ligne* : III^C LIIIJ renenses communes VII stuferos)

Item tot modij siliginis, quos solvebamus uni nominato Danckart, dequitati pro CV renenses.

Item dequitatus est unus modius siliginis quem consueverant levare fratres in Nazareth ex legato fratris Henrici Hinckaert pro XXX rhenenses.

Item sunt dequitati de prædictis denarijs VIII sextarij siliginis quos proles Pauli Vrelant retinuerunt super bona te Halsingen pro quibus dedit XXXIIIJ renenses IIIz stuferos.

Quomodo ceteræ pecuniæ expensæ fuerint (quia longum et obscurum est). Vide librum Fundat.

Hoc anno 26 augusti receptus fuit ad ordinem in domo Ultraiectina domnus Petrus Zas qui fuit postea visitator provinciæ meritissimus. Item domnus Joannes Isbrandi Harlemonis et Allardus de Medenblick.

Die 19 novembris obijt Lovanij venerabilis vir Antonius Briart, pater domini Joannes Briart Athenis, S. Th. doctoris eximij, uterque sepultus est in maioro claustro domus Lovaniensis iuxta ostium cellæ pater procuratoris uti postea dicitur anno 1520

⇨ Seditio Coloniae 6 januarij.

Anno 1513 apud Coloniam Agrippinam die Epiphaniae seditio bravis orta est vulgo contra senatum tumultus ciente, quam tamen iusto Dei rudicio accidisse narrat Joannes Chapeavillus in hist. Leodiensi sic : Magistri civitatis pastoris ecclesiae S. Remigij S. Th. professoris viri optimi domum, nescio quo colore quaesito spoliarunt. Clericus rei indignitate offensus parochiam ecclesiastico curat suppone ineterduto Pastor peiora veritus Leodium confugit, benigneque a praesule propter modestiam aliasque virtutes auditus, praebenda Sanctae Dionysij forte tunc vacante donatur. Vulgus interea magistratum Coloniensem tum hac tum alijs de causis in vincula conijciunt, et administrationis rationes oxigunt. Mirum dictu necdum quaestionibus adhibiti, Deo corda illorum ad poenitentiam emolliente, iuste in se commotum populum profitentur, moxque multa extremo digna supplicio palam agnoscunt, proventus nimirum civitatis ilam alienasse, dominum Rickesteym, archiepiscopi vicarium intempestae noctis silentio iugulari curasse et alia eiusce generis. Quibus permota civitas novo creato magistratu decem illorum capite plecti curavit. Quod factum, propter malum exemplum, videtur Surius noster damnare (*au-dessus de la ligne* ? : temeritatis) quia et eodem anno Vuormatieum cives in senatum monisse subdit, sed aliquando Deus monet corda populi, quae tamen exempla non temere sunt sequenda.

⇨ Alias Blasius de Alagario, fundator domus Beatae Mariae de Fontibus.

13 januarij vita defungitur illustris dominus Blasius de Alagario, fundator domus Sanctae Mariae de Fontibus in dioecesi Oscensi, forte scribendum D'Alagon nam chartae saepe incorectae et illigibiles sunt.

9 februarij magister Robertus Virili civis Lovaniensis donavit cartusianos quatuor modijs siliginis haereditariae trecensae, itam resignavit eisdem supra quoddam pratum Arschoti duo philippicos.

⇨ Successio pontificum.

Nono calendas martij obiit Julius secundus pontifex Romae : praefuit annos 9 menses 3 dies 21 multa Italiae opida quae a diversis principibus possidebantur armata manu recuperavit, caetera et modestiae et aequitatis studiosissimus. Julius 2 etiam Vaticanum templum superbo structurae genere primus instaurare est aggressus. Successit illi Joannes Medices Florentinus qui Leonis X nomen accepit, creatus quinto idus martij.

⇨ Caesar frustra tentat ducatum Burgundiae.

Vere huius anni Maximilianus caesar acceptis ab Angliae rege centum quinquaginta aureorum liliorum millibus, ac pro reliqua solutione eodem rege fidei iubente conducit 25 millia peditum Helvetiorum addit bis mille equites duceque Ulrico princeps Wirtembergico in ducatum mittit Burgundiae, eum nepoti Carolo Hispaniae principi vendicaturus. Obsederunt Helvetij Divionem et iam muri pars non exigua disiecta aditum praebat hostibus ut facile vi adhibita possent irrumpere : cum ecce Galli, Gallica usi arte Helvetios magnis promissis muneribus corruerunt eoque adduxerunt ut ab urbe discederent, ta fatale est, ut quamvis posteris Caroli Audacis saepius tentari dictum ducatum recipere nunquam potuerint.

⇨ Galliae rex damnat conciliabulum Pisanum.

Hoc anno quidam cardinales qui conciliabulum Pisanum secuti fuerant veniam a Leone pontifice et pietierunt et impetrarunt rex quoque Galliae veritus tot gravissima incommoda eo se pertulisse quod idem ipsum adulterinum concilium is sua ditione fovisset illud abrogavit et davinam et cum suis concilio Lateranensi adhæsit.

Maximiliano Sforzia dux Mediolanensis Helvetiorum insigni virtute Mediolanum pulsus Gallis recuperavit, et cum postea Novariam oppugnarent postridie nonas junij pugna memorabili ad octo millia occidit.

⇒ Confirmatio centesimæ.

In externis his nimis diu immoramur, convertamus nos ad res nostras narrandas. In capitulo diffinitores ordinationem præcedentis capituli super impositione centesimæ pro reparatione aulæ capituli generalis et camerarum provinciarum factam laudant approbant et confirmant iniungendo visitoribus singularem provinciarum ordinis quatenus omni ulteriori mora aut excusatione cessantibus saltem hinc ad aliud immediate sequens generali capitulum taxent et ordinent si iam forte non fecerint, quantum quælibet domus suæ provinciæ pro dicta centesima anno quolibet durante quinquennio solvere debeat fructibus omnibus secundum æstimationem iuxta dictæ ordinationis formam et tenorem ad pecuniam reductis et summas taxandas dombus ipsis imponant, impositionis rotulos sequenti capitulo mittant seu portent. Et cum possibili diligentia summas ipsas exigant. Et singulis annis donec ad implementum quinque annorum et solutionem inde debitarum, ad capitulum pariter mittant vel portent ipsam ordinationem insequendo ut cæpta ædificia continuari et inde perfici possint. Et ipsi domui Matris nostræ adversus similes casus securitas dari.

⇒ Benefactores ordinis.

Obierunt Jacobus Lambert, magnus benefactor domus Delphensis.

Magister Rolandus Morckerkem, benefactor domus Brugensis.

Magister Adrianus de Esche, fundator et dotator unius cellæ in domo Sophiæ et domicella Petronilla de Vecka, benefactrix eiusdem.

⇒ Philippus Vilain venit ad ordinem.

10 julij habitum ordinis nostri suscepit in Schuet domnus Philippus Vilain, anno revoluto eadem die fecit professionem, ex testamento patris habuit vitalem pensionem LX renenses.

et Lovanij quinta junij investitus fuit Franciscus Petri Amsterdamensis qui reliquit conventui 14 renenses vitalis pensionis et post mortem matris unam libram flandricam hæreditarij redditus. Qui 1527 Amsterdamum missus ibi secundam emisit professionem et faudem spiritum.

⇒ Domnus Guilielmus a Mechlinia vicarius Monialium.

Circa festum Sanctæ Joannis Baptistæ domnus Guilielmus a Mechlinia professus primo domus Diestensis 2º domus Lovaniensis per patres visitatores ordinatus fuit vicarius Monialium prope Brugas (quas laudabiliter fere 9 annis rexit) et propterea absolutus ab officio procuratoris domus Lovaniensis succenturiante domnus Petro Apothecarij primo professus dictæ domus.

Tertia julij ibidem receptus in donatum frater Albertus Lubecensis quem promovit uxor honesti viri Ghisberti Ægidij alias de Potere fundatoris ecclesiæ cum fratre.

⇒ Miranda tempestas turbinis et grandinis.

Unum mirabile et omnibus Christi fidelibus mirandum quod accidit ipso die venerabilis sacramenti quando receptus fuit ad osculum domnus Philippus Vilain, qui more tunc solito petijt spaciamentum, sed circa tertiam horam post prandium talis tempesta evenit cum grandine et turbine, ita ut omnis ista regio fructus ligna blanda ac ceteri fructus terræ omnino erant destructa, lapides grandinis ceciderunt maxima quantitate fenestræ vitræ præsertim in ecclesia Beatæ Mariæ de Zabulo erant ruptæ et destructæ, quod vix pro duobus millibus florenorum poterant reparari. Post mensem et ultra adhuc inventi sunt lapides grandinis qui tunc ceciderunt. Multi coloriter destructi et depauperati, ipso anno non modicam habuimus tribulationem cum colonis nostris, quia aliqui nihil dederunt; aliqui vix XXum denarium vel parum dare voluerunt, et sic permissione divina eodem anno multa damna opprobria et molestias sustinuimus, tamen noster conventus fuit in omnibus gratiose provisus Deo laus. Hæc ex libro foundationis sed et apud probatos auctores me legisse recordor tempestatem turbinis seu venti vehementis præsagium esse futuri boni.

1513

⇨ Gallis cæsis Teriiana a nostris capitur et evertitur.

Maximilianus cæsar et Henricus Anglorum rex Gallis ad Guinegatam iterum cæsis Teriianam nono kalendas septembris expugnant eiusque mœnibus disiectis atque ædificijs (summam Deiparæ templum et canonicorum ædos excipio) dirutis omne urbis decus adæquant solo.

⇨ Tornacum capitur.

Septembris vicesima Henricus Anglorum rex Tornacum Nervicæ gentis caput, quod tum Galli præsidio tenebant ad deditionem compellit. Is nempe duodecim machinis suis apostolices quas ad 12 apostolorum honorem **conflaverat** atque imaginibus insigniverat, pilas ferreas continenter explodens ruptis aggeribus viam aperuerat in opidum. Quo statim capto arx firmissima ingenti sumptu ad civium colubendos motus fuit constructa.

⇨ Margarita cæsaris filia regis salutatura Insulas proficiscitur, deinde Carolus Austriacus teste Mariana.

Post hæc cæsar ac rex Insulas nobilem Flandriæ civitatem contendunt reperiuntque hic cum præcipuis Belgarum matronis Margaritam cæsaris filiam, quæ Gandavo reges salutatura advenerat. multi hic dies cum summa lætitia peracti, data epula, certatum personatorum ambulationibus ac ducendis choreis. tum ludicra belli certamina, concurrentibus inter se Germanis, Belgis ac Anglis vario armorum genere eduntur.

⇨ Jacobus IV Scotiæ rex in prælio perit cui Jacobus vestu suffectus.

Ludovis rex accepta clade graviter commotus Scotorum regem Jacobum ut Angliæ bellum inferret Gallica arte permonit. Multa Scotum retrahebant ne id faceret, præsertim nihil tale verente Anglo, cuius quoque sororem habebat in matrimonio, et cum quo fœdus gravissimum perscisserat. Igitur turbatæ pacis et ruptorum fœderum pœnas luit cæsus ipse in prælio cum universa prope nobilitate Scotiæ 4 idus septembris, quæ res Angliæ regem permonit ut Tornacum caperet.

⇨ Obitus domicellæ Claræ Molepas maximæ benefactricis domus nostræ Bruxellensis.

Nec omittendum hoc anno XVII augusti ad meliorem vitam migrasse honestam matronam domicellam Claram Molenpas relictam Joannis van Elzelaer, quæ perantea duxerat in coniugium magistrum Joannem Everaets qui fuit pater confratris nostri Joannis Everaets donati huius domus qui omnia bona sua hæreditaria nobis legavit. Jacet autem in Schuet sepulta sub lapide Joannis van Elzelaer, et cum prima uxore sua domicella Margareta Juweels domicella autem Clara fuit magna benefactrix huius domus ut patet in capitulo de bonis te Ytterbroeck quia ibi habetur quod de eisdem bonis dequitaverat XVI coronas et X iornalia terræ quas domui dederat. Insuper dedit domui omnia bona sua immobilia, de quibus habuimus multa lintheamina lectos, vestes clenodia utensilia diversa, etiam dedit tres casulas primam ex damasceno excepta cruce aurea, alteram albam tertiam nigram. Pro magno calice dedit ciphum argenteum plures gratias dedit in vita sua, et multum afficiebatur domui et ordini. Honestas semper fuit et devota ac pauperibus misericordissima, et in infirmitate de qua obiit multum patiens. Retribuat illi dominus vitam æternam.

⇨ Frigis acerimum.

Acerimum frigus, et quale hactenus apud Belgas nec auditum nec lectum a 18 kalendas decembris ad 12 kalendas martij perduravit.

⇨ Theodorico Martini Alostensis in academia Lovaniensis. 1513

Dominus Andreas in cartusia Lovaniensi dedit imprimendum calcographo libellum Dorlandi de pane salutifero quem composuit ad instantiam Petri de Noot præsidis computum cum parvo officio Beatæ Virginis, his addeus versus in fine

Quisquis Cartusiæ nomen ritusque reservas
funde precor pro me vota serena Deo.

1514

⇒ Aliquot religiosi domus Ultraiectinæ ex apoplexia interierunt.

Anno 1514 in domo Ultraiectina aliquot religiosi ex apoplexia interierunt morbo ut verisimile est, ex tanto frigore contracto. Inprimis dominus Romerus Jacobo Zwaan vicarius XVI februarij qui in ordine vixerat laudabiliter 47 annis.

Item dominus Gerardus Henrici de Scooten Amsterdamensis quondam miles Hierasolimitanus XVI martij et postea adhuc dominus Jacobus de Langhedijck. Receptus dominus Florentius Nicolai, qui postea fuit prior ibidem.

⇒ Dominus Franciscus Talemanius venit ad ordinem.

In domo Lovaniensi ordinis nostri habitum suscepit dominus Franciscus Talemanius Edamensis quondam Ludimagister viril s plane magnetudinis 29 martij qui postea fuit vicarius monialium Brugis et obiit prior Lovanij ut infra dicemus.

Invenio adhuc ordinationem pro centesima talem : Insequentes ordinationes im factas super impositione centesimæ pro reparatione domus Cartusiæ nolumus quod de cetero. Singuli priores mittant ad Cartusiam summam sibi impositam pro dicta centesima, sed illam dent et solvant in manibus visitator provinciæ suæ aut alteri eorum qui iuxta ordinationes prædictas debent dictas summas exigere ad capitulum mittere, et de eis rationem tenentur redere.

⇒ De canonizatione sancti patris nostri Brunonis.

Visa charta privati capituli die XX mensis februarij per reverendum patrem Cartusiæ, et ceteros priores ad hoc chartam præteriti capituli generalis nominatis cum conventu Cartusiæ celebrati prætextu, et ad causam certorum pactorum per priorem domus Neapolis visitatorem principalem provinciæ Lombardiæ Remotioris initorum et firmatorum cum reverendissimo et illustrissimo dominus, dominus Aloisio, (⇒ habet anniversarium sub 22 januarij) cardinali de Arragonia super resignatione fienda et deinde facta in manibus serenissimo domini papæ per præfatum reverendissimum cardinalem in favorem nostri ordinis de monasterio Sancti Stephani de Busco, Squillacensis diocesis, in quo corpus beatissimi patris nostri Brunonis conditum iacet, reservata ibi certa annua pensione, et sub certis modis, formis et conditionibus in capitulis dictorum pactorum adiectis. Visis etiam litteris capitulis et alijs in dicta charta magis specificè declaratis, habita super his conferentia et deliberatione matura, omnia et singula in dicta charta dicti capituli privati ordinata, contenta et descripta tanquam rite et recte facta laudamus, approbamus, et confirmamus. Et insuper visis bullis super ijs expeditis per dictum priorem Neapolis nunc nobis exhibitis, seu ipsarum bullarum copia una cum certis alijs litteris et instrumentis ad materiam facientibus, dictoque prior plene audito in ijs omnibus quæ circa hæc per eum facta sunt et fienda restant, volentes huic tam pio et laudabili operi quantum nobis possibile fuerit optatum et obitum finem imponere ad Dei laudem et ordinis incrementum fluctoritate huius nostri capituli generalis prioribus domorum Bononiæ et Mantuæ una cum prædicto priore Neapolis committimus iniungimus et mandamus quatenus ad loca propria opportuna et necessaria *accedentes*

[*sous le cadre* : Anno 1514 Luxemburgum quod totum pene depopulabatur, diebusque singulis 49 vel 50 devorabat incolas periculo eripuit, quum unanimiter civitas habita generali in honorem Divi Adriana (cuius reliquias Geraldimonte venerantur) Supplicatione promissoque corde argenteo eius auxilium invocasset.]

accedentes iuxta commissionem et informationem sibi ad partem datam manibus proprijs reverendi patris Cartusiæ et aliorum diffintorum signatam procedant, salvis in omnibus et per omnia protestationibus apposis in instrumento confirmationis factæ per reverendum patrem in dicto privato capitulo a quibus non intendimus quovis modo etiam actu contrario forte interveniente recedere, aut nos aut quasuis ordinis dicti alias personas et domos vel earum res et bono oblgata ad observantiam aut solutionem dictæ pensionis impositæ, vel censuris et pœnis aliquibus submittere nisi duntaxat per modum et formam in dicto instrumento declaratam, et quod domos dictæ Remotiors Lombardiæ provinciæ, quæ se ad hoc voluntarie submiserint vel submittere voluerint. Quod si forte dictus prior Neapolis aut quivis alius obligationes seu submissiones alias aut aliter fecerit ; illas tanquam a non habente potestatem et contra nostram et ordinis voluntatem factas cassamus et revocamus : Et nihilominus ne similes in posterum fiant inhibemus. Et si fortasse (quod non credimus) fuerit hactenus aliquibus personis ordinis aut quibusuis alijs super his aliqua commissa auctoritas etiam facultas, illam pariter cassamus et revocamus, et ab eis omnem potestatem adimimus. De his vero quæ discti priores domorum Bononiæ et Mantuæ sibi commissis fecerunt aut fienda restabunt frequenter et diligenter informent reverendum patrem et inde sequens capitulum. Et in omnibus discrete et cum bono consilio procedant. Ut eorum providentia sollicitudine et industria cæptum opus ad finem debitum et optatum pervenire valeat domino hoc operante et eodem patre nostro Brunone nos suis meritis et precibus adjuvante.

⇨ Alias dominus Antonio tituli Sanctæ Praxedis cardinali ordinis nostri protectore.

Igitur prædicti priore cum reverendissimo et illustrissimo cardinali Tricinensi protector ordinis Romam se contulerunt ad sedem apostolicam, supplicemque libellum et venerationem suæ sanctitati Leoni decimo pontifici obtulerunt 19 jullij hoc anno 1514. Mox tenorem legationis suæ exponunt ac cursim vitam D. patris toti orbi mirabilem plenamque virtutibus, contemptum sui ipsius, pœnitentiæ laborem, quem in eremo cartusiæ subivisset, odium denique mundi ac pomparum eius, et quod unum maxime requirebatur ad confirmationem sanctitatis eius virtutes et miracula, quæ Deus per eum operari dignatus esset breviter ante oculos ponunt denique rogant apostolicum, ut si de eis quæstio haberi debeat per fide dignos quærat, an ita se hæc habeant. Quæ ubi ita se habere deprehenderit auctoritate qua **pollet** apostolica decernat eum pro sancto habendum detque licentiam celebrandi solemniter anniversarium diem mortis eius qui in sextum octobris anni 1101. Ad quæ domnus apostolicus placide respondit : Sibi iam dudum venerabilis et beati patris virtutes auditas fuisse, sibique dignum videri (posthabita miraculorum inquisitione), ut is quem Deus tanta donorum et gratiarum copia ditassit in terris, idem nunc a dextris id est in potioribus bonis Dei sedens in excelcibus et unitus bonorum omnium forti debitis honoraretur obsequijs, et cui dum viveret omnipotens communicaverat

cor docile et inclinatum ad legem vitæ, constituto nunc ante thronum gloriæ deferretur omnis reverentia. Atque ita concessit illis ilico sua sanctitas id quod postulabant dans illis favoris tesseram, siubscribensque libello supplici legatorum.

⇒ Promotores canonizationu S.P.N. Brunonis.

Igitur celebrata est canonizatio sanctæ patris nostri procurante dominus Antonio tituli Sanctæ Praxedis cardinale ordinis nostri protectore præsentibus domnorum Mathæo priore Bononiæ, Ludovico Mantuæ, Jacobo Neapolis et Hugone Sanctæ Crucis in Hierusalem priore in urbe, præsentibus quoque ibidem reverendissimo in Christo patre Laurentio cardinale tituli Quatuor Coronatorum et reverendo patre Francisco Amellino cameræ apostolicæ clerico alijsque assistentibus, et ne apud aliquem foite dubium remaneret soliti singulli appensione munta data est canonizationis bulla subscripsitque Antonius Testa verulanus. Deest nobis prædicta bulla, quam ex his notis speramus aliquando invenire interim hos versus ex Surio accipiat lector

Canonizatio, ut vocant, Sanctæ Brunonis

Carmine conscripta

Papa Leo, gestis et maiestate verendus

Cardineis Patribus celebri circumdatus actu

Certior est factus, quam Sancte vixerit olim

Bruno, quod obsequium, dum vixit, præstitit urbi :

Quodque per hunc cultu divino Ecclesia crevit :

Huius et audierat certo miracula quædam.

Propterea votis Patrum concordibus illum

Retulit in Divos : festum concessit eidem

Octobris Sexta celebrari quotannis :

(Illo nempe die moriens ascendit olympum)

Erigere huius statuas, ac ædificare Sacella

Permittens : Super his confecta Diplomata confert

Ordinis hæc nosri Mater Carthusia servat

Inter Romani multa instrumenta Senatus

⇒ Beneficia Dei hoc tempore ordini carthusiano impensa.

Divinum beneficium fuisse hanc S.P.N. canonizationem agnoverunt cartusiani, inprimis V.P. Petrus Leydensis in prologo ad vitam dicti sancti qui sic ait : Certe carthusiensem ordinem speciosissimam ecclesiæ portionem (ita enim nominat mellifluus doctor Bernardus) per diversas mundi nationes dilatatum antiquo vigore virentem, fama redolentem, et in regulari observantia florentem amorosis oculis eadem ipsa divina pietas his diebus specialiter aspexit, atque ad omnes inimici (cuncta perdere festinantis) aditus præhidendos, hortumque conclusum, illius videlicet religionis custodiendum et fortificandum veterum patrum consuetudinibus novas adiecit. (⇒ intelligit tertiam compilationem statutorum factum sub reverendo P. Francisco de Puteo) Patriarcham præterea eiusdem ordinis sanctissimum (magnum

loquor Brunonem) qui usque ad hæc sanctissimi D.N. papæ Leonis decimi tempora, per quadringentos et amplius annos non pro meritis sanctissimis in honore habitus, sed in manibus alienorum detentus fuit una cum monasterio a se constructo, in quo vixerat et mortuus quiescebat. Carthusiensibus ineffabiliter gaudentibus restituit colendumque donavit ad totius mundi vivorum videlicet et mortuorum (pro quibus die natuque altissimo supplicant) revocationem et salutem. Sit gloria Domini in seculum qui tanta beneficia suis impendere dignatus est.

Defunctus habetur in carta huius anni reverendus in Christo Pater dominus Lucas episcopus Værmaciensis, benefactor domus in Pruscia.

21 augusti venerabilis sacerdos dominus Euko (forte Hugo) Frisius bonus amicus ordinis dedit carthusiensis Lovaniensibus duas domos contiguas in opido Harlemensi, quibus postea venditis ex consilio eiusdem dominus Eukonis et aliorum amicorum receperunt semel 610 renenses ex quibus remanserunt decem pro opido iuxta morem patriæ.

⇨ Domina Anna ultima ducissa Britannia, uxor Caroli VIII et Ludovici XII regum Francia obijt 9 januarij anno 1513 sub cuius regno domus d'Auray ordini incorporata fuit.

Ad quintem idus januarij cum obiisset Anna, regina Francia et Britannia Americæ naturalis ducissa. Ludovicus rex rebus Gallicis consulturus Henrici Angli hostis infestissimi sororem Mariam missa ad Britannos insigni legatione coniugem sibi petijt et accepit 7 idus octobris, cor eius auro inclusum ad tempus iacuit in cartusia prope Nanetas in Britannia.

⇨ Carolus Austriacus princeps noster, tutelam egressus inauguratur calendis januarij 1515.

Circa hoc tempus Carolus Austriacus princeps noster ab suo cæsare Maximiliano emancipatus et a Belgis in principem dicto acceptoque sacramento inauguratus est cæsare in Germaniam redeunte ac filiam Margaritam cum nepote Carolo in gubernatione relinquente de Carolo inauguratione sic Chapievillus : Is more maiorum Brabantia principatum suscepit non unius tantum urbis, sed et omnium vicinarum provinciarum gratulatione incredibili, eo enim conspecto non Troyanum aliquem, vel Anthonium pium sed qualem Deus ipse in Deuteronomij libro descripsit, hac est optimum et sanctissimum principem sibi omnes paulicebantur sub quo quasi felici sydere ad meliorem se frugem converterent.

⇨ Ludovico XII mortuo succedit Franciscus I rex Gallia.

Anno 1515 Ludovicus XII Gallia rex pugnacissimus magni invictique animi princeps nulla mascula prole relicta calendis januarij moritur, in cuius mox locum successit eius gener et sanguine proximo Franciscus Valesius Engulema comes annos viginti et unum natus Remis 25 januarij sacro oleo munitus.

Ad hunc e Belgio a principe Carolo Austriaco (qui paulo ante tutelam erat egressus) gratulatum missi veniunt Henricus Nassavius et Michael Croviacus fari **D. Piari** regulus cum aliquot consiliarijs qui 23 martij cum Francisco rege fœdus ineuntes desponsatur principi Carolo reinera regis Ludovici defuncti minor filia nondum septeunis postea Herculi Estensi Ferrariæ duci nupta, Belgæque Franco de Flandria Artesia alijsque ditionibus huic servituti subiectis **clientale** nomine principis Caroli sacramentum dixere.

Circa medium quadragesimæ probus vir Gerardus de Thymo secretarius opidi Lovanniesis pater domnus Joannis de Thymo, ibidem cartusiani assignavit 24 renenses filio suo vitalis pensionis, et eius primitijs 24 junij alius amicus Henricus Raveschot civis Lovaniensis obtulit parvum calicem argenteum deauratum, quem eodem tempore gratis conservavit reverendissimus dominus Joannes de Vittæ ordinis prædicatorum, episcopus Salubriensis confessarius sororum principis nostri Caroli postea romanorum imperatoris eius nominis V.

⇒ Ordinatio de celebrando festo S.P.N. Brunonis.

Cum sanctissimus dominus noster Leo divina providentia papa decimus et modernus nobis et ordini nostro sua gratia dederit et concesserit licentiam et auctoritatem, ut in singulis domibus dicti nostri ordinis et earum ecclesijs seu capellis possimus festum sancti Brunonis patris nostri solenniter colere et devotione debita celebrare, eiusque corpus et memoriam dignis in Domino laudibus prosequi et venerari, et officium conveniens in honorem ipsius agere et decantare, nec non commemorationem singulis diebus de eo facere et alias prout in desuper confectis litteris plenius continetur. Propterea ne tantam gratiam neglexisse videamur ad Dei, et ad eiusdem patris nostri laudem et honorem ordinis incrementum et nostram nostrorumque omnium salutem consolationem et pacem, dictarum litterarum mentem et tenorem insequentes volumus et ordinamus, quod de cetero annis singulis perpetuis futuris temporibus die sexta mensis octobris (qua die idem pater noster carne solutus, beata immortalitate vestibus fuit) festum prædictum in omnibus et singulis domibus totius ordinis nostri prædicti et earum ecclesijs seu Capellis in honorem et sub nomine seu vocabulo eiusdem Beatæ Brunonis confessoris cum candelis solenniter celebretur, et ab omnibus et singulis prioribus monachis, conversis et alijs personis dicti ordinis nostri debita devotione colatur, eiusque corpus et memoria dignis laudibus veneretur, fiatque et decantetur de eo ipsa sexta die octobris solenne officium cum 12 lectionibus capitulo et refectorio et ceteris ceremonijs quæ in solennibus festis candelarum solent observari in hunc videlicet qui sequitur modum. Ad primas vespervas antiphona super psalmos sint lumbi vestri præcincti. Responsorum Beatus Servus. Ad matutinas 8 primæ lectiones sermo beati Augustini qui incipit Dominus nostri Jesus Christus sicut in festo Sancti Martini, quatuor vero ultimæ homilia beati Gregorij papæ quæ incipit sancti Evangelij super evangelio secundum Lucam sint lumbi vestri sicut in festo sancti Benedicti. Ad missam dictum evangelium sint lumbi vestri. Cetera omnia tam in missa utrisque vesperis matutinis quam ceteris horis fiant sicut inius confessoris non episcopi exceptis omnibus quæ dicentur prout infra in pede præsentis annotationis (*au-dessus de la ligne* : ordinationis) sunt notatæ. Volumus etiam et pariter ordinamus quod in vigilia dicti festi fiat abstinentia, et in die fiat sermo in capitulo monachorum et conversorum ad laudem ipsius sancti et ordinis informationem, ut cessetur ipsa die ab omnibus operibus ut divinis laudibus melius et devotius intendere valeamus. Item ordinamus quod dictum festum scribatur in calendarijs ordinis sub VI die octobris, et in litanijs immediate post Sanctum Benedictum dicatur Sanctus Bruno ora pro nobis. Item pariter ordinamus quod singulis diebus ab omnibus solita dicantur suffragia in matutinis et vesperis, et immediate post commemorationem Sancti Joannis fiat de eo commemoratio in hunc modum **Ana** similabo. Versus Justum deduxit. Oratio omnipotens quæ sequebatur cum secreta et completa.

Sensus exurgat vigor excitetur
 Mentis internus coalescat ignis
 Quippe iam nobis celebranda dantur
 festa Brunonis

⇨ Beatæ Philippus Nerijs nascitur.

Hoc anno beatæ Philippus Nerijs congregationis oratorij fundator futurus 11 calendas augusti Florentiæ nascitur.

⇨ Item Beatæ Teresa.

Item ibidem anno beatæ Teresa de Jesu quæ monialium et monachorum carmelitarum discalceatorum ex præscripto primæ, ut vacant, regulæ, viventium ordinum instituit Aquilæ regni Castellæ in Hispanio opido nobili familia 28 die martij est nata.

⇨ Sanctæ Bruno in memoria hominum reviviscit.

Sanctæ Bruno per multa secula in obscuro pene versatus pontificia canonizatione donatus a fidelibus pie recolitur, nempe quo tempore Sathanos ad perdendum aliquos excitat, Deus ad salvandum alios erigit.

⇨ Apta et notanda comparatio seu similitudo

Tantum præterea negotium in hæc tempora dilatum fuisse, ac summo pontifici Leoni decimo reservatum non iniuria putari potest quippe qui tanquam Leo suo rugitu onagrum in deserto soporatum excitare et decimus hoc est perfectus (numero enim denario perfectio designatur Brunonem perfectissimum (⇨ Exhortatio ad colendum Sanctæ Brunonem) virum in perfectissimæ sanctitatis testimonium canonizationis munere donare aptissime posset inquit domnus Petrus Sutor in fine primi libri vitæ cartusianæ, qui et subdit exhortans nos ad colendum S. P. Brunonem. Quam gratiam nos Brunonis alumni non ingratis suscipientes, agamus (sicut par est) iugem nostri principis memoriam, inclita gesta referamus, prosequamur laudibus patrem, præconia hilariter decantemus, festa veneremur devotius, arduam vitam miremur, sanita sectemur festigia, et denique supplices assiduasque preces ei fundamus, quibus adiuti asperum difficile, altumque iter quod nobis dux ipse ostendit inoffenso calle tenere, mundum prorsus floccifacere, hostes nobis iugiter adversantes superare, et domum vita perfuncti cælestem adire patriam feliciter valeamus diximus ad annum Ludovicum Bertrandum Valentia publice præmia constituisse eis qui versus elegantiores pangerent in honorem Sanctæ Brunonis. Et quoniam eis carerius dabimus ex synchrono nostro Gerardo sequentes ut antiquorij patrum lætitiæ nostrum congratulantes adiungamus.

Salve sancte parens nostri lux maxima cætus,
 Quem sacra Roma recens fastis adscribit, et olim
 Indigetem factum, nunc sanctum interserit astris :
 Cui sacer ordo tuus votivas dedicat aras.
~~Tu decus omne tuis, ex quo te adscribit Olympo~~
~~Roma, iubetque tuum grave nomen in acta referri~~
 Aspice quos Christo genuisti interprete vita
 Exemploque tuo. Nos te tua turba vocamus,
 Adsis ô faveasque Pater, votivaque dona
 Aspice, marmoreæ decus inviolabilis aræ
 Et testudineum sub fornice conopeum,
 Cæterasque graves et plurima dona tuorum,
 Omnia quæ tenuis fortunæ rivus inaurat.
 Marmora cælantur, sculpuntur celte figuræ,
 Quæ referunt vultus ac ipsa simillima reddunt
 Ora tuis licet ars naturam haud sponte sequatur.
 Accessit capiti decus irradiantibus auri
 Ramentis, scobe per crines et colla fluente.
 Aut ære aut orichalco aut fusilis orbe monetæ

Ducitur in morem vultus tuus, additur ille

Gratia, nec solo vultus radiatur in auro,
 Quin etiam venia et datur indulgentia formæ,
 Tænia quam vittæque nives evincere iussæ
 Condecorant, circumque caput, supraque coruscus
 Ignis, et aurati radij velut Iridis arcus
 Luteus, aut qualis est prima est lux punica solis.
 Ante pedes dieictus apex, iacet infula sacra,
 Pastorale pedum, nec habet redimicula mitra
 In manibus codex quo dia oracula Patrum
 Enarras, in quo Davidis carmina regis
 Ad sensum enucleus genuinum, et mystica pandis
 Ac intemperias, larvasque immanis Averni
 Propulsare doces, et tela retundere telis :
 Quo simul exploras bolide, exercesque profundum
 Scripturæ, supera infernis, humanaque miscens
 Divinis, facis ut sensus conspiret un unum
 Et pugnas nodosque graves dissolvis acuto
 Configens cornicum oculos, calamoque bisulco
 Dissocians, ac distinguens ænigmata rerum,
 Doctrinamque seris qua concidit hæresis omnis,
 Docta in inexplicitos torquere sophismata Rhombos
 Sunt qui scillito et qui cor purgantur aceto
 Antijcirasque bibunt, ut mundent pectus, et ægrum
 Affectumque caput. Mihi non medicabile docta
 Forte machaonia iecur, heu ! ægrescit et intus,
 Intus nascuntur Domini, furor iraque regnat,
 Aut Ego regnabo, mihi dira superbia clamat
 At tu qui lachrymas pluis, et pluis imbrico cœli
 Perplue me Pater, et de vivo codice stilla
 Oceanum lachrymarum heu scilla in pectus hiulcum,
 Moxque fluent rivi lachrymarum et aquatio brutis
 Sensibus, irriguoque natabit pectus amore
 Et fluet ex imis argentea lachryma fibris.

⇒ Quid contulerit ordini canonizatio Sancti Patris nostri Brunonis.

Quid contulerit ordini canonizatio Sancti Patris nostri non est facile explicare, nam sicut occulta sunt fere dona Dei ; ita data quoque et accepta quamvis plurima sint, tamen sunt fere occulta ; sed sicut ex effectu caussa ita ex ijs quæ canonizationem hanc sequuta sunt deprehendimus venam ex, qua manarunt in nos immensa Dei dona et beneficia, non aliam fuisse quam Sancti Patris intercessionem et merita. Quamvis instante grandi Lutheranorum et aliorum hereticorum persecutione necesse erat ut cartusiani principem suum publicis honoribus prosequerentur et nomen eius celebrius redderent, ut prius linguacibus pessulum obderent qui statum cartusianum convellebant quod primarius eius institutor in sanctorum numerum minime retlatus esset, quam in arcnam contra illos descenderent quod feliciter prout professio nostra permisit præstiterunt (*sous le cadre* : Prort devotissimus Pater domnus Petrus Leydensis, prior Coloniae in epistola liminari operum minorum Dionisij tomo 2° præfixa diserte profitetur, scribens imperatori Carolo V. Contra hos (hæreticos scilicet) serenissime imperator tecum multi tuis sunt in castris, pro domo Dei excubias servantes : qui carneam illorum impietatem, versutaque ingenia, quibus verbo Dei et mendacia et detractioe iuxta commisient, potenter fregerunt. Et nos quoque postquam **propriormente** pugnare desivimus vigilantissimum pupilem, optimisque armis instructum et omni pugnaudi arte non minus invictum quam eruditum in fidei castra iam nuper reducere cæpimus.

Cuius scripta cum evangelio tum patribus, quotquot in ecclesia fuere receptissimi admittuntur omnia
quodant. Hic (scilicet Dionysius cart.) Lutherum necdum cognitum, omnique illius germent
pestiferum inde enatum olim prostravit.)

⇐ Dionysi cartusianus pœne solis sustinet auctoritatem ordinis, doctor extaticus cognominatur, convenientius.

Cum hactenus magnæ auctoritatis viri frustra tentassent opera domnus Dionysij Rickelij, doctoris nostri extatici (qui multitudine librorum longe superat dominus Aurelium Augustinum) et aliquot ducatorum centena coacervassent Theodoricus Loënis, vicarius domus Coloniensis paucorum decursu annorum rem omnem felicissime transegit adiutus, ut pie credimus meritis et intercessione sanctissimi patriarchæ nostri Brunonis nam res fuit summæ importatntiæ, Dionysius enim videtur solus sustinere auctoritatem ordinis ; et fere a secularibus velut unicus Doctor ordinis agnoscitur, hinc per Antonomasiam cartusianus dicitur. Sed mihi cartusianus est (salvo prædicti patris honore) (*au-dessus de la ligne* : Vide infra lineam : Venerabilis patri Dionysio sua stat laus, qui ob divinibus irradiatæ mentis profusum lumen doctoris ecstatici retulit cognonem) .

⇐ Venerabili patri Lanspergius videtur plane devotionis et ordinis sui spiritum concepisse et hic canonizatione S.P.N. Brunonis posterior et alij viri pij et docti in ordine cartusiano qui se posuerunt murum pro domo Dei contra hæreticos.

Joannes Justus Lanspergius, videtur enim hic genuinum ordinis concepisse spiritum, saltem eius dotrinam magis practicam fateberis, quod etiam insinuare videtur Joannes de Madriaga qui in frontispicio libri sui de vita Sancti Brunonis apponit ad eius pedes domnus Lanspergium accipientem de manu **S.** fundatoris librum. Omitto domnus Petrum Sutorem , Judocum Hessum, Surium ~~Antonium~~ Andræam a Capella et alios doctores qui pie et catholice pro defensione ecclesiæ et ordinis scripserunt. Accessit Spiritus martÿrij qui anno vigesimo post canonizationem hanc datus est patribus nostris Anglis ad subeundum martÿrium. Nam anno 1535 (1537 et 1541 passi sunt tanta constantia, ut orbi toti noti sint, nec dubium quin ex sacris ossibus sancti patris exorti sint beati martÿres (⇐ Martÿres cumprimis inclÿti hoc seculo). Reliquarum enim illius est seminarium quoddam ubertatis et perpetua Scaturigo præsentis gratiæ. Ex ut dicit psalmista iustitia (⇐ psal. 102) illius in filios filiorum his qui servant testamentum eius, et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea, super quo scribit Jacobus Janssonius : facit enim Deus misericordiam in millia his qui diligunt eum, ita ut in eorum gratiam, filij eorum secundum carnem, vel potius filij quos per prophetiam vel evangelium Christo acquirere satagunt, iustitiam a deo accipiant, sive a Deo iustificentur sicut de eis scriptum est : Hi sun viri misericordiæ, quorum iustitiæ oblivionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum, et filij eorum propter eos in æternum manent. Cuius promissionis exemplum adhuc hodie extare arbitror in religionibus a sanctis patribus institutis, in quibus existimo pietatem et timorem Domini et Sanctam disciplinam etiamnum hodiæ in gratiam ac ob merita fundatorum perseverare. Huc accedit R. P. frater Dominicus Gravina ord. prædicatorum et professor S. Th. in universitate Neapolitana, qui scribens de florenti statu religione sic ait : In vinea quoque cartusiana præter odorum fragrantiam in sanctis confessoribus, botros etiam pendentes iuspicias (⇐ Amb. Ser. 72) : sicut enim Petrus redditurus vinum, prius in vinea martÿrij quadam naturæ arte suspenditur : Sic pro primatu Sancti Petri et successorum eius in ligno mansit pendulus eversa scala prior Londinensis, Joannes Hogtonus cum alijs duobus prioribus Roberto et Augustino, quorum verenda a semivivis abscissa, intestine eruta, et corde transfixi vinum spirituale reddiderunt, postquam ceteros recensuit sic subiungit : Quod factum

quam gloriosum sit, et a divinitate dispositum debemus advertere. Semper enim Deus quos eligit hos victores subvectione sublimes in aulam regni cælestis induxit. Hos in phalanga suspensos botros non homines sed angeli in cælum proprijs humeris evexerunt. Quis laudibus celebret universos confessores quos carthusia on dies transmittit ad regnum ? Horum laus sit, numero certo definiri vix posse :. Sic P. Rebedinem in vitis sanctorum quas hispanice conscripsit prædicat Sanctus Brunonem patriarcham horum martyrum et recte : gloria enim patris est filius sapiens.

⇒ Sancti Brunonis crebriora miracula hoc seculo quam precedentibus. Nova collectio statutorum Dei et Sancti Patri Brunonis beneficium.

Qui etiam post canonizationem suam crebrioribus miraculis et apparitionibus innotuit hominibus quam a longo retro seculo. Addit noster Gerardus novam statutorum collectionem fructum esse canonizationis Sancti Brunonis, et recte meo iudicio quia sub reverendo patris domnus Francisco Maresme attentata fuit res nec successit ac etiam a doctissimo theologo domnus Petro Sutore ultimo capite libri secundi de vita **Cont/Cart.** expetita quæ feliciter quamvis in gravissima persecutione debacchantibus ubique hereticis sub Bernardo Carasso peracta est, accesserunt novæ domus in Hispanijs imo et in Gallijs prout suo loco inferius dicturi sumus.

⇒ Stabilitas domnus Theobaldi magna.

Circa hunc annum obierunt domnus Theobaldus, professus domus Casularum qui 66 annis laudabiliter stetit in ordine in eadem domo, et in eadem cella quam nunquam mutavit.

Item magister Anthonius Vlienderbecke, benefactor domorum Gandavi et Sylvæ Sancti Martini.

⇒ Dominus Joannes Micault consiliarius principis nostri procurat fenestras pro ambitu in Scheut. Hoc anno completo ambitu nostro per venerabilem priorem nostrum domnus Matthiam semel causa recreationis venit ad nos honorabilis vir Joannes Micault consiliarius regis Hispaniæ ac receptor generalis totius istius patriæ, inspiratione divina, et pie creditur voluit ut fenestræ in ambitu fierent, et ipse omnes pro maiori parte procuravit aut fieri fecit.

⇒ **Nomina principum et aliorum qui dederunt fenestras.**

Prima est imperatoris Maximiliani, 2^a Philippi regis Castellæ, 3^o Caroli regis Castellæ et Arragonum etc., 4 Margaretae ducissa Sabaudia Maximiliani imperatori filia, 5 Ferdinandi fratris Caroli V imperator, 6a Eleonora filia regis Philippi sororis prædictorum imp., 7 Domini de Chievre, 8 Domini de Hoostraete, 9 magistri Joannis Ruffault thesaurarij sumus patriæ, 10 domina de Crubeke sororis eius. Supra ostium ambitus dedit vitrum Joannes Cuerens in qua fenestra depicta erat, si bone recordor, miraculosa mors domnus Hermani de Lochem. 11 est Caroli Le Clerck, thesaurarij regni Neapolis. 12 est dominus Joannis Micault, qui est receptor generalis istius patriæ, cuius promotione omnes fere factæ sunt fenestræ, 13 est Petri Bosot qui est magister computorum regis Hispanio, 14 est magistri Jeronymi Vander Noot, militis et cancellarij Brabantia, is est domnus Anthonij de Masteyn ante cellam, quam domnus Jacobus de Masteyn pater eius fecit fieri et dotavit atque pro ambitu dedit centum coronas. 16 est Erardi a Marcka, episcopi Leodiensis, 17 est domini de Bueren, 18 est domini Maximiliani equitis aurei velleris domini de Zevenberche, 19 est domini Antonij de Ascha gener domini Caroli de Groote. Vigesima fuit fieri dominus Philippus Coutereau ob memoriam matris suæ ibidem sepultæ, 21 est domini Jacobi Grivet thesaurarij guerrarum domini de Wericourt, 22 est magistri Judoci de Leenere chirurgici regis Hispaniæ et canonici Sanctæ Gudulæ. Et hæc omnes in uno latore habentur, 23 Firmini Torment, 24 Joannis Zuene, 25 Jacobi de Croÿ, episcopi Cameracensis, quam executores testamenti fieri curarunt, 26 dominus Emanuelis principis Pedemontium, 28 reverendi domini Jacobi vander Meeren, abbatis monasterij Sancti Bernardi ad Schaldim, 29 domini de Saffaul, 30 domini Mercurini de Gattinaria, 31 domini Anthonij vicecancellarij regis Arragonum, 32 domini Christophoris prioris Gandensis, 33 domini de Buere, 34 prioris Amsterdamensis, 35

prioris Sanctæ Sophiae, 36 prioris domus Traiecti, 37 prioris domus Hollandiæ, 38 domini Bostarum, 39 domini thesaurarij hispaniæ, 40 domini de Mingeval, 41 domini abbatis de Villers, 42 domini de Fienes, 43 domini Caroli Angli. Istæ omnes fenestræ erant positæ et integræ anno 1558.

(en dessous du cadre : Curiale templum Sanctæ Bartholomæi Gerardi-monte traditur Maximiliani cæsaris ævo initium accepisse et nomen a sacris reliquijs apostoli Bartholomæi quas anno 1515 16 julij Gisleno van Iedeghem, consule accepit a Michaele carthusiæ ten Bossche in Lierda Sancti Martini priore, ad p ??res Danielis van Bochoute domini de Boulare et Joannes de Costere pastoris ut ex archivis senatus dici potest et anno 1580 forte dicens)

⇨ Conventus regum Viennæ et coniuga.

Ad Viennam Austriæ cæsar et duo fratres Sigismundus Poloniae et Ladislaus Hungariæ reges convenere ad sextum decimum kalendas augusti. Colloquij præcipua caussa connugia exstiterunt Fedinandum et Mariam Austriacos fratres inter Annam atque Ludovicum iam Bohemiæ regem Hungari filios inita ipso Magdalenæ sacro die. Auspex et Antistes totius cæremoniae Thomas cardinalis Strigoniæ pontificis legatus. Lætitia ludis, connivijs et omne genus spectaculis atque principum numero læto cultu, gemmis auro et purpura distinctis vestibus plures dies continenda est. Interfuere ex sponsis Ludovicus et Anna patrem regem secuti, præterea Maria Austriaca (quæ superiori anno deducente eam Carolo Croniaco Chimai principe 21 junij e Belgio Viennam venerat) absentiam Ferdinandi cæsar eius Avus supplevit quasi procurator sponsalibus stipulandis. Mense jullio Christiernus secundus Daniæ rex Elizabetham Austriacam principes Caroli alteram sororem, nuptiæque Copenhavij magnifice celebrantur. supererat Eleonora maior natu cui maius matrimonium, Deo etiam sic disponente, reservabatur.

⇨ Franciscus rex Galliae Mediolanum capit.

Rex interim Franciæ Franciscus 1^{us} cum lectissimus copijs in Insubres contendit, ac ingenti ad Marianum pugna Helvetios Sfortiam defendentes fundit, celebrique sed cruenta obtenta victoria, universam fere in potestatem redigit Insubriam, Maximiliano Sfortia urbe ac Arce Mediolanensi cedente certisque conditionibus in Franciam migrante.

⇨ Pragmatica sanctio per Galliam aboletur et nominatio ad sacerdotia et beneficia ad regem derivatur.

Pontifex tempori inservire constituens ex conducto Bononiæ victorem convenit actumque inter eos de pragmatica sanctione in Gallia abolenda, item de nominatione ad sacerdotia et beneficia, quæ antea erat penes collegiatis ecclesias in regem derivanda. Item de annalis et alijs capitulis in libellum quem concordatum dixerunt, relatis in magnam ecclesiæ Gallicanæ perniciem.

Nec clerus quietior in Brabantia sic enim habet liber foundationis.

⇨ Amortizatio bonorum requiritur ab ecclesiasticis in Belgio.

Hoc anno 1515 fuimus multum vexali ex parte principis non solum nos sed etiam tota patria occasione amortizationis bonorum nostrorum et dedimus declarationem omnium bonorum nostrorum acquisite infra 40 annos quia ante illud tempus dedimus tempore ducis Caroli declarationem bonorum nostrorum, et tunc dedimus CLXXX renenses pro dicta mortizatione.

Et etiam fuimus taxati ad mille XXXIX renenses ex XV stuferos(?) non obstante tamen quod commissarij scilicet magister Ægidius de Busleyden magister computorum in Bruxella et Joannes van Nuewenhove receptor in parte Bruxellensi fuerunt satis pij et gratiosi. Prior Mathias cum suo procuratore fecerunt magnam instantiam et prosecutionem pro relaxatione dictæ amortizationis dederuntque supplicationem regi nostro, in qua petierunt ut receptores opidi Bruxellensis qui domui huic obligantur in magna summa ultra quatuor millium renensium, et pro hoc domo in defalcationem dicti debiti solverent taxam eis impositam, et quitarent dictos receptores in duplo pluribus. Quæ supplicatio erat lecta in magno consilio regis et pronuntiatum erat quod esset valde rationabilis et fuit commissum et iniunctum domino cancellario Babantiæ quod apud se convocaret dictus receptores, et ita fecit inducendo demonstrando et rogando ut secundum intentum dictæ supplicationis vellent facere. Qui nullatenus acquiescere voluerunt dicentes quod magis (*au-dessus de la ligne* : plures) essent contenti recipere X renenses et pro eis defalcarent centum renenses. Istam responsionem scripsit manu propria dominus cancellarius Brabantiae magister Jeronymus vander Noot.

⇨ Eleonora Austriaca afficitur cartusianis Bruxellensis.

His non contenti prior et procurator ordinaverunt aliam supplicationem ad regem petentes ut saltem unum annum solveremus. Istam supplicationem præsentavit regi domina Eleonora soror eius quam multum

nobis afficiebatur, et sic fuit concessum, sed tandem supervenit uns dominus de finantijs et nostram supplicationem annullavit. Et die sequenti scriptum fuit supra dictam supplicationem quod non expectaremus aliam gratiam, quam illam, quæ nobis facta fuerat, et desuper haberemus patientiam. Unde ipsa die Helenora multum doluit. Tandem ex quo nullum habuimus aliud consilium aut refugium, et omni die erarius in periculo ut facerent executionem super nos, sic compulsi fuimus dare et solvere VI^C renenses de quibus habemus quitantiam a dicto receptore Joanne van Nuwenhove. Et unam aliam literam amortizationis omnium bonorum usque ad præsens tempus et sic sunt bona nostra amortizata. Qui fuit inventor iscarum rerum parcat illi Deus, alia verba doloris expresserunt quæ hic reiteranda non putavi solverunt anno sequenti memoratam summa VI^C renensium.

⇒ Rex Emanuel Portugalliæ ex Indiæ spolijs et copijs primitias et specimen offert summo pontifici.

Sub initium præcedentis anni miserat Emmanuel rex Portugalliæ Romam honestissimum legationem more maiorum Leoni de pontificatu delato gratulatum. Adiunxit (lætus is rex copijs quæ ex Judico commercio proveniebant ingentes, et belli Africani successibus) ad ostentationem amplitudinis pretiosa dona, sacrorum instrumenta, vestes pontificales auro vigentes, eo splendore, qui ex clarissimis gemmis esse debuit, ea varietate ut ars cum copia certaret, specie, pretio atque elegantia maiori quam vidissent homines in pontificia aula, pantherum, elephantem, rhinocerotem veteris magnificentiaæ spectaculum romanorum oculis representaturus, misit, graca fuerunt hæc munera summo pontifici propterea sicut petebatur confectis mox tabulis cruciatæ veniam in opem belli Africani concessit. Adiecit decumarum ecclesiasticarum tertias in templorum fabricationes, et sarta tecta consumi solitas, præterea aliorum sacrorum vertigalium in universa Lusitania decimam. In usu harum concessionum multæ difficultates extitere propter fraudes ministrorum et collectorum, quibus incommodis commotus sacer ordo centum et quinquaginta aureorum millibus pristinam redimere immunitatem, ac non ultra triennium molestæ exactiones **extitere** Castellæ (⇒ atque eiusdem Emmanuelis infelix conatus hoc anno) recens documentum reddidisset cautiores, ubi postquam, inquit Mariana, in sacros templorum reditus reges involarunt maiori quam antea premibantur inopia. Et certe, ut videre est apud eundem auctorem in subsequentibus prima expeditio infeliciter successit : Quam sic narrat : In Africa ad ostium Mamoræ fluminis, quod antiquis Subur fuit, Emmanuel rex arcem imponere cogitavit ultra Arcillam centum non amplius millibus passuum Classe ducentarum navium maiorum, minorumque octo millia hominum in eam rem mitti placuit. Ductor Antonius Norogna Olisipone digressi idibus aprilis ad ostium fluminis appulserunt nona calendas may. Infelix conatus extitit. Cæptam continuo ædificari arcem innumera Maurorum multitudo sub signis se circumfunderis ex omnibus partibus disturbavit, amissisque tormentis, quæ in nova arce erant posita et e Lusitanis media parte desiderata, classis coacta est cum ignominia et iactum se se in Lusitaniam refere. Hæc ibi.

⇒ An ecclesiastici contribuere debeant.

Coguerantur ecclesiastici dotem multis alioqui fulcitam prærogativis Christi sponsæ detrahi, ipsa iunita et qui dederunt repugnantibus. Regij ministri sine assentandi studio, sine quia sentiebant, facto honestatis speciem prætere. Cuius in ope et patrocínio non profana magis vectogalia, quam templorum sacri reditus delitescerent, ab utrisque partem aliquam decerpi, et ad reipb. præsidium conferri æquum omnino videri. Et constat Ambrosij ætate templorum prædia augustis tributum solvisse. Equidem de re tanta statuere non ausim, consentaneum tamen putarim, ut a viris sacris in omne aliquid concedatur : ita tamen si non maius subsidium sit

quam pro copiarum modo rataque portione. Quod caput est ne sua auctoritate in principes faciant, sed eius venia, unde iura et leges sacrae petuntur Romani certe pontificis. Accedat etiam, quorum interest episcoporum provinciae consensus et sacri ordinis ; uti in Belgio pontificari videmus nam ordo sacratus peiori conditione esse non debet quam populi, quibus volentibus tributa a regibus imperantur. Verum haec in medio relinquuntur ne in lubrico loco vestigium fallat.

⇨ Obijt reverendus dominus Arnoldus Wijttens, abbas Parcensis, benefactor fautor cartusiae Lovaniensis.

Die 10 septembris obijt Lovanij reverendus dominus Arnoldus Wyten, abbas monasterij Beatae Mariae Virginis in Parco, ordinis praemonstratensis.

Hic multo tempore ibidem praefuit vir valde religiosus et pius patet omnium religiosorum amator et benignus susceptor, qui saepius cartusianis Lovaniensis nobis bene fecit, et ab initio quo caepa est haec domus usque modo singulis annis semel aut bis consueverat mittere quinquaginta bonos carpiores, et valde benignum se ac humanum exhibuit in reciendis et liberaliter tractandis religiosis nostris, quapropter conventus Lovaniensis contulit ei perpetuum annum.

⇨ Item domnus Nicolaus de Sparendam senior monachus domus Ultraiectinae qui 62 annos laudabiliter vixit in ordine.

Et in festo Sancti Nicolai obijt domnus Theodoricus Joannis de Sparendam, monachus professus et senior domus Ultraiectinae, habens annos aetatis nonaginta duos et amplius ex quibus 62 exegit laudabiliter in ordine.

Notat liber foundationis quondam domnum Arnoldum Buscoducensem presbyterum et canonicum de Boxtel fuisse in Schuet receptus, qui quia patiebatur defectum in lingua et titubabat adeo ut vitiosem legere non posset fuisse demissum.

⇨ Anno 1516. Ferdinando catholico Hispaniarum et Siciliae regi mortuo succedit Carolus Austriacus ex Joanna Castellana filia eius nepos.

Decimo ~~sexte~~ kalendas februarij auspicante salutis anno millesimo quingentesimo decimo sexto Ferdinandus catholicus Arragoniae, Castellae et Neapoli rex die mercurij post mediam noctem una amplius hora animam placide efflavit Madrigalegij prope castra Julia cum Hispalim festinaret princeps iustitiae cultu, prudentiae laude, animique praestantia excellentior omnibus qui unquam in Hispania extiterunt, Carolum Austriacum nepotem suum haeredem scripsit.

Sub hoc rege res quinque memoria inprimis dignae contigere. Eius enim tempore et auspicijs novus ad Occidentem orbis reperiri est caeptus. Judaos omnes Hispania expulit. Regnum Granadae pulsus universa Hispania Saracenis, caepit. Misso in Italiam Ferdinando consalvo ac in Navarram Ferdinando Toletano Albae duce regnum Neopolitanum ac Navarrae Hispanico adiecit sed hoc maxime admirandum quod anno 1492 ab ignote rustico brevi largoque gladio in celle tam arcitor sit caesus, ut nisi interioris lineae vestis collare, quod tum temporis artificioso faemineo opere durissimum fieri ac geri solebat obstitisset caput illi sine dubio amputasset tunc leviter **vulaerator** erasit. Sepultus est Granadae mausoleo pro se successoribusque suis ad hoc dicto anno 1492 aedificato.

⇨ Catholicus rex Hispaniae.

Ceterum Ferdinando huic catholici cognomen ab Alexandro VI P.P. datum fuisse Mariana alijsque testantur. At Lipsius tradit Alfonsum bellis contra Mauros anno 731 gestis clarum iam olim catholici regis cognomen meruisse : idemque antea Recaredo regi datum in concilio Toletano cum Gothorum gentem abiectis Arii delirij in ecclesiae castra reduxisset ac tertium idem in Ferdinando

rege patrum memoria a Jullio secundo pontifice renovatum ob Ferdinandi præstantiam et ignotus atque insulas quæ sensim in ecclesiæ christianæ castra postmodum concesserunt sua opera, ut diximus, detectas. Sic et Ludovicum XI Galli regem Pius II christianissimi appellatione cohonestavit, aliosque honorum titulos principibus varijs pontifices Romani attribuerunt.

⇒ Ordinatio de celebrando festo sancti Brunonis confirmatur cum additamento.

Ordinationem in præcedenti capitulo factam circa celebrationem festi sancti Brunonis patris nostri confirmamus ac perpetuo in ordine nostro observari volumuset mandamus hoc addito quod sicut in litanijs privatis ita et in conventualibus ponatur. Scribatur, et abinde dicatur sanctus Bruno ora pro nobis et in Martyrologio sub die 6 octobris scribantur hæc verba : In Calabria depositio beati Brunonis confessoris primi institutoris ordinis carthusiensis. Et nihilominus ordinamus, quod de vita eius noviter impressa (scilicet a reverendo patris Francisco de Puteo) legatur in refectorio singulis annis in singulis domibus ordinis in dicto festo.

⇒ Indulgentiæ concessæ pro fabrica Sancti Petri de quibus sequenti anno.

Intimamus singulis personis ordinis quod S.D.N. papa declaravit et gratiose concessit, quod indulgentiæ concessæ ordini nostro quoad monachos, fratris conversos et moniale sub professione ordinis degentes ac in gremio religionis viventes non intelligantur suspensæ vigore suspensionum, oppositionum in quibuscunque indulgentijs concessis pro fabrica Beati Petri, voluit et expresse concessit quod dictis indulgentijs gaudere possunt personæ prædictæ prout ante suspensionem prædictam gaudebant in contrarium non obstantibus quibuscunque de his indulgentijs agemus proximo anno .

⇒ Obitus benefactorum ordinis.

Obierunt circa hunc annum serenissima Barbara, regina Polonia et benefactrix domus Cartusiæ. Item generosus dominus Joannes Leminer, baro, benefactor domorum in Moravia scilicet Vallis Josaphat prope Olmucium et Sanctæ Trinitatis prope Brunam.

Item dominus Gregorius Bolshuat, canonicus et decanus ecclesiæ Sancti Georgij, diaconus benefactor domus Palmariæ in regno Scotiæ.

Reverendus dominus Andreas Kleta, canonicus ecclesiæ Marinensis, benefactor domorum Pacis Dei et at Pacis Mariæ.

8 maÿ domicella Margareta Popponis de Wemelinghe in Zelandia donavit patribus nostris Lovaniensibus donatione inter vivos unum hæreditarium redditum 16 rhenensium ut orarent pro ea et pro domina Margareta Wittemans cui diu servierat et pro fidei servitio donata fuerat ab ipsa præfato redditu.

⇒ Obijt reverendissimus dominus Ludovicus Mercander, episcopus Derthusiensis ordinis nostri cui successit Adrianus Florentius, Belga postea papa eiusdem nominis VI.

In Hispanijs episcopatu et vita defunctus est reverendissimus dominus, dominus Ludovicus Mercander (alias Micander), episcopus Derthusiensis monachus ordinis nostri 10 junij. Derthusa (Hispanice Tertosa) est urbs episcopalis ad ostium Iberi, sub archiepiscopam Terraconensi Mauris erepta anno 1147. Successit in episcopatum Adrianus Florentius Ultraiectensis decanus Lovaniensis tunc temporis collega cardinalis Hispaniæ in gubernatione regnorum pro Carolo abscute.

⇒ Selimus rex subegit Syriam et Judeam.

Selimus Turcarum rex bellum a Persis in Campsonem Gaurium sultanum Ægyptium et Mamalucos convertit, et cæso Campsone urbem Jerosolymorum cum reliqua Judæa et Sÿria subegit Johannes Surius.

Cæsar Maximilianus frustra tentat recuperare Mediolanum, et amissa Brixia et obsessa Verona tarde nimis Inducias et postea Arcem facit cum Venetis post bellum octo annorum.

1516

⇨ Reliquiæ ex capite S.P.N. Brunonis divisæ per domos Germaniæ Inferioris.

Habetur ad calcem vitæ sancti Brunonis quomodo domnus Matthæus, prior domus Bononiæ ex speciali licentia summi pontificis partem aliquam detraxit et alijs communicavit præcipue venerabili patri Georgio priori domus Friburgensis portionem modicam de eodem capite dedit anno Domini 1515 tempore capituli generalis, quam ille minutatim dividens per domos provinciæ Rheni sibi tanquam visitatori principali commissas distribuit. Quia vero sanctus Bruno natione Coloniensis fuit præfatus domnus Matthæus reservaverat portionem parvam de eodem capite pro priore domus Coloniæ, eique in præsentia reverendi patris Maioris Cartusiæ donavit plurimum gaudenti et devotione magna suscipienti hoc anno 1516. Qui Coloniæ reversus eodem anno preciosissimum gratissimumque sibi munus in ecclesiæ domus suæ deposuit dio Inventionis Sancti Stephani. Pulveres vero ex divisione decedentes distribuit domibus provinciæ Teuthoniæ S. Sancti Salvatoris prope Traiectum, Sanctæ Mariæ in Monichussen, Sanctæ Andreæ prope Amsterdam et Sanctæ Bartholomæ prope Delff sed nescio quo omine quia forte hæ domus in cinerem et famillam redigendæ erant.

⇨ Obijt illustrissimus et reverendissimus dominus Jacobus de Croÿ, episcopus et primus dux Cameracensis, magnus benefactor huius.

Hoc anno ipso die Assumptionis gloriosæ semper Virginis Mariæ quod semper optaverat inquit Massaus circa horam septimam diem clausit extremum illustrissimus et reverendissimus dominus, dominus Jacobus de Croÿ, episcopus et primus dux Cameracensis in castro suo apud Dielbecke hoc vicino, qui in nostro monasterio de Schuet fundavit et dotavit unam cellam pro qua dedit semel mille rhennenses, et quia procuravimus ei monacholum dedit ??? (*page trouée*) centum aureos valentes C et XL rhenenses communes, e alia multa beneficia contulit ????? (*page trouée*), atque religiosos ordinis in magno honore habuit. Sepultus in ecclesia Sanctæ Gaugerio, cui multa et preciosa aulea legavit.

⇨ Frisiæ dominium Carolo concessum.

Georgius Saxonie dux, viribus atque ære fractus Frisiæ dominium cedit Carolo Austriaco qui eo inauguratus est 13 junij dicto principis nomine sacramento per Florum Iselsteini, toparcham Caroli legatum. Verum Saxo viribus nonnihil instauratis, Geldri ducis suasu omne transactum velut fungos statim evertit et arma resumpsit.

Renovatur quoque hoc anno pax et amicitia inter Franciscum Franciæ regem ac Carolum Hispaniarum Belgarumque principem, desponsata Carolo (divissa reinera). Regis Francisci recens nata filiæ Ludovica, cui dotis nomine ius actionemque quam in regnum Neapolitanum prætendebat, cessit deinde in Angliam missis oratoribus cæsar ac princeps Carolus cum rege Henrico 8 æternum fœdere, faciunt.

⇨ Velleris aurei comitia.

Octobris die vigesimo septimo princeps Carolus ut Burgundiæ dux primum sua auctoritate Bruxellæ Brabantie in templo Beatæ Gudulæ sacro numerum Equitum aurei velleris complet quem tunc voluit esse unius et quinquaginta Equitum, in quem numerum retulit primo Ferdinandum Austriacum Germanum suum et alias vicinos principes et reges quos sibi quomodolibet conciliare studebat ut tutum iter ipsos haberet in Hispaniam.

⇨ Mutatio officialium in domo nostra.

In profesto Sancti Hugonis, episcopi Lincolniensis domnus Joannes Meerhoulth ex sacrista institutus est procurator et domnus Joannes de Groote post vigesimum annum in officio procuratoris exactum creatus est vicarius, et Philippus vander Noot fuit ordinatus sacrista.

Hoc anno princeps Carolus confirmavit nobis Judicem et conservatorem privilegiorum nostrorum decanum Sanctæ Gudulæ a sede apostolica nobis datum, et ad rei memoriam copiam litterarum hic subiungo.

⇨ Carolus princeps noster et postea eiusdem nominis imperator confirmat nobis Judicem ecclesiasticum et conservatorem privilegiorum nostrorum decanum Sanctæ Gudulæ a sede apostolica perantea datum.

Charles par la grace de Dieu Roy de Castille de Leon, de Grenade d'Arragon de Navarre des deux cecilles de Iherusalem de Valence de Maiorque de Sardenne de Orfice etc Archiduc daustrice, Duc de Bourgoingne de Lothier de Brabant de Stier de Karinte de Carmol de Limbourg. De Luxembourg et de Gheldres Conte de Flandres dasbourg de Tirol, daitois Burgan et du S. Empire de Hollande de Zeelande de ferrette de Ribourg de Namur et de Zuytphen Conte Sr de frise des Marches deslavoine de Portenan de Salins et de Malines. A nos amez et feauxs les President et gens de notre grant Conseil Chancellier et gens de notre Conseil en Brabant, President et gens de notre Conseil en Flandres, Grant bailli de Haynnau et gens de notre Conseil a Mons, Drossart de Brabant, Maire de Louvain, Aman de Bruxelles Marckgrave d'Anvers Escoutte de Malines, et a tous nos autres Justiciers et officiers qui ce peut et pourra toucher et regarder ou leur lieutenant et chascun deux surce requis salut et dilection. Receu avons humble supplication des venerables Religieux Prieur et Convent du Cloistre et Monastere de lordre des chartreux les notre ville de Bruxelles contenant Que combien que pour plus facilement, et a moindre charge fraiz et despens recouvrir et avoir la raison des debtes drois iniures offences et autres quelconques affaires concernans eulx et leurdit Cloistre et monastere Le saint Siege Apostolique leur ait parcedevant octroye et delegue pour leur Conservateur et Juge Ecclesiastique le doyen de l'Eglise Collegial de Sainte Goule en notredit ville de Bruxelles.

Neantmoins obstant certaines ordonances et deffences faites et publiees au contre lesdit supplians ne oseroient bonnement user en nos pays et seigneuries Ne aussi leursdit Juge en prendre court ou congnoissance sans auparavant avoir obtenu noz lettres patentes de congie licence et consentement dont ils nous ont treshumblement supplié et requis Pource estil que no ??? (*trou*) choses considerees Ausdits suppliant inclinans favorablement leurdit supplication et requeste Avons au cas dessudit octroye consenti et accorde, octroyons consentons et accordons en leur donnant congie et licence de grace especiale par ces presentes. Que non obstant lesdit ordonances et deffenses faictes de non user en nosdits Pays et Seigneuries desdites conservatoires, Iceulx suppliant puissent et pourront doresnavant user et faire user en iceux nos pays et Seigneuries de la iurisdiction de leurs conservatoire Apostolique Et que leurdit Juge et Conservateur en pourra cognoistre selon que le droict commun est ordonne et permis de faire et non autrement. Sans que pource aucunement mesprendre envers nous Le tout iusques a notre rappel et tant quil nous plaira. Et pourveu que en ce faisant leurdit Juge ne commetra aucunes faultes abbuz et exces en maniere quelconque. Si vous mandons et a chascun de vous endroit soy et si comme a luy appartiendra que de nos presente grace octroy accord congé et licence et de tout le contenu en cesdites presentes selon et par la maniere que dit est vous faictes souffres et laissez lesdits supplians ensemble leurdit Conservateur plainement et paisiblement joyr et user sans leur faire mettre ou donner ne souffrir estre fait mis ou donné aucun arrest destourbier ou empeschement au contre : Car ainsi nous plaistil donne en notre ville de Bruxelles sous le seel dont avons use durant le temps de notre principaulte le XIII^e iour d'avril lan de grace mil cinq cens et seize apres Pasques de notre regne le premier. Par le Roy en son Conseil Seigne Parisot.

Extat inter literas domus una perlonga dominus Joannis de Wemesdingen (*renvoi sous le cadre* : Iste dominus Joannis Godefridi de Vuemeldingen juris utriusque doctor, ecclesiæ Beatæ Gudilæ oppidi Bruxellensis decanus Lovanij residens nec non Judex executor et conservator iurium bonorum et privilegiorum almæ universitatis et suppositanum, obiit anno 1526, die 12 octobris) doctoris utriusque iuris decani Sanctæ Gudulæ Lovanij residentis, ubi dicit se Judicem et subconservatorem cartusianorum provinciæ Teuthoniæ esse constitutum per dominum Laurentium Alamandi (⇨ reverendissimus dominus Laurentius Alamandi episcopus Gratianopolitam apostolica auctoritate dat conservatores pro provincia Teuthoniæ), episcopum et principem Gratianopolitam virtute bullarum Martini V et Joannis 22 quæ in libro privilegiorum impressæ

habentur, et cum eo alios prælatos patriæ scilicet abbates Sancti Michaelis in Antverpia ordinis Præmonstratensis, Sancti Bernardi ad Schaldino ordinis Cisterciensis, Sancti Bavonis Gandavi ordinis Sancti Bnedicti, Sancti Getrudis Lovanij nec non decanis ecclesiarum collegiatarum Antverpiensis, Buscoducensis, Bergensis

quibus et quilibet eorum vices suas committit et subdelegat ex data 25 may anno 1489 coram egregio venerabili domno Francisco de Puteo Juris utriusque doctore vicario et officiali suo et alijs testibus. Data autem litteræ decani est quinta mensis decembris anni 1514 citat omnes molestantes nos et inimiantes Spiritu tenorem bullarum non specialiter nisi quod dicat religiosos huius domus sibi conquæstos.

⇨ Altercatio inter nos et duo alia monasteria pro curti te Itterbroeck.

Fuit autem circa tempus altercatio inter nos et duo monasterio alia pro curti te Itterbroeck ut alibi habetur.

⇨ R.P. Guilielmi Bibautij industria et sedulitas pro negotijs provinciæ.

Hoc etiam anno circa principium novembris per viam concordia finis est impositus diuturnæ liti, quam dudum sustinuerunt patres nostri Lovanienses in concilio Brabantia ab illustri et generoso domino, domino Henrico comite Nassouio propter quasdam terras illis donatas a probo et pio viro domine Joanne van Overhoff præcipuo benefactore domus illius anno scilicet 1491 vel circiter, fuit porro satis bonus et felix concordia huius exitus Dei potissimum favente bonis amicis consilium et auxilium ferentibus præcipue vero venerabili patris domno Guilielmo Bibautio, priore Cartusia Beatae Mariæ prope Montem Sancti Gertrudis in Hollandia tunc temporis visitatore primario provinciæ Teuthonia postea vero reverendo patre priore Cartusia, cui totum negotium a capitulo generali fuerat commissum ad illud examinandum tractandum atque terminandum quod non minus fideliter, quam diligenter executus fuit adiuvantibus eum domino et magistro Hieronymo vander Noot, cancellario Brabantia et magistro Francisco vander Hulst cancellaria Brabantia consiliario qui revisendo processum iam fere neglectum non exiguum subierunt laborem.

⇨ Concordia Patrorum Lovaniensium cum comite Nassouio qui et refectorium ipsis curavit construi.

Summa vero concordia seu contractus initi inter dictum D. comitem et nos fuit ut ipse sibi dictas terras retineret, et nobis daret pro certis oneribus ac debitis (quibus conventus eo tempore gravatus erat) sublevandis et persolvendis 500 renenses.

Deinde pro redditibus in utilitatem huius conventus emensis semel 4000 renenses.

Item pro erectione et ædificatione refectorij 2000 renenses.

Per hunc igitur contractum refectorium nostrum cum parte camerae hospitem constructum fuit sub nomine quidem præfati domini comitis Henrici Nassouij (**qui ad vivum depictus est cum uxore sua in duobus pretiosissimis vitris in capite refectorij seu iuxta mensam prioris**) revero tamen ex suo proprio nihil ipse contulit, sed præfatus dominus Joannes Overhoff qui illis prædictas terras donavit est verus fundator eorum quæ dictus dominus comes nomini suo voluit adscribi.

⇨ De Arnolde Stampion professo doms Capellæ.

Domnus Arnoldus Stampion civis Bruxellensis fuit receptus in domo Capellæ ad statum monachi sub P. Carolo priore, anno 1505 pridie nonas may, fuerat hic Arnoldus clericus secularis et literarum civilium scriptor in curia magni concilij et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechlinia se continebat, compte admodum sciebat scribere litteram præcipue currentem, peritus Gallicæ lingue et mediocriter latinæ, habebatque penes se formas et exempla ad conconnanda instrumenta civilia, in quibus ordinandis et scribendis erat satis tritus, magnumque sperabatur commodum et ornamentum nostro ordini fore si talis homo receptus esset. Postquam igitur professionem fecerat suscepit et sacros ordines. At quodam tempore cum ea de caussa Tornaci esset una cum procuratore domnus Ægidio Sterke aderat et domnus Guilielmus Bibautius

1516

procurator tunc temporis domus Gandensis cum suis. Et inter pocula Bibautius iecabatur cum procuratore nostro quod in bona spe posset iam vivere, quod iam seniculo fieret illi propediem relaxatio et misericordia. Sed verum est quod alibi dicitur non tam interest quid quo animo dicatur quam quo accipiatur, quoniam quidem huiusmodi **scomata** non semper æquo suscipiuntur animo.

⇒ nota exuberantum affectum Bibautij ad ordinem.

Et Bibautius Arnoldo gratulatus quod ad ordinem venisset nostrum familiariter et multum benevole cum eo loquebatur.

⇒ Adulatio nocet.

Arnoldus autem domum reversus nobis ista referebat et mirum in modum benedictis verbis Bibautij ne dicam adulationibus erat erectus sperans fore, ut a Bibautio Vassori probe commendaretur, qui tum visitator huius provinciæ principalis erat. Et forsitam sic usu venisset quemadmodum Arnoldus sperabat. Atqui ô Deus bone quid est homo quod memor es eius, aut filijs hominis quia visitas eum ! homo vanitati similis factus est, et alibi universa vanitas omnis homo vivens. Nam ecce Arnoldus sacerdos factus nondum sesquianno cæpit febribus laborare, quæ satis erant acutæ, et insuper vehementi dolore capitis afficiebatur neque somnum neque cibum more solito capiebat. Et alioquin sanus non erat homo multi cibi ac potus, ac deinde paucis post diebus incidit in frenesim, multisque diebus male habuit. At vero tandem aliquando utcunque convaluit, sequebaturque conventum, et munia sacerdotis obibat idque religiose admodum (poteratque dicere bonum mihi quia humiliasti me. Sed non sibi debere quantum valuit in practica civili. Nam quodam tempore quibusdam secularibus dominis a domo Capellæ Vandum erat instrumentum acceptationis (seu alterius contractus) quod prior commisit Arnoldo faciendum. Arnoldus autem tam argute concinnavit illud ut omnes mirarentur et peterent postquam illud legissent prædicti domum : quis hoc composuit ! Dictum : monachus huius domus Responderunt : prorsus indignum est ut talis homo apud vos in abdito delitescat. Sed hoc est iudicium secularium. Hoc igitur anno 1516 cum rursus ægrotaret rite sumptis sacramentis religiose defunctus est idibus septembris bonus finis et quod amplius optandum !

⇒ Maria Delfensis benefactrix domus Lovaniensis.

Obijt Lovanij 18 decembris Maria Joannis Delfensis quæ legavit cartusianus in testamento 8 rhenenses hæreditarij redditus ea conditione tamen, ut ex illis octo darent duos patribus minoritis Lovanij et duos alios certis quibusdam pauperibus leprosis, et sibi quidem totum integrum redditum servarent, alijs vero prædictis darent semel 20 renenses pro quolibet annuo rhenensi hoc est simul 80 renenses.

⇒ Fœdus Brabantinorum cum Leodiensibus.

Hoc anno principem Carolum fœdus initijsse cum Erardo Marcano præsule Leodiensi eiusque fratre Roberto 27 aprilis, in quod fœdus consentire ordinis ditionis Leodiensis appensisque sigillis confirmare idibus novembris tradit Huterus quamvis Chapeville in annum 18 referat.

1517

⇨ Ægyptum Turcæ occuperunt terror pijs omnibus magnus.

Anno 517 Selimus Turcarum imperator Meniphin vulgo Alcairum munitissimam ac vastissimam Ægypti urbem 25 januarij expugnavit, et capto strangulatoque Tomumbeio Ægypti sultano Campsonis successore totam Ægyptum subegit.

Hic fuit finis regni Mamalucorum in Ægypto quod annis CCC eos tenuisse scribet Leonstani.

Hic annus insignis æque ac funestus non tantum Ægypti imperio everso sed et Lutheri hæresi exitiali.

⇨ Vera origo omnium hæresum nostri sæculi.

Lutheri excitandi hæc occasio extiti. Julius pontifex templi Vaticani structuram inchoarat. Leo successor veriam peccatorum pollicebatur toto orbe quicumque in eum usum omnes parvum erogaret (ut superiori anno **teligimus**) Albertus Moguntinus præses eius veniæ in Germania evulgandæ Tetzelio Dominicano sodali curam imponit. Witembergæ in Saxonie dux Fridericus Scholam paulo ante fundarat. Professor in ea sacrarum litterarum Martinus Lutherus augustinianus pro concione populum admonuit, ne se quæstorum imposturis deludi sinerent, Romanas merces non esse tanti, pecunias posse alibi utilis collocari. Ab ijs initijs hominis vecordia aucta cum multi faciles aures præberent incendium toto sermo orbe est excitatum quod multi anni non restinguant. Malum multorum accursu exarcerbatum recrudit, quod contemplant fortassis cecidisset. Verum præterita accusare quam mutare facilius est. Hæc Mariana.

Fuit Lutherus congregationis Saxonice ab Andrea prole Saxone in Germania circa anno 1494 excitatæ, quæ se a toto augustiani ordinis eremitani corpore seinuper et peculiarem sibi præsertim specioso reformationis titulo ab Alexandro VI pontifex max. impetrarat, ut tradit Josephus Pamphilus, ulterius progressus, plura alia fidei nostræ dogmata non alio signo aut argumento, quam scripture depravatæ iactatione insolentiaque intolerabili qua se modo prophetam modo evangelistam asserebat et supra mortales unversos ipsosque cælorum angelos asserebat.

⇨ Apoc. 9

Tanto igitur prophetæ data est clavis non regni cælorum, at putei abyssi et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, et obscuratus est sol, et aër de fumo putei, et de fumo putei exierunt locustæ in terram et data est eis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.

Olissiponæ mense martio Maria Lusitaniæ regina in Florenti ætate ex partu extincta est.

⇨ V.P.D. Mathias Tsergoossens 3^o prior in Schuet moritur.

Decima aprilis obiit venerabilis pater domnus Mathias Tsergoossens tertius prior monasterij nostri in Schuet, cum pridie tantum cæpisset infirmari et febricitari feria V^a hebdomadæ Sanctæ mane adveniens medicus cum palpasset eum prædixit eadem die moriturum, unde perplexi non modicum verum etiam contristati conventuales fuere quare petijt ab eo vicarius an vellet accipere venerabile sacramentum quod die consimili Dominus Jesus consecravit ac fidelibus suis sumendum instituit, ac pro viatico ordinavit, quo annuante ante missæ officium impartita est ei absolutio secundum modum ordinis, atque eucharistiæ et extremæ unctionis sacramenta administrata fuere, post primam pomeridianam incæpit agonizare, et lecta litania cum passio D.N. J.C. legi inciperetur placide Deo spiritum reddidit, cuius anima tum Christo ut speramus requiescit. Vixit in officio prioratus huius domus XXIX annis VIIJ mensibus semper vir pacis, (⇨ laudatur) tranquillus, humilis, modestus discretus, et pro domo valde sollicitus, nam acquisivit curtim te Halsingen quæ videlicet reddit annue in siligine XLIJ modios et IIIJ sextarios et in pecunijs XXI rhenenses.

⇨ Quænam acquisiverit.

Item acquisivit et emit curtim te Beysberge a domino de Gaesbecke quæ valet annue XXIII modio siliginis, VJ modios avenæ, unum sextarium Pisarum, unum sextarium fabarum, et sextarium seminis raparum, XX lib. buturi et in pecunijs sex salucia.

Item acquisivit curtim te Pee quam emit a magistro Joanne Suchet consiliriæ regis Hispaniæ cum alijs terris, quæ emit a magistro Reynero e Donckere, et a domina de Zantberge. Dat colonus nunc annue L modios siliginis, et de pratis XLV renenses exceptis aquis et vivarijs nec non nemorbus.

Item curavit fieri in Anderlaco pulchram curtim cum horreo stabulus, quæ quantum valeat adhuc ignoramus quia danus istam curtim ad nedietatem. In pecunijs vero at colonus XXVI renenses.

Item tempore ipsius devenit ad nos curtis te Iterbroeck ex legatione Wilhelmi Mesmackers nec non domicellæ Claræ Molenpas et filij eius fratris Joannis Everaets donati, in qua quidem curti anno præcedenti fecit fieri pulcherrimum stabulum equorum, etc.

⇒ Qua construxerit.

Sequitur ut dicamus structuram quas fecit tempore sui prioratus.

Primo struxit domum bladorum den Spykere stabulum equorum et vaccarum.

Item refectorium cum cellarijs intus, domum episcopi Cameracensis dominus Henrici de Bergis cum ergastulis inferius. Ambitum a quinque fenestris cito construxit Regemus dominum ut illi similem excitare dignetur. Hæc nostri.

⇒ Joannes Meerhoul, 4 prior in Schuet.

Die 18 aprilis a conventualibus fuit electus domnus Joannes Meroult, procurator pro quo institutus est domnus Judocus Fabri procurator qui erat ante vicarius.

⇒ In domo Ultraiectina morbus contagiosus qui dicebatur pleurisis sex monachos e vivis sustulit et duos donatos.

Circa hoc tempus plurimi in domo Ultraiectina obierunt fere ex morbo contagioso quem pleurisis vocant 4 martij domnus Alardus Medenblick, penultima aprilis domnus Guilielmus Symonis qui 44 annis vixerat in ordine et ultra 21 annos fideliter functus fuerat officio sacristæ. Et sequenti die domnus Joannes Stanner infirmarius ab omnibus dilectus propter charitatem compassivam erga alios in ordine vixit 31 annus et tertia die post sequenti mensis may domnus Hermanus de Amsterdam quondam vicarius devotus vir qui continue solebat scribere libros pro ecclesia et bibliotheca eodem quoque die domnus Petrus de Enchusen qui etiam 31 annos vixerat in ordine et octava eiusdem mensis præsentis conventu obiit quoque domnus Joannes Judoci de Traiecto.

⇒ Domnus Wermboldus de Leydis quondam prior Ultraiecti et initiator domus Campensis.

Et 23 eiusdem mensis ex hac vita migravit in eadem domo sed morte naturali domnus Wermboldus de Leydis senior qui fuerat procurator, vicarius et prior dictæ domus nec non initiator domus Campensis, qui LII et ultra vixit laudabiliter in ordine.

Supradictus morbus abstulit quoque de medio domnum Joannem Isbrandi monachum dictæ domus et quondam procuratorem 17 mensis junij.

Primus omnium qui ex isto morbo mortuus est fuit Zanderus Jacobi de Vyane donatus 22 videlicet aprilis subsequutus est 3^a may Jacobus Wilhelmi donatus et fidelis minister.

⇒ Item Wilhelmus Petri, donatus, obiit ætatis centum et trium annorum.

Sed ed hoc anno in dominica LX^a quæ fuit XV februarij vitam defunctus fuit Wilhelmus Petri itidem donatus et fidelissimus minister in gubernatione Pomerij vixit annos centum et tres.

⇒ Duodecimus obiit in domo Ultraiectina venerabilis P. D. Theodoricus Doeÿs quondam prior non sine opinione sanctitatis.

Et ne a domo et funeribus recedamus, subiungendus erit et dominu Theodoricus Doeÿs Amsterdamensis miles Hierosolymitanus monachus professus dictæ domus Ultraiectinæ et quondam prior qui 23 octobris huius anni de mane infra quintam et sextam morte sancta ac mirabili defunctus est, vixit in ordine XXI annis cum dimidio et undecim diebus.

Quinque nihilominus monachos lego receptos fuisse in hac domo hoc anno, et forte non satis discrete propter tot defunctos nam inter eos fuit Petrus monachi de Thenis qui infectus hæresi Lutherana anno 1525 apostavit, atq anno 28 Basileæ residebat habens uxore et parvulos.

Hoc anno 1517 obiit Mechliniæ dominus Hieronymus de Busleydis, presbyter Sanctæ Sedis Apostolicæ, protonotarius, Sancti Petri Ariensis præpositus et canonicus Sancti Rumoldi Mechliniensis fundavit famosissimum collegium Buslidianum quod trilingue dicitur, eo quod in eo instituerit Hebraicæ, Græcæ et Latinæ linguæ publicam professionem. Fundavit in eodem collegio bursas pro studiosis ; quæ sunt quinque Buslidiana Arlunensis Ariensis Marvillana et Mechliniensis et provisos nominavit curatim Sancti Petri, ordinarium præidentem disputationum collegij theologorum et priorem cartusia.

⇨ Eleemosyna Jacobi Cooman.

Circa hoc tempus Paschale honorabilis vir Jacobus Cooman, civis Gandensis habens in hac domo duos filios, domnus Jacobum monachum et frater Livinum conversum, pia devotione motus misit LXXII renenses ut eis emerentus quatuor renenses annui et perpetui census, hos denarios recepit novus procurator domnus Jacobus Fabri, ex quibus emptum est pratum tot Pede valens annue quinque renenses.

⇨ Ratio redditur de centesima.

Status capitulo generalis talis est. Captitulum generale per clausuram nunc redditorum computorum inclusis restis præcedentium annorum restat debens domui cartusiæ duo millia nonem centum, quatuor viginti tres florenos quinque grossos octo denarios cum obulo thuronensi. Et quia in impositione centesimæ pro reparatione dictæ domus Cartusiæ fuit inter cetera ordinatum, quod dicta domus teneatur et debeat post finitum quinquennium aut quando placuerit dicto capitulo generali de receptis ex dicta centesima, et inde exbursatis debitam rationem reddere. Et si quid de summa recepta superesset illud expendere et applicare in redditibus acquirendis pro dicte capitulo cum iam acquisiti non sufficiant pro expensis annuis eiusdem capituli. Propterea visis computis de receptis et expensis nobis ex parte dictæ domus exhibitis, et audita declaratione referendariorum et auditorum ad dicta computa videndum et examinandum deputatorum dictam domum multo plus in reparatione prædicta expendisse quam a dicta centesima recepisse oculata fide vidimus et cognovimus. Nihilominus tamen reverendus pater et conventus dictæ domus Cartusiæ attendentes se ultra dictam centesimam plures pias eleemosynas a pluribus domibus et personis, et ipsis procurantibus ab amicis ordinis recepisse, volentes non solum suæ sed etiam capitulo generalis et totius ordinis commeditibus intendere et suo posse providere, ac de sibi impensis beneficijs ne ingrati iudicentur eidem capitulo portionem aliquam exhibere, quamvis in dicta reparatione multo amplius exposuerint quam a dictis eleemosynis seu centesima receperint, motu suo proprio gratis et sponte eidem capitulo generali dederunt et dimiserunt dictam summam duorum millium nongentorum viginti trium florenorum quinque grossorum octo denariorum cum obulo thuronensi sibi per clausuram dictorum computorum debitam. Et quia ex præmissis et per dicta computa clare patet quod redditus et proventus dictu capituli non sufficiunt ad expensas eiusdem capituli annis singulis in dicta domo celebrandi supportandas. Propterea præfati reverendus pater et conventus cum iam ut notatum est in computis dicti capituli annorum 1512 et 1515 in locis noviter acquisitis in Janna ex pretio redemptoris duorum censualium, quæ prius habebant dicta domus Cartusiæ et capitulum generale super generale statu regni Valenciæ centum septuaginta loca cum dimidio pertinentia dicto capitulo pro complemento ducentorum locorum dederunt et concesserunt eidem capitulo viginti quinque loca cum dimidio quod pretium ascendit ad mille quadringentos octoginta unum florenos et unum grossum monetæ currentis, quæ duæ summæ simul faciunt quatuor millia quadringentos sexaginta quatuor florenos sex grossos octo denarios cum obulo thuronensi quibus mediantibus capitulum erga dictam domum de dicta resta, et contra dicta domus ipsa erga captulum de receptis ex dicta centesima remanent ad invicem inter se quitti et absoluti. Verum quia nondum fuit eidem domui de dicta centesima per aliquas domos et provincias ordinis integraliter satisfactum, propterea iniungimus earundem provinciarum et domorum visitoribus et ipsorum cuilibet respective quatenus in suis provincijs adhuc debitas iuxta taxam per eos singulis domibus impositam fideliter exigant et recipiant et eas in sequenti capitulo integraliter portent vel mittant. Et nihilominus, ut quæ adhuc in ea reparanda restant perfici valeant, et ut optata securiter maxime circa tecta dari et futuris periculis occurrere possit. Eisdem visitatores et ceteros priores ordinis hortamus et requirimus ut pias et charitativas eleemosynas quas ex se ipsis ad tam pium utile et necessarium opus facere aut ab amicis suis et ordinis procurare poterunt faciant et procurent, quos nec non et eos qui ad dictum opus manus porrexerint et porrigent adiutrices participes facimus omnium bonorum quæ in toto ordine fiunt et in posterum fient Domino concedente

⇒ Ordinatio pro minutionibus.

Ordinamus quod tempore minutionum generalium ordinis divinum officium ea gravitate reverentia et devotione, ut ceteris temporibus persolvatur prout sit in cartusia.

⇒ Nota

Notatur in hac charta obiisse illustrissima domina Penomar infantissima ducissa Surguibi et benefactrix domus Vallis Christi in Hispanijs

⇒ Soror Nicoleta de Monte Orserio, suppriorissa domus Durbonis centum annis laudabiliter vixit in ordine.

Item soror Nicoleta de Monte Orserio, suppriorissa domus Durbonis, quæ centum annis laudabiliter vixit in ordine.

⇒ Nigra legio Geldro militans ditionibus principis Caroli multa damna inferunt contra quos exercitum mittit.

Nigra legio aucta militum numero Geldro ea lege dat nomen, ut singulis floreno Arentsio semel numerato exinde **præda** raptoque viverent, iussisque suis obtemperarent numerata haud procul Daventria promissa pecunia in Frisiam Hollandiamque Austriacus bellum illaturi iubentur : ubi veteribus **inucti** Geldris militibus ad tempus superiores esse cæpere Hindelopiam expugnant Austriacos bis fugant Doccumium ad deditionem adigunt Lummeram occupant Medenblikium dicipiunt ac incendum Alcmarianos pecunia multant Egmondam Sparendamum Beverwicam spoliant ac exurunt tandem quarto conatu opidum Asperam expugnant desideratis plusquam quingentis viris, unde capta urbe sexui conditioni nec ætati parcitur. Princeps autem Carolus intellecta Asperanæ expugnationis inhumana crudelitate ad Hannones ac Atrebatas literas misit utque beneficiarij clientes omnes pro opibus instructi contra hostes proficiscerentur, præcepit iunctique vicini principes Austriacis latrones insequuti sunt, nactos sine discrimine promissare trucidabant. Dux Carolus Arnheimi se continebat, castracque in colle qui civitati a meridie immiret collocarat, Austriaci ab aquilone.

⇒ Maximiliani cæsar in Belgium venit.

Hoc rerum apud Geldros statu cæsar postremum Belgas visurus in Brabantiam venit, pacemque intra Francorum regem ac nepotem Carolum Novioduni initam ratam firmamque habet, eos comprehendens qui utriusque principis partes sequuti fuerant. Qua re Arnheimi nunciata miles Austriacus Geldriam deserit. Dux Carolus cum principe Carolo in annum inducias facit, et velut alter David liberatur.

Rebus omnibus compositis cæsar nepoti omnibusque bene precatus in Germaniam rursus contendit Belgis eum veris lachrymis, ac cæsare dignis muneribus prosequentibus.

⇒ Caroli V in Hispaniam **profectio/proseito**.

Princeps vero Carolus instante mense julio in Hispaniam navigaturus Middelburgum Zelandiæ urbem primariam, ubi instam elassem, cui præerat Adolphus Burgundus Benere dominus, paratam habebat, proficiscitur. Sed adversa coactus tempestate in duodecimum usque mensis augusti diem expectare cogitur. Tum prosperum nactus ventum dat vela, felicique usus navigatione octo dierum Spatio e Zelandia Villaviciosam apud Astures una cum sorore Elionora pervenit Exceptus est princeps Carolus summo Procerum ac populi gaudio, inter quos præcipui fuerunt qui primi accurrerant frater principis Caroli Ferdinadus Austriacus conestabilis Castellæ dux Albæ multique alij Proceres. a quibus ad Joannam matrem reginam deductus est.

⇒ Adrianus cardinalis creator.

Leo X kalendijs jullij quintam ordinationem cardinalium, quo omnium, quotquot hactenus fuerunt, maxima celebravit 31 cardinalibus uno eodemque die creatis in his fuit Adrianus Florentius Belga qui post Papa eo nomine VI fuit Franciscus Ximenius Cisnerius ordinis minorum Toletanus archiepiscopus Hispaniæ primas et pro Carolo gubernator auctorque academiae et bibliorum complutensium obviam novo regi progressus Roë decessit VI idus novembris ætatis ferme 80

⇒ Guilielmus Croius archiepiscopus Toletanus.

Successit defuncto Guilielmus Croius Belga et cardinalis sed hic Hispaniam non attigit.

⇨ Marcurini adventus in Schuet qui cognominari posset huius conventus Evergetes id est benefactor utique æque vere ac Ptolomæus ille rex Ægÿpti ordine tertius.

Hoc anno 20 augusti venit ad domum istam magnificus dominus, dominus Mercurinus de Gattinaria ex dominis de Arboreis diocesis Vercullensis utriusque iuris doctor, egregius miles in armis, præsidens parlamenti comitatus Burgundiæ. Hic dominus fecerat perantea votum visitandi terram Sanctam et sepulchrum Domini Jesu Christi. Sed propter senium et alias causas fretus consilio doctorum illud votum mutavit de consensu summi pontificis ac confessoris sui ut ageret pœnitentiam in aliquo monasterio per dimidium annum et interim visitaret sepulturam Domini quæ est circa Mediolanum, quod et fecit et sic mansit in hac domo usque ad pricipium May. Interea temporis prædictus dominus vacavit studijs et orationibus, ac multum exemplaris in verbis ac moribus ac totus humilis fuit.

⇨ Eleemosynæ ab ipso datæ domui.

Videns autem ambitum imperfectum dedit primo IJ^C renenses ad eundem perficiendum et paulo post adhuc ducentos ex quibus media pars ambitus est perfecta et completa. Item dedit omni mense pro expensis suis et duorum famulorum XXX renenses excepto vino quod sibi de optimo providebat. Feceratque sibi vestimenta alba ac si religiosus fuisset.

⇨ Afflictiones ipsius et tentationes.

Interim idem dominus (inimico generis humani procurante qui semper bonis operibus invidet) multa adversa huius mundi passus est, quia quendam processum de quodam castello in Burgundia amiserat, et vasa ipsius argentea erant publice vendita ad confusionem et scandalum ipsius per præsidem Mechliniensem sed semper in omnibus patientissimus fuit. Et postea æmuli ipsius sollicitaverunt dominam de Sabaudia ut veniret ad servitium suum qui nullatenus acquievit sed pœnitentiam sibi iniunctam et terminum videlicet dimidij anni perficere voluit, quamquam eadem domina pluries eidem scripserit quod ipsa pro eodem responderet. Qui nullatenus acquiescens suum propositum et intentum perficere voluit, potius eligens affligi propter Christum, quam timore sæcularis damni aut honoris alicuius officij aut servilij privari et dehonestari. Postea misit domina de Sabaudia ad dictum dominum Marcurinum dominum decanum de Poligni et eleemosynarium suum ut renuntiaret officio præsentia suæ in manibus dictæ dominæ, et illi daret quinque millia francorum. Qui renuit hoc facere nec voluit absolvi a dicto officio, quod sibi imperator dederat non domina, invalescentibus suis quibusdam æmulis sine causa iusta et legitima fuit a dicto officio depositus sed semper mansit patiens, ac votum suum implevit. Voto tandem completo perrexit Mechliniam ad eandem dominam, quæ benigne eum recepit, sed tamen ad officium præsentia non admisit nec ipsa domina alium instituit, scripseruntque consiliarij ex Burgundiæ in eius favorem. Qui anno sequenti post Pascha obtenta ab eadem domina licentia redijt ad domum istam. Et feria secunda Pentecostes perrexit visitare Sanctum Adrianum apud Geraldimontem, et statim post profectus est cum septem equis in Germaniam versus imperatorem Maximilianum qui magnifice eum recepit, atque ordinavit oratorem suum et consiliarium stipendarum cum mille florenis aureis annue.

⇨ Fit cancellarius imperatoris.

Deinde ab eodem imperatore mittitur ad ducem Sabaudia et ab eo etiam gratiose receptus est. Insuper Deo disponente ab hac luce migravit dominus Joannes Sauvaige cancellarius serenissimi regis Hispania quo defuncto misit idem rex catholicus tres nuntios ad dictum dominum Marcurinum ut ad ipsum accederet et acceptaret cum honore officium cancellariatus non tamen hoc dominus petijt aut procuravit sed solo nutu Dei ac gratia glorosæ Virginis Mariæ ac orationibus fratrum confidens idem dominus Sibi istud officium provenisse sperat. Qui non ingratus de dicto beneficio ex sua benevolentia ordinavit duo millia francorum ut exeinde fieret ecclesia religiosorum quæ iam a quinquaginta annis erat incæpta et propter paupertatem dictæ domus nullatenus poterat fieri sine adiutorio bonorum virorum dederatque nisi (*boven de lijn* : insuper) spem (*boven de lijn* : eandem) perficiendi quod et præstitit, plures gratias conventualibus

fecit, recedensque dedit 12 aureos pro solatio fratrum, insuper tunicam suam alba dedit pater prior, vicario autem et procuratori pelles eiusdem tunicæ.

1518

⇒ Duo millia francorum a Marcurino promissa quomodo persoluta.

Notandum et sciendum est quod prior huius domus dominus Joannes Meeroult recepit illi duo millia francorum, quos ordinaverat dominus Marcurinus cancellarius et valet francus XX renenses communes promiserat enim solvere omni anno quinque annis durantibus II^C florenos vel francos et domina de Sabaudia solveret intra idem spatium omni anno II^C florenos. Atque ita dominus cancellarius solvit mille renenses ante recessum versus Hispaniam, et domina de Sabaudia alios renenses. Ita quod anno 1524 prior prænominatus pro ultima vice receperit Mechliniæ a thesaurario prædictæ dominæ II^C renenses et sic promissa pecunia fuit totaliter persoluta.

⇒ Frater Livinus Cooman, conversus, moritur.

27 octobris obiit frater Livinus Cooman, conversus huius domus sub obedientia ordinis.

⇒ Domicella Aleidis Maritous ædificat et dotat cellam in domo Lovaniensi.

Circa principium dicti mensis octobris honesta domicella Aleidis Maritous, vidua Henrici de Heymonier, Geldoniensis domicilium habens ex opposito monasterij fratrum minorum Lovanij transportavit nostris patribus ibidem unum hæreditarium redditum 25 renensium pro dotatione unius cellæ quæ sequenti anno erat ædificanda pro qua dedit adhuc semel 500 rhenenses.

Adolphus Burgundus Belgarum maris præfectus mense novembri cum Belgica Classe in Zelandiam feliciter est reversus.

⇒ Carolus V Hispaniarum rex coronatur.

Anno 1518 septima februarij Carolus princeps Valledoleti apud Castellanos in templo Divi Pauli magna cum solemnitate et triumpho in Hispaniarum regem inauguratur, ac eum mater Joanna corona regia redimitur deducente eum ad templum fratre Ferdinando, soror Leonora ac omnium fere christianorum prinipum legatis.

Postea Barcionæ aurei velleris comitia celebrat.

⇒ Frater Bartholomæus Niel conversus domus Hilaris moritur anno ætatis centesimo decimo.

In carta huius anni habetur frater Bartholomæus Niet, conversus professus domus Montis Hilaris, qui laudabiliter vixit in ordine LX annis, et obiit anno ætatis suæ centesimo decimo.

Circa hunc annum obierunt quoque magnificus dominus Baptista, vicecomes, benefactor domus Papiæ et domus Mediolani.

Item generosus dominus, dominus Joannes, comes de Egmonda, benefactor domus Delphensis.

⇒ Magister Gilbertus Waddinck, causarum procurator, benefactor domus Lovaniensis, ibidem sepelitur.

Item hoc anno 13 may (quæ tunc fuit Ascensionis Domini) obiit Lovanij, magister Gilbertus Waddinck, Delfensis, magister artium et causarum strenuus procurator, amatorque præcipuus religiosorum, magnus amicus et singularis fautor novellæ plantationis ordinis nostri in eadem civitate, ac coadiutor in choro, ibidem retro cancellos fratrum conversorum sepultus, legavit conventui 200 renenses cum onere 4 anniversariorum.

Insuper ante mortem suam iussit fieri cýphum argenteum et unciarum aut circiter, ut religiosi non celebrantes et alij fratres laici post sacram communionem ex eo sumerent ablutionem, qua sumpta precarentur pro eo dicentes requiescat in pace : ipsique fratres seniores huius consuetudinis admonerent docerentque iuniores et successores suos ad perpetuam eiusdem Gilberti memoriam

habendam post sacram communionem. Huius uxor postea curavit eundem cyphum deaurandum pro qua deauratione exposuit 10 vel VL renenses.

⇒ Vicinæ provinciæ Belgis coniunctæ prædones persequuntur.

Hoc anno contra prædones qui circa Geldriam versabantur in unum vires conferunt Belgæ (sub quibus comprehendas Leodienses confæderatos) Clivij, Juliacenses, Colonienses, Monasterienses Westphali ac Meursij, capti iustar latronum ac sicariorum tormentis lacerati carnificis manu periere.

⇒ Maximilianus cæsar privilegia Leodiensibus concessa renovat et ampliat.

Maximilianus cæsar gratum habens fœdus quod Leodienses cum Brabantis inierunt 24 junij iura ac privilegia omnia principi et ecclesiæ Leodiensi a divis retro imperatoribus et Romanis regibus decessoribus suis alijsque concessa proprio motu confirmavit et renunciavitque ne liceat appellare ad cameram nisi summa excederet 600 florenos.

1518

⇨ Ferdinandus Austriacus venit in Belgium.

Mense junio Ferdinandus Austriacus principis Caroli Germanus frater deducente eum Carolo Crouiaco Chimai principe e Hispania in Belgium profectus paulo post in Austriam seditionem rebellionemque sedaturus contendit sed cum se frustra ob exiguam in tenera ætate auctoritatem id conari expertus esset in Belgium est reversus.

⇨ Carolus debellat Marrhanos.

Hoc anno Carolus Hispaniarum rex magnas eduxit copias adversus Marrhanos et expugnato ex munitissimis eorum oppidis uno, plus minus quadraginta barbarorum millia prostravit, ex præda huius victoriæ duo preciosissima vexilla cæsari Maximiliano avo suo paterno transmittens.

Recepti in domo Ultrajectina hoc anno Willebrordus de Armuden, monachus præmonstratensis in conventu Middelburgensis, et Rodolphus Oudewater vir eximie contemplativus de quo in die obitus sui plura dicentur.

⇨ Sepultura Margaretæ de Bosco.

Hoc anno 10 decembris fuit sepulta in cæmiterio nostro te Schuet, honesta matrona Margareta de Bosco, uxor Joannis de Vlesenbeke, mater domni Antonij van Vlesenbeke, sacristæ huius domus.

⇨ Magister Joannes de Hoÿa, sacræ paginæ professor eximius, sepelitur in domo Lovaniensi, cuius magnus benefactor et fautor præcipuus fuit.

Et Lovanij 27 novembris obiit venerabilis dominus magister Joannes de Hoya, sacræ paginæ professor eximius, die vero sequenti (quæ erat prima dominica adventus) sepultus fuit apud patres nostros ibidem in choro.

⇨ Eleonora Austriaco nupsit regi Lusitano.

Eleonora, Caroli regis soror, nupsit Emanuelli Lusitano regi. Nuptiæ fine anni Crati oppido magno apparatu celebratæ. Ex hoc coniugio Carolus brævis ævi, et Maria diu superstes nati sunt.

⇨ Maximilianus I imperator moritur.

Anno 1519, januarij duodecima (*boven de lijn*: feria 4) Maximilianus imperator cum intempestive pharmacum incertæ efficaciam contra morbum quem sibi imminere putarat, hausisset, morte dissolvitur ætatis anno 59 mense uno, diebus 20. Nihil omisit cæsar quod ad animæ salutem aliqua ratione facere posset aut posse putaret, venerabilem patrum domnum Gregorium Reischium, priorem cartusiæ Friburgensis (qui fuerat illi antea a confessionibus) missis aliquot equitibus quam primum ad se advolare iussit, visoque illo exclamavit : Hic est qui me ad cœlos promovebit. Tum ille ad imperatorem. Iam, inquit Maximiliane, necesse est dignitatis et pompæ omnis oblivisci, cogita iam non imperatorem, sed Maximilianum iturum ad tribunal Christi itaque facessat omnis elatio, etc. triennio antequam mori contigisset menti fixa altum mortis memoria querceum feretrum arca ferrea, qua cannabaceum sudarium conscio nemine continebatur inclusum quoquo pergeret fidum itineris comitem retinuerat ac testamenti tabulis iussit sibi examini os aures oculos viva calce oppleri. Hoc speculum si ad altiora non licet penetrare sæcula, ob oculos sæpe habete, et vobiscum, quibus præestis

o christiani Principes

⇨ Cœniponte Insburg sepultus apud minoritas magnificentissime.

Imperatori cæsari Maximiliano pio, felici, augusto principi tum pacis tum belli artibus omnium ætatis suæ regum longe clarissimo sub cuius felici imperio inclita Germania dulcissima ipsius patria tam armis tam litterarum studijs plusquam unquam ante hac florere caputque supra alias regiones extollere cæpit, etc. Imperator cæsar Ferdinandus pius felix augustus avo paterno perquam colendo ac bene merito pietatis atque gratitudinis ergo

1519

In carta capituli sic denuntiatur: obijt serenissimus et christianissimus dominus, dominus Maximilianus Romanorum imperator electus archidux Austriae, Burgundiae, Dalmatiae, Croatiae, Styriae, Turingiae, singularis ordinis nostri benefactor, fautor et protector cuius progenitores fundaverunt et dotaverunt plures domos ordinis nostri.

⇒ Illustrissimus et reverendissimus dominus, dominus Guilielmus de Croy, cardinalis et archiepiscopus Toletanus, cartusianis Lovaniensi benevolus.

17 aprilis quæ fuit dominica Palmarum, illustrissimus et reverendissimus dominus, dominus Guilielmus de Croÿ, cardinalis archiepiscopus Toletanus, episcopus Cameracensis et abbas Affliginiensis, interfuit missæ conventuali et vespers in conventu nostro Lovaniensi, ibique fecit magnificum prandium propinans conventui vivum et pisces in abundantia, omniaque ministrabantur in vasis argenteis atque circa hoc tempus reformavit abbatiam suam Affliginensem.

⇒ Frater Joannes Everaets, donatus, maximus benefactor domus Bruxellensis ex pistulis non sine opinione sanctitatis moritur.

Penultima aprilis obijt in Schuet frater Joannes Everaets, donatus, qui tria vota emisit et nobis omnia bona sua hæreditaria quæ non modica erant reliquit, ut supra expressum est. Passus est autem infirmitatem magnam de pocken de qua fuit multum deformis in facie et quasi putridus et fetidus sed mansit semper patiens Deo gratias pro ipsa infirmitate agens, sed post mortem quando ipsius corpus, ut moris est debuit lavari tanta suavitas odoris exivit ex corpore eius quod mirum fuit. Hæc audivi, inquit collector, a fratre Joanne vander Cleeren qui eum lavit et est frater bonus et verax. Etiam unus monachorum, domnus Adolphus Coutereau, intrans in cellam defuncti obstupuit de tali odore et fragrantia suavitatis.

⇒ Dominus Judocus Absloens, miles dominus quondam fundi cartusiae Lovaniensis ibidem sepultus.

Quinta die mensis may obijt Lovanij nobilis et generosus dominus, dominus Judocus Absloens, civis Lovaniensis et miles, sepultus in choro cartusiae Lovaniensis prope lectorium epistolarum sicut monstrat lapis monumenti hoc modo flandriae inscripti: Hier leedt begraven heer Joos Absloen Ridder die sterf int jaer ons heer durent V^C XIX den V^{den} dach van Mey.

Hic fuit quondam dominus fundi in quo sita est prædicta cartusia, fuitque illi præfatus fundus feudalis. Verum ipso volente et uxore atque hæredibus eiusdem domini Judoci consentientibus fuit idem fundus ab illa servitute et onere in perpetuum absolutus Carolus autem rex Hispaniarum ac princeps noster et postea Romanorum imperator eius nominis quintus eundem fundum hoc anno die 27 octobris amortizavit fecitque fundum censualem cum onere trium caponum annue solvendorum illi et sucessoribus eius. Insuper hæredes prædicti domini Judoci dederunt 2 petros communes hæreditarij redditus.

⇒ Obijt Joannes de Bloyere, donatus, ex cuius parte habet conventus medietatem 9 jornalium prati tot Paepsem. Vide registrum anni 1560.

Hoc anno 20 junij obijt ter Schuet frater Joannes de Bloyere, donatus huius domus, bonæ indolis et fratribus obsequiosus et sollicitus in coquina, qui domui legavit circiter quindecim renenses communes.

⇒ Ordinationes capituli.

Duas ordinationes invenio hoc anno in capitulo generali factas quarum prima talis est: Ne ordinata per capitulum generale ludibrio sint et contemptui omnibus et singulis personis ordinis districte inhibemus ne ad cartam dicti capituli per se aut aliam interpositam personam quidquam addant diminunt aut corrigant, per quod mens voluntas et intentio eiusdem capituli in aliquo immutetur.

Et ne inconsulto reverendo patre Cartusiae de ordinatis in dicta carta aliud disponere aut ordinare præsumant quam in ipsa carta contineatur sub pœna quoad officiales absolutionis a suis

obedientijs. Et quo ad ceteras personas disciplinae generalis a qua non possint liberari nisi per dictum capitulum aut reverendum patrem.

Quicumque sine scitu et expresso consensu reverendi patris Cartusiæ seu capituli generalis per se aut quamvis aliam interpositam personam licentias seu dispensationes aliquas contra observantiam et sttuta ordinis a sede apostolica vel legatis eiusdem impetrare præsumpserit, impetratis omnino careat. Et si licentiæ ipsæ proprio motu sunt concessæ sit perpetuo inhabilis ad quascunque obedientias ordinis. Et si obedientiam aliquam in actu habuerit absolvatur ab ea, nam dignum est, ut si ab obedientia ordinis talibus medijs recedere nititur ab omni obedientia spoliatur.

⇨ Obitus benefactor ordinis.

Obierunt circa hunc annum reverendissimus patris et dominus, dominus Laurentius de Libra, dux Franciæ Orientalis, episcopus Herbipolensis et venenrabilis dominus, dominus Laurentius Cristan artium magister, magni fautores et benefactores domorum Franconiæ.

Illustrissimus dominus Franciscus, marchio Mantuæ ex fundatoribus domus eiusdem Mantuæ.

Illustrissimus dominus Guilielmus, marchio Montes-Ferati, qui multum afficiebatur domui Astensi.

Domnus Anthonius Burlandi, prior domus Petræ-Castri, visitator provinciæ Brugundiæ, alias prior domorum Allionis, Avinionis, Repausatorij et vicarius domus monialium Melanij.

Domnus Joannes de Castro, prior domus Sancti Audomari, visitator Picardiæ, alias prior Gosnauj.

Nobilis dominus Bernardinus de Asseborche, benefactor et fundator unius cellæ in domo Annuntiata.

Honorabilis dominus Joannes Graren, benefactor domus Castri-Mariæ.

Epilogus

Volumen præsens, chari posteri, absolvimus, nec tamen adhuc scopum nostrum attigimus, qui, ut in principio diximus, est continuare librum fundationis, et de restauratione domus intra muros oppidi Bruxellensis, translatae plenius scribere. Dum enim historiam altius repeto ab exordio præteriti sæculi 1400, quæ pro tempore explorata habui describens ad finem libri et Maximiliani imperij perveni anno quoque desinente 1628, non quod hisce totum hoc triennium impenderim, plura enim quam haec sint insuper scripsi et manum operibus texendis zonis magis ex necessitate intendi, sed quod alia occurrerent facienda, vel expectanda et colligenda pro his scriptis et scribendis : Igitur sequenti volumine auspicijs fælicibus dum princeps noster naturalis Carolus ad fastigium imperij occidentalis sublimatur, Deo vitam et vires subministrante ad ipsius gloriam et confratrum et posterorum consolationem quæ promisimus prosequuntur.